rendo medicinam. Secundo dicitur ſm
eundem doctorem ꝙ rationabiliter tam-
diu expectauit dominus. q: ſm Auguſti-
num temporalis pulchritudo rebus dece-
dentibus ſuccedentibuſcꝫ peragitꝰ. Et ita
ſicut ad decorem in vno homine eſt ſucceſ
ſio etatum: ſic in humano genere. Nec em̄
decet ſine ceteris etatibus ſtatim infantē
fieri perfectum virum. Hierony. Nemo re-
pente fit ſummus. Sic nec decuit huma-
num genus ad ſuum perfectiſſimū ſtatuʒ
deuenire: niſi per ſtatus medios. Tunc au
tem fuit ſtatus perfectiſſimus: cum venit
chriſtus: quo ꝑfectionem ⁊ legem docuit
euangelicam. igitur rationabiliter expe-
ctauit vſcꝫ quo mundus eſſet in etate qua



H
Gene- ctus. Gene- ctus eſt ma- conue- niētiſſi- ma do- ctrie ſa- pien- de ⁊ do- cende.

illud capere poſſet. Et ſi dicatꝰ ꝙ in quar-
ta etate ſcʒ in iuuētute poſt infantiā pueri
tiam ⁊ adoleſcētiā: homo eſt in ſtatu opti
mo ad diſcendū. Reſpōdetꝰ ꝙ ſexta ⁊ vlti-
ma etas in vno hoīe cum ſit infirmiſſima
ſm corpus: debet eſſe ꝑfectiſſima ſm ſpiri
tum: ſcʒ ſapiētia ⁊ virtute. Cū igitur chri-
ſtus venerit perficere genus humanū nō
corporaliter in primo aduētu ſed ſpiritua
liter: reſtat ꝙ cōuenientēr venerit in vltima
etate / cum eſſet infirmior corpore. ij. Coꝛ.
iiij. Licet is qui foris eſt homo noſter cor-
rumpatꝰ: is tamē qui intus eſt renouatꝰ de
die in diē. ij. Coꝛ. xj. Uirtus in infirmita-
te ..rficitur. Secūdo ad hoc dicitꝰ ꝙ ſicut
mediū etatis humane eſt initiū ſenectutis
in cuius principio homo eſt aptior ad iudi
candū de difficilib⁹. Job. xij. In antiquis
eſt ſapiētia: ⁊ in multo tēpore prudētia. et
Eccli. xvj. O q̄ ſpecioſa veteranis ſapiētia: ⁊
glorioſus intellect⁹ ⁊ conſiliū. Corona ſe-
nium multa peritia. Sicut autē meridies
eſt clariſſimū diei: ſic mediuʒ etatis hoīs /
quod eſt initiū ſenectutis. Eſa. lviij. Orietꝰ
in tenebris lux tua ⁊ tenebre tue: qñ ſcʒ ca
ligant oculi corporis: erūt quaſi meridies
ipſius anime. Job. xxj. Quaſi meridianus
fulgor cōſurget tibi ad veſperā. ⁊ cū te cō
ſumptū putaueris: orierꝭ vt Lucifer. Ideo
tunc cōgruebat vt illius ſacramēti abſcō-
diti a ſeculis fieret reuelatio. j. Corint. xv.
Non prius qd̄ ſpirituale eſt ſed qd̄ anima
le: deinde qd̄ ſpirituale. Ideo naturaliū et
mathematicoꝝ ſcientia ⁊ cognitio ꝓceſſit
⁊ floruit tamq̄ quoddā animale et facile.
vt deinde qd̄ ſpirituale eſt ⁊ diuinū cogno
ſceretꝰ. vt impleretꝰ illud. Eſa. xxxj. Egredie
tur virga de radice Jeſſe. ⁊ ſequitꝰ. Et re-
pleta eſt terra ſciētia dñi ſicut aque maris
operiētis. Sed nunc timeo ne ad decrepi-
tam etatē nunc venerit mūdus: ⁊ ꝙ ad in
fantiam reuertatꝰ. Dicit em̄ apls Gal. iiij.
Cum eſſemus paruuli eramus ſub alimen
tis mundi ſeruiētes. dicendo elemēta grā
maticalia. Nunc vero prelati noſtri diſcūt
grāmaticā et logicam: qui vt alios erudi-
rent: deberēt eſſe inſtructi in diuinis. Sed
et in terrenis (que non ſunt niſi elementa
mundi) ſeruiūt in litigijs ⁊ plebiſcitis: ita
vt ſit verū illud Job. xxxij. Non ſunt lōge

I
Aduentus.

ui ſapiētes: nec ſenes intelligunt iudiciū.
¶ Quarto queritꝰ quibus vijs ⁊ quomodo
venit ad nos. Poſſet em̄ ab eo querere aīa
deuota. Amice Jeſu quomodo huc intra-
ſti? Et reſpōdebit ꝙ ſine ſue maieſtatis di
minutione. Sicut em̄ imago intrat ſpecu
lum et efficitꝰ viſibilis: nec tñ .. ſe minui-
tur vel mutatꝰ: ſic filius dei intrauit in car
nem ⁊ mundū viſibilis factus per aſſum-
ptionē car..s abſcꝫ ꝙ ſue diuinitatis cel-
ſitudo diminuta ſit. Un̄ Matth. xxij. In-
trauit rex vt videret ſimul diſcumbentes.
Rex ibi dicitꝰ ..ia in ingreſſu ſuo regiam
maieſtatem ....ifeſt. Pſal. Deus in me
dio eius non cōmouebitꝰ. i. non mutabitur
niſi forte motu pietatis: non alteratiōis.
Scdo dicet ꝙ venit in mundū ſine ſui ſe-
paratiōe a patre. Lux ſic emanat a ſole ꝙ
ab eo ſeparari non poteſt: quātūcūcꝫ de-
ſcendat ad terras: quia tunc ſol obſcurare
tur. Sic ad nos ita deſcendit chriſtus lux
mundi ꝙ nunq̄ a fonte luminis ſeparat⁹
eſt. Dicitur ſecūdo ꝙ duabus vijs ad nos
deſcendit que tangūtur in pſal. Uniuerſe
vie dñi mīa ⁊ veritas. Prima quidem via
fuit mīa: que ad hoc eum pellebat trahēte
nos deorſuʒ miſeria noſtra. Clamabat em̄
miſer mūdus. Emitte manū tuam de alto
et eripe me ⁊c. Et tunc dñs de celo in ter-
ram aſpexit: vt audiret gemitus cōpedito
rum ⁊c. Ideo videns miſeriam noſtrā ſta-
tim ſententiā de aduentu ſuo protulit di-
cens. Propter miſeriā inopum et gemitū
pauperum: nunc exurgā dicit dñs. Cū em̄
vidit tempus adeſſe mīe: ⁊ patrem miſeri
cordiarum ex toto ſacrificia ⁊ iugulatiōes
beſtiarū pro peccatis reſpuere ⁊ vndicꝫ ſe
ad mīam cōuertere: tunc filius ad patrē.
Holocauſtū et pro peccato non poſtulaſti
tūc dixi. Ecce venio. Et quia dum aliquod
grande prodigiū contingere ſolet multū
inde loquūtur hoīes: inde pro tali ⁊ tanto
bñficio multas ei debemus gratiarūactio
nes. Nullū enim maius opus factū eſt q̄
miſericordia hoc tēpore facta ⁊ ita magna
ꝙ reus culpa etiā cognita ⁊ cōfeſſa ſalua
tur: qd̄ non eſt in curia ſeculariū. Semper
enim q̄ʒdiu fuit in mundo hanc viā miſe-
ricordie tenuit erudiēdo: ſanando: cōſo..n
do: lachrymādo ⁊ tandem pro nobi.. mo-
riendo. Scda via quam tenuit eſt via veri
tatis ſatis ſtricta. Primo veritateʒ quam
promiſit perficiēdo quod petebat ſapiēs
Eccli. xxxvj. Da pacem dñe ſuſtinētibus
te: vt prophete tui fideles inueniātur: con
tra illos ꝗ multa promittūt: et nihil inde

Quib⁹ vijs venit ad nos rex iſte.

Universidad de Deusto
Biblioteca



facîunt. Dicere enim dei eſt ipſum facere.
Pſal. dixit:et facta ſunt. Dicere autē hoīs
non eſt ipſum facere. Secūdo viam verita
tis tenuit ea[m] in mundo docēdo/⁊ per eā
ambulando:⁊ adhuc per eam ad nos veni
re paratus ſi via eſſet/ſed via non eſt:quia
Oſee.iiij. nō eſt veritas neq̃ miſericordia
in terra: immo in vijs noſtris ſunt fouee
peccatorū iuxta illud Prouerb.xxiiij. Fo-
uea ꝓfunda meretrix. Inueniūtur ibi mu
ri conſuetudinū malarū de[nſi]ſſimi. Inue-
niuntur ⁊ lutum luxurie/tenebroſa auari-
tie/⁊ montana ſuperbie. Peccata enim no
ſtra diuertunt eum ne veniat ad nos. Qđ
apparet: quia omnes mundi miſerie/ nec
abyſſus amaritudinū potuerūt auertere:
quin per ſpinas/crucem/clauos/⁊ fauces
mortis veniret ad nos. Sed peccata no-
ſtra diuiſerunt inter nos et deum.

R
Aduentus. Ad q̃d vēit rex iſte.
¶ Quinto queritur ad quid venit rex iſte?
Reſpōdetur primo ꝙ ad querendū ouem
centeſimā quam perdiderat. Pſal. Erraui
ſicut ouis que perijt: quere ſeruum tuum
dn̄e. Scđm philoſophū primo celi ⁊ mūdi
paruꝰ error in principio magnus eſt in fi
ne. Aberrauerat autē Adam circa horam
ſextā in qua peccauit:⁊ tunc populus gen
tium ambulare cepit in tenebris:ita vt fe-
re per totum mundū dei obliuio eſſet:⁊ to
tus mūdus poſt ſuas cōcupiſcētias ⁊ ido
la turpiter erraret. Propter qđ deſcendit
dn̄s et accendit lucernā humanitatis ſue:
et nos quaſi perditos queſiuit et inuenit.
Secūdo venit ad irrigandā noſtrā animā
ſterilem:que clamat in pſal. Anima mea ſi
cut terra ſine aqua tibi. Ipſe autē deſcen-
dit ſicut pluuia in vellus:⁊ ſicut ſtillicidia
ſtillantia ſuper terrā. Sicut pluuia in vel
lus.i.occulte:vt ſuam diabolo abſconde-
ret potentiā:⁊ infirmis oculis ſuam tēpe-
raret claritatē/in humanitate quaſi in la-
terna poſitꝰ.pſal. Paraui lucernā chriſto
meo:⁊ vt quaſi latenter aīas furaret̃ dia-
bolo/⁊ latenter ipſum deciperet. Uel ſicut
pluuia in vellus virgineū: quod madidū
er[a]t interius: nihil exterius exiſtēte madi
do:quia interius plena ſpirituſſancti rore:
exterius carens humore virilis cōcupiſcē-
tie. Primo quidē fuit parua pluuia in vir
ginis vtero: deinde ſuper terram ſtillauit
ſtillicidijs apoſtolorū: quia per totū orbē
doctrinā euangelicā ſtillauerūt:vnde riga
ta eſt terra. Sicut enī lux eſt vehiculū oīm

virtutū ⁊ influentiarū:per que generāt̃
in terra oīa que ſunt ad nutrimentū vite
neceſſaria:ſic filius dei veniens in mundū
oēs virtutes ⁊ dona quibus habet̃ anime
vita ſecū detulit. Tertio venit ad debellan
dum hoſtē generis humani. Querebat enī
excita potentiā tuam ⁊ veni:vt ſaluos fa-
cias nos. Qn̄ quis in cōflictu ſuperari inci
pit:libēter videt ſuperueniēs adiutorium
quod pōt ⁊ vult ſaluare ipſum. Sic homo
in certamine ſpirituali ante aduentū iſtū
quaſi ſuperabat̃.ideo Eſa.xij.dicebat. Ec-
ce deus ſaluator meus:fiducialiter agā et
nō timebo. Chryſo. Non debet timere ho-
ſtem fortē: qui ſecū habet principē ⁊ d[omi]m
fortiorē. Lepus enī ⁊ ceruus ideo aīalia ti
mida:q: nimis habēt groſſum cor ⁊ gran
de ſm̄ ſui corporis cōformitatē:q: calor et
ſanguis nō poſſunt ꝑfecte viuificare tam
grāde cor:ſicut paruus ignis non cōburit
tam cito magnā domū ſicut paruam. Sic
timidi ſunt in bello ſpirituali: qui cor ha-
bent ita magnū ꝙ cum deo volūt habere
mundū:ſed parua ⁊ humilia corda deū re
cipiētia non timēt. Pſal. Non timebo ma
la: qm̄ tu mecū es. Quarto venit ad redi-
mendū. Ait enim Matth.xx. Filius hoīs
non venit miniſtrari ſed miniſtrare ⁊ dare
aīam ſuā in redēptionē pro multis. Inde
clamabat genus humanū. Eſa.xvi. Emit-
te agnū dn̄e dominatorē terre:q: ſatis ha
buimus leonē ⁊ lupum nos deuorātē. Du
plicem enī manū habuit diabolus qua ra
piebat genus humanū. Unā impellentē:
et aliā trahentē. Primā impellentē ad ma
lum.ſecundā trahentē in limbum. de qua
Thren.i. Cū caderet ppl's in manu hoſti-
li:⁊ nō eſſet auxiliator. Prima manꝰ debili
tata eſt. ſcđa penitꝰ abſciſſa p aduētū eiꝰ.

L
Aduentus. Quomodo obuiandū eſt chriſto.
¶ Sexto querit̃ qn̄o obuiandū eſt chriſto
venīeti? Reſpōdetur ſm̄ euāgelij ſeriē ꝙ
quatuor modis. Primi cū eleemoſynis et
operibꝰ charitatis:vt patuit in illis q̃ chri
ſto obuiauerūt ꝓſternendo veſtimēta ſua
in via. Libēter enī et gratāter accipit dn̄s
hec veſtimēta:ſiue dona pauperibꝰ oblata.
De Alexādro magno legit̃ ꝙ Perſarū ve-
ſtimēta ſibi aſſumpſit: vt cor eorū lucrare
tur. Sic ⁊ dn̄s veſtimentū noſtre humani
tatis: vt noſtrū cor alliceret ad maiora fa
ciēda. Scđi ierunt obuiā chriſto cū ramis
oliuarū.i.cū corde virēti ⁊ mundo. Quidā
eni ferunt lignū putridū omni ſpurcitia



plenum:vt lubrici. Iohelis.ij. Cōputrue-
runt iumenta in ſtercore ſuo. Quidā lignū
aridum:quorū conſcientia omni deuotio-
nis humore vacua eſt.ps. Aruit tamq̃ te
ſta virtus mea. Quidā lignum viride por
tant inſtar oliue: quorū conſcientia inſtar
apothece omniū virtutū eſt amena. Tertij
ierūt cū ramis palmarū.i.cū triūphali pec
catorū victoria:qui in ſacramēto cōfeſſio-
nis ictibus lingue vicerūt malignū. Con-
tra multos q̃ hoc ſacro tēpore:nocte prin-
cipaliter natalis dn̄ici vacabunt blaſphe-
mijs ⁊ ludis prohibitis:cantādo matuti-
nas diaboli: de q̃bus diabolus triūphat.
Qu[ar]ti ierunt qui canebant. Oſanna filio
Dauid. Hi ſunt qui cum laude diuina cor-
de:ore:⁊ opere dn̄m profitentur. Neq̃ enī
ſufficit corde ⁊ ore laudare: niſi etiā opere
collaudetur. Matthei.vij. Non oīs qui di
cit mihi dn̄e dn̄e intrabit in regnū celorū:
ſed q̃ facit voluntatē patris mei. Non enī
ſufficit bis dicere domine: ſed tertio: ſcili-
cet corde:ore:et opere.

¶ Sermo.iiij. vnde ſupra per thema.

A
Arma. Quomodo apoſtolus nos iubet induí arma lucis.
Induamur arma lu
cis. Roma.xiij. Sicut dicit Sa
lomon. Eccles.iij. Tēpus belli
⁊ tēpus pacis. Nunc eſt tēpus
belli: quia Iob.vij. Militia eſt vita hoīs
ſuper terrā. Alia tranſlatio habet. Tenta
tio eſt vita hoīs ⁊c. Hinc proſa ait. Uir ho
ra vel dimidia fit in celo ſilentiū. Quia vix
eſt cōſcientia aliqua per horam vel per di
midiā ſine bello. Uidens propterea natu-
ra humana bellū iſtud cōtinuū clamabat
ad dn̄m. Apprehēde arma ⁊ ſcutū:et exur
ge in adiutoriū mihi:arma ſcꝫ diuinitatis
et ſcutū humanitatis:qđ pro nobis ſe op-
poſuit ictibus paſſiōis. Sed q: in exercitu
oportet nos ſequi ducem noſtrū: ideo nos
admonet capitaneus belli Paulus:vt con
ſimiliter ad ducē noſtrū induamur arma
lucis. Abijciamus igitur opera tenebrarū
que ducūt ad tenebras:⁊ induamur arma
lucis que ducunt ad lucem. Arma tenebra
rum ſunt peccata: quia ducūt ad tenebras
et a principe tenebrarū donātur. Et q: per
ipſa principi tenebrarū militatur: et ſunt
ipſamet tenebre obfuſcātes ⁊ interimētes
lumē gratie. Sed arma lucis ſunt virtutes
et gratie illuminantes aīam: ⁊ a principe
lucis infundūtur :⁊ p ipſas principi lucis

militatur. Dicit̃ ꝙ equus Alexādri magni
talis erat cōditionis ꝙ qn̄ non erat arma
tus armis imperialibꝰ quēcūq̃ garſionē
permittebat ſup ſe aſcēdere: [ar]matus ſo
non. Sic ſi quis virtutibꝰ armatus ⁊ orna
tus fuerit: non permittit ſibi vitia dn̄ari:
ſi vero non:indifferēter ei dominātur. Ut
ergo non dominet̃ nobis vitiū ſed dn̄s:et
ſub ipſo militemus:induamur arma lucis
que ſunt arm[a] noſtri principis. Nobilita-
tus valde repu[t]are[t] qui in bello indueret
arma regis. Multū igitur nobilior qui re-
gis eterni arma induit. Arma lucis.i.eius
qui lux eſt:cuiꝰ Maria porta fuit. Iuxta
illud qđ canit eccleſia. Et porta lucis ful-
gida. Ad quā lucem cōfugiētes:vt de luce
eius habeamꝰ:dicamus Aue. ¶ Scđm di

B
Arma. Diuerſa diuerſimode muniri debēt.
uerſa negotia oportet munitionē eſſe di-
uerſam. Aliter enī muniēda eſt domus in
qua celebrandū eſt:ſcꝫ libro ⁊ calice: ⁊ ali-
ter obſeſſa ab hoſtibus: q: muro ⁊ armis.
Domꝰ obſeſſa homo eſt. Iob.xix. Obſede-
runt in gyro tabernaculū meum. Aīa per
fecta ⁊ contēplatiua indiget libro vite ad
contēplandū: ⁊ calice deuotionis quo in-
ebrietur ad delectandū. Sed aīa incipiēs
et imperfecta indiget muro ⁊ protectione
prelatorū ⁊ angelorū:et munitiōe ⁊ armis
virtutū ad ſe defendendū. Ideo Paulus
pugil chriſti hoc videns oēm incipientē ⁊
imperfectū ad arma cōuolare ſuadet his
verbis. Induamur arma lucis. Prio itaq̃
armabimus militem noſtrū: ſecūdo ne ſuc
cumbat in prelio quomodo ſe habere de-
bet inſtruemus. ¶ Primo igitur tamq̃ ar

C
De diploide confeſſionis.
morum fundamento veſtiendus eſt armi-
ger noſter ſeu miles diploide: quod galli-
co ſermone dicit̃ pourpoint. Hec diplois
dicitur eſſe confeſſio propter multa. Pri-
mo: quia ille habitus iuxta formā corpo-
ris efficitur operiens corpus: quo ad vi-
liores partes eius. Sic habitꝰ iſte confeſ-
ſionis iuxta formam conſcientie cōponen
dus eſt: cooperiens omne corpus peccati
et totum veterem hominē.pſal. Operian
tur ſicut diploide confuſione ſua. Soleb[a]t
autem antiquitus diplois iſta eſſe longa:
ita vt renes operiret: nunc vero vix renes
tangit:quia peccata iſta luxurie vix coram
confeſſore explicātur. Secūdo quia ille ha
bitus vilis eſt. Sic confeſſio ex vilibus pe
tijs peccatorū conſtituitur: et multā cōfu
ſionem adducēs. Sed cōfuſio illa adducit

Universidad de Deusto
Biblioteca



glorĩam.iuxta illud Eccli.iiij.Eſt confuſio
adducens gloriam. Nam (vt ait pſ.) con-
feſſionem ⁊ decorem induiſti. Prius quidẽ
confeſſionẽ:deinde decorem aĩe. Eſt eñ
diplois cõfeſſionis ſimilis diploidi trutã-
norũ ſeu coquinoꝝ ex vilibus petijs con-
ſute:intra quã ſepe latet aurũ. Tertio: qꝛ
ſicut per diploidem adherent arma corpo
ri:ſic ſine cõfeſſione nõ inherent arma vir-
tutũ aĩe. Canti.iiij. Mille clypei pendent
ex ea:ſcꝫ confeſſione:oĩs armatura fortiũ.
Ideo veſtienda eſt hec diplois vt aĩa poſt
tantã vilitatem decorem appareat in con
ſpectu dei in hac ſacra natiuitate. Si qͣs
rex deſponſaret filiã alicuiꝰ pauperis: nõ-
ne dedecus ei faceret ruſticus ille ſi in nu-
ptijs eius niger ſicut carbonarius: vel fe-
tidus vt magiſter ſtercoꝝ coram eo appa-
reret? Deus autẽ naturã humanã q̃ ſoror
noſtra eſt accepit in hac ſacra natiuitate.
Magnã igitur naturã deo iniuriam face
ret qui in tanta ſolennitate peccati ſordi-
bus intinctus coram eo apparet. ¶ Scdo
debet indui noſter miles lorica ſeu thora-
ce iuſtitie. Ephe.vj. Induti loricã iuſtitie.
Eſa.lix. Indutus iuſtitia vt lorica. Sap.
v. Induet pro thorace iuſtitiã. Hac thora-
ce viriliter recipiunt ſagitte pſecutionum
que ſunt quãdoqꝫ ſagitte volantes in die:
qꝛ in manifeſto percutiũt. Hac thorace re-
pelluntur iniqua mandata principũ/q̃ qui-
dem ſunt mors: ſi penetrent iſtã thoracẽ.
Aliquando hec thorax recipit ictus gladij
detractionis. iuxta illud.ij. Coꝛ. vj. Per
arma iuſtitie virtutis dei a dextris ⁊ a ſi-
niſtris: per nobilitatem ⁊ ignobilitatem:
per infamiã ⁊ bonã famã. Quandoqꝫ ta-
men thorax iſta ſeu lorica debilis eſt ⁊ cito
perforabilis ſcutis que opponuntur argen-
teis ⁊ aureis. Hec eñ thorax de maculis
ſeu obolis cõponitur:ideo facile penetra-
bilis. Sed lorica iuſtitie fortis eſt ⁊ virtus
cõmunis oĩbus:vt dicitur. v. Ethi. qua ar-
mari debẽt oẽs. Sed quomodo cõmunis.
An qꝛ miniſtratur cõmuni populo? Non.
cꝫ iam diu eſt ꝙ a cõmuni queritur ⁊ non
inuenitur. Oſee.iiij. Non eſt veritas dei in
terra. maledictũ homicidium/⁊ adulteriũ
inundauerunt ſup terram. A cõmuni (vt
dicit grammaticus) deſcendunt quatuor
participia: que partem capiũt ab vtroqꝫ:
diuite ſcꝫ ⁊ paupere. Quatuor participia
ſunt principes cum ſuis officiarijs, Prela

D
Iuſti-
tia.
De tho
race
ſeu lori
ca iuſti
tie.

ti cum ſuis miniſtris. Aduocati cum pro-
curatoribus. Milites ⁊ armigeri. Ubi ſic
capitur. Non cuiqꝫ quod ſuũ eſt redditur.
Tempore preterito cooperiebat lorica iu-
ſtitie tibias ⁊ pedes.i.inferiores ne preda
rentur: modo nõ cooperit niſi membra ſu
periora ⁊ principalia:ſcilꝫ ſuperiores. Iſti
ſatis obtinent ꝓ ſe in iuſtitia:ceteris vo nõ.
Hac lorica iuſtitie non induebatur Pha-
rao: cuius induratũ eſt coꝛ ad pſequendũ
populũ dñi: ſed magis lorica obſtinatio-
nis ⁊ proprie opinionis: que maxime con
trariatur iuſtitie. Hec eſt de qua Apoca.
xiiij. Habebant loricas ſicut loricas fer-
reas. Hanc voluit induere Dauid ſ[..] lo-
ricam Saulis qui obſtinatus erat in ma-
lum:ſed non valuit cum ea incedere:qꝛ nõ
habebat ꝯſuetudinem. Non eñ erat ſicut
multi:qui ſic ſuis firmãtur opinionibꝰ vt
nihil rationis videant: ſed ſola affectione
ducantur. ¶ Tertio oportet ipſum aſſume
re ſibi ſcutum fidei triangulare. Ephe.vj.
In oĩbus ſumentes ſcutum fidei in quo
poſſitis oĩa tela nequiſſimi ignea extingue
re. In fide eñ trinitatis reſiſtitur oĩbus
tentationibus. pſ. Scuto circũdabit te ve
ritas eius. Hec ſunt principis luminis de-
fenſiones que deſcendũt a patre luminũ.
que a malitia diaboli ⁊ ab ira dei preſer-
uant: qui ſe a tali ſcuto tutantur. Ait eñ
Paulus lib.ix. ꝙ aquila dicitur armiger
Iouis quaſi arma eius gerens: qꝛ nunq̃
fulminatur:qđ eſt inter aues ſingulare. Sic
⁊ illi a fulmine damnatiõis ⁊ furoris dei
ſunt erepti qui dei ſunt armigeri.i.qui ar-
ma eiꝰ gerũt. ¶ Quarto opꝫ induere galeã
ſpei.j.Theſſa.v. Galeã ſpem ſalutis indu
ti. Si eñ nõ aſſit ſpes:ſtatim frangitur coꝛ
ſpiculo deſperatiõis:quã a deo petere de-
bemꝰ.qꝛ pſ. Moab olla ſpei mee.i.ex pa-
tre deo procedit coꝛ plenũ ſpe. Moab eñ
interpretatur ex patre:a quo etiã tribulatio
ad nos emiſſa procedit. Ignis ſiquidem
tribulationis ferueſcere facit ollam natu-
re noſtre et capacitatem noſtram. Et niſi
eſſet ſpes de ſalute:ſtatim ad illum coꝛ frã
geretur. Ut patet de vaſe terreo ad ignem
poſito:ſi ſit aqua vacuum ſtatim frangitur.
Hac galea armati erant martyres. vnde
Auicenna.ij. de naturalibus dicit ꝙ vac-
ca fortiora habet cornua q̃ taurus:et hoc
in recompenſationem nature ipſius vac-
ce propter eius debilitatem in ordine ad

E
Fides.
De ſcu
to fidei
triãgu
lari.

F
Spes.
De ga
lea ſpei
⁊ quõ
ſpes eſt
olla
moab.



taurũ. Sic angelus malus ſm naturã for-
tior eſt nobis: ſed nos habemꝰ fortiora ar-
ma q̃ habeat:ſpẽ ſcꝫ quã nõ habet. Opor
tet igitur intellectũ (qui eſt caput aĩe) val-
lari galea iſta. Alioquin oĩno impotẽs erit
ratio ad preliũ cõtra diabolũ. Nõ eñ ſequi
tur canis predã cũ deſperat. Nec in prelio
miles cũ de victoria diffidit. Quõ aũt adhe
reat capiti noſtro galea iſta ſpei? Dicitur ꝙ ꝑ
bona opa fixa erit ipſi capiti ⁊ permanebit
ſpes. aliter non: qꝛ ſcriptũ eſt. Sacrificate
ſacrificium iuſtitie:⁊ ſic ſperate in dño.
¶ Quinto opꝫ circa collũ habere gorgericũ
qđ gallico ſermone đr gorgery:circundans
guttur. Iſtud ẽ parcimonia vite ſiue abſti-
nen[ti]a. Canis collo circũdatus clauis non
ſtrangulatur a lupo. Loca aſpera vix inuadũ
tur. Sepes ſpinarũ arcet ab orto beſtias.
Et abſtinentia vitia carnalia ab hoĩe. Nec
predones libenter intrant locum vbi ſciunt
dñm auſterũ ⁊ magnũ iuſtitie executorem.
pſ. Ego autẽ cũ mihi moleſti eſſent indue-
bar cilicio ⁊c.j. Pe.iiij. Chriſto in carne pa-
ſſo ⁊ vos eadem cogitatione armamini: ſcꝫ
aceto ⁊ penis eius:imitando eũ. Nihil eñ
magis effeminat q̃ voluptas. Sic per Cy-
rum Perſarũ regem (vt refert Herodotꝰ)
ordinatũ eſt vt Aſiani vacarent voluptati-
bus ⁊ ludis:vt gens illa effeminaretur: ⁊ cõ-
tra eũ non rebellaret. Sic Romani perſua
dere voluerũt Athenienſibꝰ: vt ſequerentur
opinionem Epicuri: qui docebat felicitatẽ
humanã in voluptatibꝰ cõſiſtere: vt ſic faci
le poſſent ab eis ſuperari. ¶ Sexto opꝫ eũ
accingi gladio verbi dei. Ephe. vj. Gladiũ
ſpũs aſſumite. qđ eſt verbum dei. Heb.iiij.
Uiuus eſt ſermo dei ⁊ efficax: ⁊ penetrabi-
lior omni gladio ancipiti. Gladius eñ ma
terialis cũ pcutit/nõ niſi vnũ vno ictu pcu
tit. Sermo vero dei ⁊ aures ⁊ corda omniũ
audientiũ percutit. Item iſte gladius inte-
rius:materialis vo exterius pcutit. Ille vul
nerat ſcꝫ materialis:iſte ſanat ⁊ medetur tri-
bulationibus oĩbus. pſ. Tribulatio ⁊ an-
guſtia inuenerũt me. ⁊ ſequitur medicina.
Mandata tua:que ſunt verba tua. medita
tio mea eſt. Tunc eñ cõfugiendũ eſt ad illa
⁊ ceſſabit:aut ſaltem leuius feretur tenta-
tio. Sic dñs Ieſus contra hoſtem tentan-
tem ad gladium verbi dei recurrit. quo fu
gauit diabolum.
¶ Secũdo videndũ eſt quomodo miles no
ſter ne ſuccumbat in prelio inſtruẽdus ſit.

G
Abſti-
nẽtia.
De gor
gerico
abſtinẽ
tie.

H
Uerbũ
dei.
De gla
dio ver
bi dei.

Igitur ſm Guil. duplicia ſunt arma virtu-
tum. Quedã protectionis: vt humilitas et
patientia. Alia impugnationis: vt diſcipli
na/doctrina/pietas: que eleemoſynis ve-
lut lapidibus diabolum obruit. Sed multi
habentes iſta arma multiplici inſipientia
in bello ſpirituali ſuccũbunt:quos premo-
net Apls.j.Coꝛ.x. Si quis exiſtimat ſe ſta
re:videat ne cadat. ¶ Prima igitur inſipiẽ-
tia eſt eoꝝ qui ante pugnã ſe armare nolũt
ſed tũc primo arma protectionis recipiũt:
cum recepto vulnere dolorem ſenſerint: et
tunc fiunt eis arma oneri:que ante cõgreſ-
ſum accepta eſſent eis defenſioni. Ubi gra-
tia. Cum quis gladio venenate lingue per
detractionem vulneratus fuit:tunc nõ ha-
beat arma humilitatis ⁊ patientie:ſed ma
gis ea abijcit. Poſtmodũ vo quando videt
ſe nihil ꝓfeciſſe/ſed magis ſe leſiſſe/vult il-
la arma accipere. Talis equo amiſſo tunc
primo de ſtabulo claudendo deliberat. Sic
matrimonio iuncti ſepe inuicem conrixantur
⁊ ſeipſos ledunt: vbi patientia opus eſſet.
Neqꝫ eñ igne cõtra ignem:ſed aqua cõtra
ignem pugnatur. Nec bello aduerſus bel-
lum:ſed pace pugnandum eſt. Neqꝫ ira ad-
uerſus iram:neqꝫ odio aduerſus odiũ: ſed
potius altero cõtrarioꝝ aduerſus alterũ:
vt vincamꝰ in bono malũ. Rom.xij. Eccli.
ij. Fili accedens ad ſeruitutem dei prepara
animã tuã ad tentationem vt ei reſiſtatur.
Preparatio iſta eſt cogitatio de modo reſi-
ſtendi tentationi. qđ faciendum eſt priuſq̃
impugnet tentatio. Semper eñ incedere
debent armati:qui verſantur inter hoſtes.
Et ꝓpterea qꝛ ſemꝑ ſumus inter hoſtes no
ſtros: ⁊ ſemꝑ clamatur ad arma. ideo ſemꝑ
incedamus armati clypeo patientie ⁊ taci-
turnitatis. Uoluptatibꝰ opponamꝰ abſtinẽ
tiã: vanitati deiectionem. Clamat eñ tuba
belli:ſcꝫ Paulus. Eph.vj. Induite vos ar-
maturã dei vt poſſitis reſiſtere in die malo.
Pugiles eñ dñi multa ſuſtinent: ⁊ pauca
loquũtur. Alioquin pugnant vt mulieres
que multum poſſunt loqui:pauca ſufferre.
Pugna eñ mulierum cõtentio eſt: que po
tentes ſunt lingua/infirme manibus:vt di
cit Chryſoſtomus. Sic qui multa docet et
pauca operatur/pugnã mulieris exercet.
Contra que duo dominus in pugna paſſio
nis multa fecit ⁊ pauca locutꝰ eſt. ¶ Secũ-
da inſipientia eſt eoꝝ qui ſumunt arma ni
mis ponderoſa:ita vt eorum põderoſitate

I
Arma.
De du-
plicibꝰ
armis.

K
Arma.
De mul
tiplici
inſipiẽ-
tia eoꝝ
q̃ in bel
lo ſpũa
li ſuccũ
bunt.

quãdoq3 deijciantur: vt qui ieiuniorũ/pſalmodiarũ/et vigiliarũ laboribus plus ſolito ſe grauant: intantũ vt poſt amiſſionẽ virium/eis onerosa ⁊ prope tedioſa reddant. Quod ſignificatum eſt in Dauid: qui arma Saulis proiecit: qꝛ nimis ponderoſa erãt: nec eorũ conſuetudinem habebat. Sic Hieronymus ſe fatetur propter nimia ieiunia minus aptũ inueniſſe ad laborãdum in vinea dñi: quẽadmodũ fit in multis religioſis. ¶ Tertia inſipientia eſt eorũ q̃ in ipſo conflictu arma ſua proijciunt: quãdo eis fortius armari deberẽt. Sicut contingit in illis cõtra quos inſurgit elatio/ſtatim humilitatẽ proijcientibus. Cum inſurgit aduerſitas/ſtatim patientiã abijciũt. Cum tentatio carnis/ſtatim vigorẽ mentis amittunt. qđ eſt arma in bello proijcere. Arma etiam ſunt exẽpla ſanctorũ. Greg. Facta precedentiũ recolamus: ⁊ non erũt grauia que toleramus. Sic Julianus apoſtata (vt dicitur in hiſtoria tripartita) cum philoſophiã profeſſus eſſet: vt ſcʒ nunq̃ iniurijs moueret: in ingreſſu Antiochie: cum quedam mulieres ſuo cantu deluſiſſent eũ improperãtes ei ſimulacra: alapizando eas ſuas vindicauit iniurias: ⁊ ſic philoſophiã mentitus eſt. Magna ſtultitia eſt in repugnando laborare contra hoſtem: cum eũ poſſis inermis et abſq3 ictu ſuperare: ſcʒ ſi ſolũ non vindices ſed ſuſtineas. ¶ Quarta inſipientia eſt eorũ qui nolunt reſiſtere hoſtibus vbi facilius reſiſtere poſſent. Sẽper enĩ ad portas caſtri reſiſtendum eſt aut in loco alto ⁊ ſtricto/vbi pauci poſſunt ſe defendere contra multos. Stulte pugnat qui inimicos ſuos aggrediendo anguſta loca tranſire permittit. ⁊ tunc primo vult ſe defendere quando totũ caſtrum vel totã terram hoſtilis exercitus occupauit. Sic ad portas ſenſuũ hoſtibus ſpũalibus eſt reſiſtendũ: vt eas diligẽter cuſtodiamus. Jn loco enim arcto occupationũ eis occurrendum eſt: vt hoſti via non pateat. Otioſitas enim eſt planicies. ⁊ in otiũ quaſi in planiciem ſine difficultate irruit diabolus. Sic irruit in Dauid cum otioſus eſſet: vt adulterium cũ Berſabee cõmitteret. Sic dicit Ouidius. Queritur Egiſtus quare ſit factus adulter. Jn promptu cauſa eſt/deſidioſus erat. Propterea Judicũ. iiij. Eliachim precepit obſtrui aſcenſum montiũ per quos via poterat eſſe in Hieruſalem. Hoc eſt viã obſtruere: quod ſeipſum

L
Otium
Otium eſt cauſa multorũ malorum.

ſanctis occupationibus armare: vt via diabolo ad cor obſtruatur. Res enim perfecte occupata nõ eſt locus alterius: neq3 capax alterius. Hieronymus. Semper aliq̃d boni operis facito: vt diabolus te occupatum inueniat. Jn inſultibus caſtri qui muſitant et ſe non mouẽt conſueuerunt frequentius ſagittari. Qui vero cauere volunt tripant mirabiliter ⁊ ſaliunt ⁊ currũt/modo in dextrũ/modo in ſiniſtrũ: ne eos ſagitta emiſſa ad certũ locum ibidem inueniat. ¶ Quinta inſipientia eſt eorum qui nolunt hoſtem interficere dum paruulus eſt/immo dimittunt eũ creſcere ⁊ infortiari. Sic qui a principio tentationi nõ reſiſtunt: ſed poſtq̃ vires per longã delectationem ſeu cõſenſum accepit: tunc primo pugnare volunt. et volunt tunc hoſtem interficere quando pene interfecti ſunt. Jnterfice ergo hoſtem tuuʒ dum paruulus eſt/in principio tentationis reſiſtendo: ⁊ non permitte q̄ grandeſcat in corde tuo per moroſam delectationẽ ⁊ conſenſum. qꝛ poeta dicit. Principijs obſta: ſero medicina paratur: cũ mala per lõgas inualuere moras. Ps. Beatus qui tenebit et allidet paruulos ſuos. i. primos motus ad petram. i. exẽplo chriſti: vel per fidẽ chriſti. Hieronymus. Lubricus eſt antiquus ſerpẽs: et niſi teneatur totus ſtatim elabitur. Cant. iij. Capite nobis vulpes paruulas q̃ demoliũtur vineas. i. animas eneruãt. Debiliſſimus enĩ eſt hoſtis in cogitatione mala. tũc enim quaſi in ſolo ſemine paruulus eſt. i. in primis motibus affectionum. Jnermis eſt quando nondũ exhibuiſti membra tua arma iniquitatis peccato. Ro. vj. Non ergo expectes donec inualeſcat ⁊ efficiatur fortior te: ſed dum adhuc eſt in teneritudine ſeminis vel paruulus vel inermis/occide illum. ¶ Sexta inſipiẽtia eſt eorum qui contra ſuos pugnãt: ⁊ hoſtes ſuos non cognoſcẽtes eos amicos reputãt. Cum enim perſecutiones pro nobis ſint/tanq̃ preſidiũ et ſuccurſus nobis a deo miſſus: qui aduerſus illas repugnant tanq̃ aduerſus hoſtes. hoc faciunt quia contra ſe non pro ſe velut hoſtes veniſſe credunt. ⁊ ſic in ſuos tanq̃ in hoſtes armantur. Cum enĩ atrociſſimi oĩm noſtrorũ hoſtium ſint proprius ſenſus noſter ⁊ propria voluntas noſtra/maximi adiutores ⁊ propugnatores noſtri ſunt q̃ eos impugnãt. Legimus. ij. Reg. viij. q̄ Thou rex Emath miſit ad regem Dauid Joram

M
Tribulatio.
Tribulatiões pro nobis pugnant.

filium ſuũ vt gratias ageret ei: eo q̄ expugnaſſet Adadezer: ⁊ percuſſit eum. Hoſtis quippe erat Thou Adadezer. Similiter et iiij. Regũ. xvj. legimus q̄ Achaz rex Juda miſit ad Theglaphalaſſar regem Aſſyriorũ aurum ⁊ argẽtum quod inuenire potuit in domo dñi/et in theſauris regis: vt pugnaret pro eo contra regem Syrie: ⁊ contra regem Jſrael. Non ſolum ergo gratias agere debemus propugnatoribus ⁊ liberatoribus noſtris: ſed etiam pretio emẽdi eſſent. Nos vero gratis a deo miſſos non ſolũ male recipim⁹: ſed vt hoſtes repellimus ⁊ proſequimur tanq̃ contradictores. quos velut ſuccurſuʒ mittit nobis dñs ad debellandũ et captiuandũ proprium ſenſum: et ad redigendum in obſequium chriſti. Similiter ⁊ tribulationes ⁊ miſerias quas ad debellãdum propriam volũtatem mittit ꝓ nobis deus: pari furore proſequimur. Scire enĩ debemus q̄ quecumq3 a deo ⁊ ex parte dei ſunt/pro nobis ſunt ⁊ non cõtra nos: quãdiu pro deo ſumus et cum ipſo. Quia ergo omnia iſta ab ipſo ſunt ⁊ ex parte ei⁹. Eccli. xj. Bona ⁊ mala/vita ⁊ mors: paupertas ⁊ honeſtas a dño deo ſunt. ideo benigne debemus ea recipere. ¶ Septima ſtultitia eſt eorum qui de prope volunt pugnare cũ hoſte: qui ex ꝓpinquitate vires aſſumit: et ex elongatione vires amittit: vt fornicatio: et cetera vitia ad carnis voluptatẽ pertinentia. j. Cor. vj. Fugite fornicationem: ne ſcʒ approximetis ei. Quãtũcũq3 enim quis fugit ab aduerſis: tanto minus ſentit aduerſa: vt ait Aug. Sic minus voluptatib⁹ ſtimulatur qui non eſt vbi eſt frequentia voluptatum. Unde ferreas mentes libido domat. que in virginibus maiorem famẽ patitur: cum dulcius exiſtimant qđ ignorant. ¶ Octaua inſipientia eorum eſt: qui ab illa ꝑte qua maior eis ⁊ periculoſior conflictus imminet/ſe protegere omnino negligũt. in alijs vero adeo ſe ſolicite muniunt tanq̃ eis aliud nullum periculum eſſet. verbi gratia. Cum aliquẽ infeſtat luxuria: inter cetera illud eſt cui minime repugnare conatur. Nihil ei difficilius iniungi poteſt in cõfeſſione vel penitentia: q̃ʒ q̄ maxime luxurie repugnet. Auarus vero cũ maxime per largitionem repugnare poſſet auaritie ⁊ eam maxime repellere: largiri oĩno non curat. De alijs vero vitijs quibus non ſunt irretiti/alios vituperantes verba faciunt: et ibi ſe

muniunt: cũ tamen ibi nullũ eis immineat periculum. ¶ Nona inſipiẽtia eorũ eſt: qui clypeo iam perforato ⁊ contrito ſe protegere querũt. Quod faciunt qui malorũ exemplis ſua peccata vel excuſare vel defendere nituntur. Quis enĩ peccator: niſi qui letali vulnere tranſfoſſus eſt ⁊ contritus? Quanta ergo dementia eſt ſe velle protegi ab eorũ clypeis quos iam conſpicis iaculis confoſſos? Tales de aliena morte vincendi ſumunt fidutiam: cum inde potius eis timor adeſſe deberet. quia quãto maiores ⁊ robuſtiores cernimus cecidiſſe: inde min⁹ arma formidare: immo fidẽter in ea irruere ſumma ſtultitia eſt. Qua ſtultitia laborant qui maiorum ſuorũ exemplis malis animãtur ad vitia. Jnquiũt enĩ. Magiſter vel prelatus ſimiliter facit vel fecit. quid ergo mirũ ſi facio? ¶ Decima eorum inſipiẽtia eſt: qui cũ hoſtis eos gladio trãſuerberare nõ poſſit: immo nec ledere: ſemetipſos hoſtili gladio tranſfodiunt. Neq3 enim hoc poteſt hoſtis vt cor aut pellem attaminet: niſi cũ conſenſu tuo illũ ad te vulnerãdum adiuues. Niſi enim gladiũ tuipſe in viſcera tua: aut moroſa cogitatione: aut deliberatione: aut cõſenſu impegeris illeſus oĩno remanebis. Cadit enĩ gladius per ſeipſum de manib⁹ diaboli: niſi illũ manibus tuis eidem ſuſtẽtaueris. Gladiũ autem voco ipm̃ cogitatũ de corde tuo procedentẽ per ſuggeſtionem diaboli: qui non habet vires vlterius ĩpingendi hoc eſt profundius: ſed in ſuperficie tẽtationis ſiſtit: niſi tu diabolum adiuues ad penetrandũ profundius vſq3 ad cõſenſum. Cadit enĩ de manib⁹ diaboli gladius iſte: ſi vires tuas ſubtraxeriʒ. Subtrahe cor tuũ: ⁊ cadet cogitatus hmõi de corde tuo. Caueat igiť miles noſter ne inſipiẽs cadat ab armis lucis: ⁊ ſic pereat ĩ tenebris ⁊c.

¶ Sermo. v. vñ ſupra: ꝑ thema epiſtole.

HOra eſt iã nos de ſomno ſurgere. Romã. xiij. Libenter aduenit quis in locũ hoſpitij in quo credit aduentũ ſuũ multum deſiderari. Propter qđ ſaluator noſter non venit in primo aduẽtu: niſi poſtq̃ fuit multum deſiderat⁹. iuxta illud Aggei. ij. Ueniet deſideratus cunctis gentibus. Quod deſiderium exprimũt: primo Eſaias. Eſa. lxiiij. Utinam diſrũperes celos et deſcenderes. Et deinde

A
Aduentus.
Aduentus chriſti fuit multũ deſideratus.

Univerſidad de Deusto Biblioteca



antiphone que cantātur in vltima ſeptima
na huius aduentus: que incipiunt per O.
que ſunt clamores antiquoꝝ patrū hūc
aduētum expectātium. Deſideratus eſt em̄
ſaluator a ſuperioribus.ſ.angelis: vt oſten
deret illā viam prudētie ⁊ ſapiētie quā nō
intelligebāt ſuper redēptione generis hu-
mani. Inde dicitur Geñ.xlix. Deſideriū col
lium eternoꝝ.i.angeloꝝ: in quē angeli cer-
nere deſiderant: qui dicūtur colles.i.humi
les in ordine ad ſuperbos montes qui ceci
derunt: ſed eterni dicūtur: qꝛ immortales
cum eterno regnāt. A prioribus aūt ſeculi
deſideratus eſt.ſ.regibus ⁊ prophetis. Lu
ce.x. Multi reges et prophete voluerūt vi
dere que vos videtis. Ab inferioribus etiā
qui in limbo erāt vincti in tenebris vt libe
rarentur. Et a poſterioribus: vt a periculo-
ſo inferni deſcenſu in quē oēs deſcēdebant
eximerētur. Nos igitur ſaltē ex effectu oſtē
damus deſideriū vt veniat. et ſi non in car
nē: ſaltē in mentē noſtrā. Ideo pro obuian
do ei: hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.
Quādo pueri ſciūt patrem ⁊ matrē debere
ire ad nuptias/ſolent ſurgere valde mane:
ne ſi dormirent pater ⁊ mater dimitterent
eos. Sic ſurgamus cito/nec dormiam⁹ in
peccatis: qꝛ ſi dormierim⁹ non intrabimus
ad nuptias cum patre deo ⁊ matre eccleſia.
que celebrabūtur in die natalis pro coniū-
ctione diuinitatis cum humanitate. Mat.
xxv. Dormitauerunt oēs ⁊ dormierunt: ſed
que parate erant intrauerunt cū eo ad nu-
ptias. Caueat ſibi qui non ſurget: ne forte
ſibi cōtingat. iuxta illud Threnoꝝ.ij. Dedit
me dñs in manu de qua non potero ſurge
re. Inde Joſue.vij. dicitur tibi. Surge cur
iaces pronus in terrā? i. in terrenis cōcupi-
ſcentijs. Ideo Cañ.iiij. dicitur aīe deuote.
Surge propera amica mea et veni ad nu-
ptias agni: que celebrabuntur in thalamo
virgineo: a quo procedet ſpōſus illo die ve
ſtitus veſte nuptiali. iuxta illud Pſ. Tāꝙ
ſponſus procedēs de thalamo ſuo. Ad quē
B thalamū diuitijs plenū accedamus: vt in-
Sōn⁹. de aliquid reportemus: dicentes Aue.
Pctm̄. ¶ Somno proprie cōparatur peccatū pro-
Propt pter quinꝫ. Primo qꝛ ſomnus eſt morti ſi
quinꝫ milis. Dormiēs em̄ eſt quaſi mortuus. Si
peccatū em̄ non deberet excitari vere diceretur mor
cōpara tuus. Peccatū aūt dicitur eſſe mors pecca-
tur ſom toris: immo ſi nō eſſet ſpes de reſurgēdo a
no. peccato: meli⁹ eſſet ꝙ mortuus eſſet, quia

ſm̄ Ambro.lib. de bono mortis. Bonū eſt
peccatori cum moritur: ne in deteriora vita
prolōgetur. Immo videtur eſſe deterioris
cōditiōis ꝙ canis: cū triplici morti ſit ſub-
iectus.ſ. morti culpe/tēporali/et eterne. ca
nis autē ſolū naturali morti. ¶ Scdo quia
ſicut in dormiēte obturātur oēs ſenſus: ſic
in pctōre omnis ſenſatio ſpūalis obtruitur.
Primo non ſentit odorē coquine celeſtis.i.
nō apprehēdit quāti gaudij eſt illic delite-
ſcere. Similiter auris obediēdo dei māda-
tis nō audit. Guſtus cibū verbi dei non ſa
pit. Tactus elemoſynā pauperi non porri
git. Nec viſus lumē vere fidei recipit. ſi eū
reciperet/ꝓ peccato ſuo niſi ſe cito corrige-
ret: in inferno dānādum ſe crederet. ¶ Ter-
tio qꝛ dormiēs ſepe credit ſe cōtrectare po-
ma aurea vel lapides precioſos ꝓpter ſola
phantaſmata que in eo ſunt: et putat ſe ve
ris vti delicijs. Sic pctōres in hoc mundo
credūt ſe veras habere delicias: qui tamen
ſolā eoꝝ vmbrā habent. Similes cani qui
natando in aqua vidit ad lune lumen vm-
brā carnis quam gerebat in ore multo ma
iorē in fundo aque: qui ſtatim anhelās ad
eam glutiēdam illā dimiſit que in ore eius
erat: et ſic fruſtratus diſceſſit. Diuitie enim
vere cōparātur vmbre: que circa noctē ma
ior eſt: qꝛ diuitie circa finem vite cōiter aui
dius querūtur. Sed ſicut vētus et vmbra
circa noctē retineri nō poſſunt: ſic nec diui-
tie circa mortē. ¶ Quarto qꝛ dormiētibus
illa videtur eſſe pericula que in veritate nō
ſunt ⁊ ea timēt. que aūt vere ſunt pericula
nō timēt. Mortē em̄ trāſitoriā peccatores
timēt: ſed nō eternā. Augu. Vera mors eſt
quam peccatores nō timēt: ſeparatio ſcꝫ a
deo qui eſt anime vita. Timēt paupertatē
mūdi: ⁊ nō timent paupertatē inferni: vbi
nō erit locus mutuandi/vel mēdicādi/vel
labore aliquid acquirēdi: vbi etiā vna gut-
ta aque nō poterit inueniri: vbi ꝓ defectu
bonoꝝ mors deſiderabitur. morſellus ille
ſcꝫ quē ⁊ ipſi ⁊ oīa animalia ſumme timēt.
Apocal.ix. Deſiderabunt mori: et mors fu-
giet ab eis. Propterea nūc non oportet in
peccato dormire: ſed hora eſt iā nos de ſom
no ſurgere. ¶ Quinto quia dormiēs dum
dormit errorē ſuū non intelligit. Sic pecca
tores: vt vſurarij ⁊ fornicatores/mali mer
catores: ⁊ ſic de alijs: dū dormiūt in pecca-
to errorē ſuū nō intelligunt: nec eis perſua
deri poteſt magnitudo erroris ſui. Pſalm̄.



Priuſꝗ̄ intelligerent ſpine veſtre rānum
ſicut viuentes ſic in ira abſorbet eos. Spi-
ne ſunt peccatores ignibus inferni deputā
di.ij.Regū.xxiij. Preuaricatores quaſi ſpi-
ne euellentur. He nō intelligunt ramnū.i.
diabolum decipientem eos. In ramno em̄
colubri ⁊ ſerpentes latent. ⁊ ſic anteꝗ̄ intel
ligant deceptionē eius quaſi viuentes/im-
mo adhuc viuētes/ira dei abſorbet eos ne
ab errore exeant/ſed in eo moriunt. ⁊ cum
excitantur igne inferni/tūc errorem ſuum
intelligūt: ſed tarde multū. pſ. Dormierūt
ſomnū ſuum: ⁊ poſtea nihil inuenerūt viri
diuitiarū in manib⁹ ſuis. Propterea ꝗ̄diu
ſum⁹ in hoc mūdo vigilandū eſt. qđ admo-
net Apls dicens. Hora eſt iam nos de ſom
C no ſurgere. ¶ In hoc ſermone iuxta thema
Surge propoſitū dicem⁹ duo. Primo que ſūt im
re. pedimenta quib⁹ impedimur ne a peccato
Duo i- ſurgamus ⁊ occurramus chriſto venienti.
pediens Secūdo que ſunt que nos poterūt moue-
tia ne re vt cito ſurgam⁹ a peccato ⁊ occurramus
ſurga- chriſto. ¶ Circa primū notandū ꝙ Sopho
mus a nie.ij. ſcribunt duo que nos impediunt ne
pctō. ſurgamus a peccato: ſcilꝫ vox cantantis in
feneſtra: ⁊ coruus in ſupluminari domus.
Primū ergo eſt vox cantantis in feneſtra.
id eſt gaudiū ⁊ letitia hui⁹ ſeculi: que erit ꝑ
feneſtras ſenſuū noſtroꝝ. Fornicator enim
tactū habet apertū ad oēm tactū ruſticum.
ideo nō vult audire loqui de ſua cōuerſio-
ne. ſicut nec ſcabioſus equus vult pectinem
ſentire: ſed magis recalcitrat. Auarus aūt
et vſurarius viſum habet paratū ad mone
tam auri ⁊ argenti: diuitias celeſtes repu-
tans inanes. Guloſus habet guſtū ad ſua-
ues cibos: nihil meli⁹ reputās. Superbus
autē auditū habet apertū: ſi quid de ſeipſo
nobile ⁊ ingenuū dicatur vt inde poſſit glo
riari. hoc enim gaudiū impedit conuerſio-
nem peccatoris ad deū. Dicunt em̄ munda
ni. Si homo ſemꝑ cogitaret de conſcientia
ſua vel de deo nunꝙ̄ letaretur: ſed magis
eſſet ſomniator/aut imaginū comeſtor/aut
hypocrita. Sed falluntur: qꝛ non eſt maior
delectatio ꝗ̄ deo ſeruire: nec maior triſtitia
ꝗ̄ male viuēdo ſeruire mundo. Si em̄ tua
reputatione ſit magna delectatio ſeruire
mūdo pleno miſerijs: nonne maior eſt dele
ctatio ſeruire deo totius conſolationis? de
quo pſ. Melior eſt dies vna in atrijs tuis
ſuper milia. Nōne ſumma delectatio eſt ho
mini non deſeri a ſuo creatore: et ſecure ex-

pectare finem ſuū? Qui enim curias princi
pū frequentāt: mirabiliter timent exui gra
tia regis. Quod ſi ita eſſe cognoſcerent: nō
dormirēt bono ſomno nec lete viuerēt. Tu
igitur peccator gratia regis eterni carens.
a quo omne tuū eſſe ⁊ viuere depēdet: quo
modo potes ſecure dormire et letari corde:
donec recōcilieris ei? Secundū eſt coruus
in ſuperliminari domus/quod eſt procra-
ſtinatio cōuerſionis procedens a ratione ꝗ̄
eſt in ſuperiori parte domus hoīs. Clamat
em̄ coruus. cras/cras/cras: hoc eſt ſpes lō-
ge vite per quā ratio decepta differt ad do
minū conuerti. Dicit em̄ ratio ſic decepta.
Tu adhuc iuuenis es: aſſume tibi modicum
de bono tēpore: dū ſenueris meditaberis
de tua conuerſione. Noli eſſe bigotus ⁊ hy
pocrita. Stulta ſpes iſta multos decepit.
Quot em̄ perſone ſic dixerunt in iuuētute:
qui deteriores fuerunt in ſenectute? quaſi
Ethiops mutet pellem in ſenectute. Quot
hmōi ruerūt morte ſubita? Quot hmōi pe
tierunt indutias etiā vnius diei: ⁊ non ob-
tinuerūt? Quis inſuper tibi dabit ſecurita-
tem viuendi vſꝫ in ſenectutem? Ita ſepe/
immo frequētius morit vitulus ꝙ vacca.
Sed ꝙ ſtulta ſit ſpes iſta ptꝫ ex hoc ꝙ dñs D
talibus ſubtrahit de tēpore ſibi conceſſo vt Spes.
bene viuerēt. Probatur primo auctoritate Spes longe
Pſ. Uiri ſanguinum ⁊ doloſi non dimidia vit: ꝗ̄
būt dies ſuos/vt homicide/raptores/vſu- ſtulta
rarij/⁊ falſi mercatores: mali aduocati ⁊ iu ſit.
dices. Sed qꝛ ipſe pſalmiſta fuerat vir ſan
guinū: cū occidiſſet proditorie Uriā poſtꝙ̄
adulterauerat cū vxore ſua: poſtꝙ̄ protulit
illam ſententiā que de directo ei contraria
erat/ideo ſubdit. Ego vero ī te ſperabo do
mine: non in longa vita quā mihi promit-
tam. ⁊ ſic cōuerſo ad deū deletum eſt pecca
tū. Secūdo qꝛ Ezechias ſemel vnū peccatū
fecit ⁊ propter hoc ſibi immediate manda-
tum eſt ꝙ moreretur. Ideo dicebat dño in
cantico ſuo. Eſa.xxxviij. Ego dixi ī dimidio
dierum meoꝝ: ⁊ non in termino quem ſpe
rabā viuere: vadam ad portas inferi. Sed
quia nō ſperauit in longa vita ſed in mul-
titudine miſericordie dei: ideo commutata
eſt ſentētia cōminatiua: ⁊ ei additi ſunt ꝗn
decim anni. Hora enim erat illi tunc ſurge
re. Similiter de Niniuitis hoc patet. Ter-
tio quia cū loqueretur dñs ad Noe ſuper
diluuio inducēdo ſuper terram. Geñ.vj. Et
propter mala que fiebant diſponebat per-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dere aquis hominem dixit. Erūt dies vite
hoīs centū viginti anni. Super quo Stra-
bus quidā expoſitor dicit. ꝙ .xx. annos ſub
traxit dn̄s de tēpore eis conceſſo ad penitē
dum: videns eos nolle cōuerti. Si ergo tē-
pus promiſſum nolētibus penitere ſubtra
ctū eſt: quid faciet his quibꝰ tale non pro-
miſit? Sed ratiōe ſic. Primo probat. Stul
tum eſt dicere tēpus alicui a deo datū et in
dedecus eius expenſum: ꝙ ipſe ei debeat il
lud prolongare. Exemplū de hoc de aliquo
qui a quodā dn̄o lucri gratia maximū the-
ſaurū accepiſſet: quē tamen prodige conſu-
meret: nōne ſtultus reputaretur ſi ab eodē
dn̄o maiorem recipere ſperaret? imo magis
eum raperet tortoribꝰ tradēs. ⁊ ſi quid ei ex
omnibus que dederat remāſiſſet/auferret
ab eo: eiqꝫ improperando diceret. Quomo-
do alia de cetero tibi dabo: ꝗ a me accepta
tā inutiliter conſumpſiſti? Sic dn̄s talibus
ſubtrahit tēpus/vt patuit in diuite epulo-
ne: cui dictum eſt poſt ſomniū de deſtruen-
do horrea ſua ⁊ maiora faciēdo. Stulte hac
nocte animā tuam repetent a te. Luce. xij.
Et ſi dn̄s aliquādo prolonget tempus: hoc
non eſt niſi vt faciat ſicut carnifices: ꝗ quan
do volunt beſtiam grandi ictu ferire vt in-
terficiant: tardunt ferire a remotiori percu
tiendo. Secūdo ſi dicas ꝙ nō eſt adhuc ho
ra ſurgēdi ſed bene procraſtinādi: tūc opor
tet te habere tp̄s et horas in tua poteſtate
et nō potius in diuina qđ falſum eſt: quia
ſcriptū eſt Actuū. j. Non eſt veſtrū noſſe tē
pora vel momēta ꝗ pater poſuit in ſua po-
teſtate ⁊ non in tua: quia nec poteſtatē ha-
bes prolongandi tibi vitā per vnā horam.

E Surge te. Quatuor nos mouentia ad cito ſurgēdū a pctō et obuiandū chriſto.

¶ Pro ſecūdo puncto huius ſermonis no-
tādum eſt ꝙ ſunt quinqꝫ que nos mouere
debent ad cito ſurgendū a peccato ⁊ obuiā
dum chriſto. Primū eſt incertitudo mortis
Luce. xij. Et vos eſtote parati: qꝛ qua hora
non putatis filius hominis veniet. Et ite-
rū Mat. xix. Veniet dn̄s ſerui illius in die
qua nō ſperatur. Sic dormiebat diues epu
lo de quo dictū eſt ſupra: qui mortuus eſt
infirmitate lethargica: qꝛ dormiēdo. Vul-
go dicitur: nimis profunde dormit: qui cul
citrā ſubter ſe ſibi furari permittit. Sic pec
cator dormiēs in peccatis/cui diabolus nō
ſolum conſcientie culcitrā ſed etiam animā
aufert. Sic Policraticus refert imperatorē
Octauianum iuſſiſſe ſibi emi culcitram cu-
iuſdā militis: qui deceſſerat maximis obli-
gatus debitis. Cui cū diceretur nihil oīno
culcitram valere/mandauit iterū vt emere
tur. Qui interrogatus a ſuis cur tā vilem
culcitram vellet ſibi imperator? Reſpondit
ꝙ mirabatur ꝙ obligatus tantis debitis
ſuper eam dormire poſſet: ⁊ ꝙ forſitan illa
culcitra habebat aliquā virtutē ad cauſan
dum ſomnum: ſi forte ⁊ ipſe tot ſolicitudini
bus inquietatus poſſet ſuper illā dormire.
Oportet enim ſcire te cū chriſto ante diem
feſtum paſce/ꝙ venit hora tua vt tranſeas
ex hoc mūdo: quia niſi vigiles ante diem fe
ſtum/poſtea vigilabis ineternū faciēs vigi
liam poſt feſtū: licet vigilia precedat feſtū.
Apoc. j. Significauit deus que oportet fie
ri cito. ſ. conuerti ad deū. ⁊ ibidem. Ecce ve
nio cito. Qui autem cito conuertitur ſequū
tur multa cōmoda. Primū: quia iocūdius
viuit. Qui autem dormiunt in peccato: con
tinuo rodūtur a vermibus cōſcientie ſue: ⁊
ideo cum murmure viuunt. Qui vero ſur-
gunt a peccato/licet a principio durum vi-
deatur: demū tamen inueniūt delectabile:
ſicut equo quando diſcit ei trotare ad mo-
dum gradarij: poſtq̄ tamen conſueuit fit
ſibi iocūdum. Similiter graue eſt puero cū
primū literas diſcit: ſed poſtmodū in legen
do velociter iocūdatur. Secūdum bonum:
quia taliū cito conuerſorum ad deum gra-
tius eſt ſeruitium: quia de flore iuuentutis
⁊ non de fece ſenectutis deo obſequuntur.
Odioſus eſſet principi qui aduerſario eius
optima vina daret: ⁊ dn̄o feces vini ſerua-
ret. Senectutē autem dn̄o cuſtodire eſt fe-
ces vite ſue ei ſeruare. Ideo cauendum eſt
illis ne in morte de fecibus ire dei potētur.
Ps. Fex eius non eſt exinanita: bibēt oēs
peccatores terre. Sed magis fortitudinem
iuuentutis cuſtodiant deo. iuxta illud Ps.
Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Ter
tium bonū eſt: qꝛ certior moritur de ſalute
ſua. Dubitat enī Auguſtinus de illo qui cō
uerſionem in extremis incipit/ſi ſit ſecurus
de ſalute ſua. ¶ Secūdum quod nos mo-
uet cito ſurgere eſt periculum male conſue-
tudinis: quia quāto aliquid ab aliquo lon-
gius poſſidetur: difficilius ab eo aufertur:
et caſtrum diu poſſeſſum maiori violentia
defenditur. Quando preſcriptio eſt prope
terminū: difficile aufertur hereditas. Sic
cum tēpus preſcriptionis mortis aduenit:
quando diabolus diu poſſedit hominē dif
ficile eſt ei reſiſtere: ⁊ ideo periculum eſt tā-



diu expectare. Primo propter difficultatē
conuerſionis: quia mala aſſueta ⁊ quaſi cō
uerſa in naturam vix virtute creata immu
tari poſſunt. Cōſuetudo enim eſt altera na
tura. Hiere. xiij. Si poteſt Ethiops muta-
re pellem ⁊ Pardus varietates ſuas: ⁊ vos
poteritis bene facere cum didicentis ma-
lum. Si ergo illa duo ſint impoſſibilia na-
ture: videtur etiam ꝙ tertium. Et vere ita
eſt apud hominem: ſed non apud deū. Vn-
de Mat. ix. diſcipuli non potuerunt ejce-
re demonium a quodam poſſeſſo ab infan-
tia: ſed deo nō fuit difficile. Unde Baſilius
magnus. Sicut quis maternam non po-
teſt dediſcere linguam: ſic nec peccati con-
ſuetudinem longā: immo tanta eſt vis con
ſuetudinis: vt quod homo conſueuit facere
vigilans: ſepe videatur facere dormiens: et
quod facit viuens/facit moriens. Unde in-
uenti ſunt iudices ⁊ aduocati: qui ad cōfeſ-
ſionem faciendam in extremis inducti ap-
pellabant, ⁊ aſſerebant ſe grauari. Secūdo
propter onus graue ſue conſciētie. Primo
quia volens incipere ſuum proceſſum/ne-
ſcit vbi incipere propter peccatorū multitu
dinem: et continuo addēs peccata peccatis
addit onus oneri quod grauat animā vſqꝫ
in infernū. Ideo mirabile eſt ꝙ homo quie
ſcere poteſt talibus aſſuetus. ¶ Tertium ꝙ
nos mouere debet eſt: qꝛ talis ſic differens
conuerti peccat in deum: in angelum/in ſe-
ipſum/et ī proximum. In deum quia illud
defert ante eius oculos quod maxime ſibi
diſplicet/vt adulterari coram ſponſo ſuo.
Secundo quia miſericorditer deus vocat
eum: et tamen cōtemnit eum vocantem et
volentem ſibi dare regnū eternum/qui me
ruit penam eternam. Tertio quia deus eū
expectat vt pius pater: ⁊ ſi liceat dici/vide-
tur affligi tarditate eius: ita ꝙ ſibi diſpli-
cet. Tobie. ix. Scis quoniam dies compu-
tat pater meꝰ: et ſi tardauero plus vna die
contriſtabitur anima eius. Turpe enim eſt
ignobili vel pauperi facere regem diu mu-
ſare vel expectare. Dominus autem diu ex-
pectat peccatores ad penitentiam: ideo nil
mirum ſi iraſcatur contra illos. Eccleſiaſti-
ci. v. Ne tardes conuerti ad dominum: ⁊ ne
differas de die in diem. Subito enī veniet
ira illius. Roma. ij. An diuitias patientie
et longanimitatis eius contemnis? Ignor-
ras quoniam benignitas dei ad peniten-
tiam te adducit? Secundum autem duri-
tiam tuam et cor impenitens theſaurizas
tibi iram in die ire et reuelationis iuſti iu-
dicij dei. Ex eo enim ex quo debuerunt ſu-
mere occaſionem deo ſeruiendi: ſumunt oc-
caſionem deum impugnandi. Ex eo enim
ꝙ ſperat deum miſericorditer ipſum expe-
ctare: proponit eum diutiꝰ offendere. Sed
audiant deum comminantem: niſi conuerſi
fueritis gladium ⁊c. Avis videns aliquem
ſibi comminantem iacere lapidem: cito a-
uolat. Dominus peccatoribus minatur mi
ſerias multas: quia Pſal. Multa flagella
peccatoris: et tamen propter hoc nihil fa-
ciunt: ſed differunt conuerti. Quanto enim
arcus magis extenditur: tanto ſequit̄ gra-
uior et profundior ictus: licet ſagitta diu-
tius retineatur. Eſa. xlij. Tacui ſemp ſilui/
patiens fui: ſicut parturiens loquar. Ab-
ſorbebo ſimul montes excelſos. Secundo
affligit angelum cuſtodē ſui. Primo in ex-
pectatione gaudij ſui. quia Luce. xv. Gau-
dium magnum eſt angelis dei ſuper vno
peccatore penitentiam agente. Secūdo quia
ſibi dedecus aſportat: quando corā eo ſuas
abominationes facit/quod coram homine
immo coram garſione facere non auderet.
Tertio in ſeipſum peccat: quia ſe prediligit
in ſtatu latronis q̄ in ſtatu libertatis/ho-
neſtatis/et gratie. Qui enim manet in pec-
cato: ad ſuſpendium eternum iam iudica-
tus eſt: ſi in eo ſtatu demandaretur ſenten-
tia executioni. Quarto in proximum: quia
corrumpit eum malo exemplo ſuo: vt puta
in filium tuum: quando te videt fornican-
tem vel blaſphemantem vel fraudes faciē
ſos ſuos cū a vento magno mouet. Quin-
to intelligi pōt ꝙ ſtelle.i. minores ppl̄i ca
dent de celo eccl̄ie.i. de bona cōuerſatiōe:
quia ſicut dicit Chryſoſt. Cū occidit ſol in
montibus/neceſſe eſt ꝙ occidat in vallib⁹.
Si em̄ montes.i.maiores de eccl̄ia ſint ob
tenebrati: neceſſe eſt etiā hoc cōtingere in
vallib⁹.i.ſubditis. Ideo in ſacra ſcriptura
non ſine myſterio ⁊ notabili documēto vix
inuenit aliquid ſcriptū de obſcuratiōe ſo-
lis/quin ſubſequat ſtatim lune et ſtellarū
obtenebratio: Quis ſolē fecerit deus ſine
macula/non lunā: q: debēt irreprehēſibi-
les eſſe p̄lati ⁊ ſine macula ſicut ſol: quis
in ſubditis multa inueniatur imperfectio.

I Judiciū dei. Q̄notripliciter ſtelle dicunt de celo ceci diſſe.

In ſcriptura tn̄ tripliciter dicunt ſtelle de
celo cecidiſſe ſcʒ Per caudā draconis. Apo
calip.xij. Per terremotū. Eiuſdem.vij. Et
per cornu hirci. Dan̄. viij. Sic ātichriſtus
quoſdā decipiet per miraculorū operatio
nem: ⁊ iſtos trahet per caudā: q: ſicut cau
da operit beſtie turpitudinē: ſic falſa mira
culorum operatio operiet ātichriſti iniqui
tatem. Uel cauda erūt miniſtri eius qui ta
lia faciēt ſigna: q̄ ſequētur ātichriſtū ſicut
cauda ſequitur corpus beſtie. Eſa.xix. Pro
pheta docens mendaciū ipſe eſt cauda. Et
eiuſdem.vij. In vna die diſperdet dn̄s ca-
put ⁊ caudā: antichriſtū ſcʒ cum fautorib⁹
ſuis. Scd̄o per donorum largitionē ⁊ hos
deijciet per terremotū. Gloſ. ſuper illud
Dan̄.x. Terrā diuidet gratuito. Quos an-
tichriſtus ſuo terrore non poterit ſubiuga
re: ſubiugabit auaritia. Tertio per tormē-
torum [illegible]llationeʒ: quos deijciet per cornu.
Grego. Robuſtos quidem antichriſtus in-
terficiet: ⁊ eos qui mente iuſti ſunt corpo-
raliter vincet.

¶ Sermo quartus huius dominice ſecun-
de ⁊ pomeridianus per thema precedens:
et in ordine decimuſtertius.

A Aduentus. Q̄no chriſt⁹ i p̄io aduentu fuit dulcis: i ſecundo erit rectus.

Scriptum eſt in
pſal. Dulcis et rectus dn̄s.
Dulcis in primo aduētu: re
ctus in ſcd̄o. vt dulcedo ad
miām: rectitudo ad iuſtitiā
pertineat. Bern̄.lib.de gradib⁹ hūilitatis.
Dulcis eſt dn̄s: q: perire non patit. rect⁹:
quia punire non obliuiſcit. Dulcis quideʒ
mel afferēs in primo: ſed aculeū in ſecūdo.
Bern̄. in quodā ſermone de aduētu. Apis
que paſcitur inter lilia: que floridā inhabi
tat āgelorū patriā ad ciuitatē Nazareth.
que flos interpretat aduolauit: ⁊ ad ſuauē
perpetue virginitatis florē aduenit: et vl[illegible]
aduenit ibi inſedit. Huiuſmodi apis mel ⁊
aculeū non ignorat: q̄ miām ⁊ iudiciū deo
cātat. Inde ſubdit pſ. Propter hoc legeʒ
dabit dn̄s delinquētib⁹ in via. legē.ſ.clemē
tie ⁊ remiſſiōis pctōꝝ. Prouer.vlti. Lex cle
mētie i lingua eius. Sʒ hoc ſolū delinquē
tibus dn̄ ſunt in via: q: ſi puenerint ad ter
minū ⁊ lege clemētie abuſi fuerint: ſub le
ge rectitudinis ⁊ iuſtitie in ſcd̄o aduētu ca
dent: vbi tūc aculeus poſt mel oſtēdet: tūc
em̄ erit rect⁹. Ferrū incuruatū nō pōt vul-
nus pfundius inferre: rectificatū v̄o pro-
funde penetrat. Deus ferro cōparat. Dan̄.
ij. Ferrū domat oīa. Illud fuit incuruatū
in p̄io aduētu i carne mortali ⁊ paſſibili:
pronus ⁊ inclinat⁹ ad nr̄am miſeriā p exhi
bitionē mīe: ideo tunc nō venit vulnerare.
Sʒ in ſcd̄o aduētu in carne īpaſſibili adue
niēs rect⁹ ⁊ rectificat⁹: p exhibitionē iuſti-
tie pfundū vulnus infliget: q: nō ſolū cor
pus reprobi ferrū ptrāſibit: ſed etiā aīam.
Greg. homil. de Aſcēſiōe. Hoc nobis ppen
dendū eſt ꝙ is q̄ placid⁹ aſcēdit/terribilis
veniet: ⁊ q̄cq̄d nobis māſuetiſſime p̄cepit:
cū diſtrictiōe exiget: q: tāto tūc ad iudiciū
diſtrictor veniet: quāto nobis ante iudiciū
miām progauit. Habet em̄ deus man⁹ du
plices: clemētie.ſ. ⁊ iuſtitie. In manib⁹ cle-
mētie ſunt ipij p pn̄ti. In futuro de hmōi
manib⁹ trāſferent in man⁹ iuſtitie. Id̄o pſ.
Uidēs q̄m tu laborē ⁊ dolorē cōſideras: vt
tradas eos i man⁹ tuas. Cōſiderat em̄ de⁹
nūc laborē ⁊ dolorē quo iuſti affligūt ab
impijs: vt quos nūc ſupportauit i manib⁹
clemētie: poſtea tradat in man⁹ iuſtitie. Il
la em̄ lex iuſtitie ſiſt iueniet iuſtū ⁊ impiū
puniēdo ⁊ p̄miādo. Exo.xij. Eadē lex indi-
gene ⁊ colono. Indigene.i.impio alieno a



patria celeſti: ⁊ colono.i. eiuſdē habitato-
ri. Hanc legē tunc aſportabit ex vtero ma-
tris eccl̄ie triūphātis cū venerit: ſicut legē
clemētie attulit ex vtero mr̄is Marie. Ad
quam pro mīa recurremus: dicētes Aue.

B Judiciū dei. De quatuor generib⁹ videntiū ſigna futura.

¶ Uidentiū iſta ſigna quatuor tunc erunt
hoīʒ genera. Nā quidā erūt mali: q̄bus ve
xatio dabit intellectū: ⁊ terrore cōcuſſi re-
uertētur ad dn̄m ⁊ ꝯuertent: ſicut ſcriptū
eſt. Cū occideret eos q̄rebāt eum ⁊ reuerte
bantur ⁊c. In quo videt quāta in oīb⁹ qui
bus videt de⁹ irat⁹ mīa apparebit. Cū ira
tus fueris mīe recordaberis. Scd̄m gen⁹
erit reproboꝝ: q̄ timebūt ⁊ deſpabūt dicē-
tes nōtib⁹ cadite ſup nos: et collib⁹ opite
nos. Initiū em̄ dolorū hec: q: ibi icipiet in
fern⁹ eorū. Deut.xxxij. Ignis ſuccēſus ē in
furore meo: ⁊ ardebit vſq; ad iferni nouiſſi
ma. Tertiū gen⁹ eſt impfectorū: q̄ lʒ boni:
vidētes tn̄ hec timebūt ⁊ penitētiā agētes
purgabunt. Uidebūt ei ꝙ dn̄s his ſignis
eternos dolores p̄nūtiabit: id̄o meli⁹ agēt.
pſ. Timebūt gētes q̄ habitāt terminos a
ſignis tuis. Quartū gen⁹ erit pfectoꝝ: a q̄-
bus pfecta charitas foras mittit timore:
qui deſiderabūt diſſolui ⁊ eſſe cū chriſto: q̄
in his ſignis deū glorificabūt: ⁊ finē belli
pro pace eterna ppinqua deſiderabūt. Ad
qd̄ eos iuitat ſaluator p v̄ba pposita. His
aūt fieri incipiētib⁹: leuate capita vr̄a ⁊c.

C Judiciū dei. De ſignis et natura elementari.

¶ Mane dictū eſt de ſignis celeſtibus: re-
ſtat pro illa ſcd̄a citatiōe dicere de tribus
alijs ſignis. Et primo de ſignis in natura
elemētari: vn̄ ſubdit. Erit in terris p̄ſſura
gentiū pre ꝯfuſiōe ſonit⁹ maris ⁊ fluctuū.
Qd̄ multipliciter itelligi pōt. P̄io ꝙ erit
preſſura quātū ad ſtatū ruſticoꝝ: q̄ per ter
ram figurant: ⁊ hoc pp̄ter vexatiōes ⁊ ex
actiōes q̄ eis a potētibus ſeculi inferētur.
Eſa.xxiiij. Cōfractione cōfringet terra. Et
hoc ſepe ꝯtigit in ppl̄o: ⁊ maxīe ante Ma
chometū: ⁊ plus ante antichriſti aduentū.
Job.xlj. Faciē ſuam p̄cedet egeſtas. Scd̄o
poterit ꝯtingere hec preſſura ex elemētari
cōmotiōe: q: ſm̄ Hiero. fugiēt hoīes ⁊ la-
titabūt i cauernis petrarū: tātaq; ibi erit
hoīm cōpreſſio ꝙ ſe mutuo ſuffocabūt. Et
hoc cauſabit ex q̄tuor. P̄io ex agitatione
maris ⁊ fluctuū: q̄ cauſabūt ſonū horribi
lem: ⁊ ex eleuatiōe maris ſupra montes: ⁊
clamore beluarū q̄ morient in mari: ex qui
bus oībus generabit horribilis ſon⁹. Erit
em̄ tūc durū gen⁹ aculei: quo ſtimulabunt
gētes: q: in teris erit preſſura gētiū. Erit
etiā nouū genus preconi: quo mētes exci-
tabūtur: q: pre cōfuſione ſonitus maris ⁊
fluctuū. Scd̄o cauſabit ex ign[e]: q: mare vi
debitur ardere.ij.Pet.iij. Elemēta mundi
calore ſoluētur.i.videbūtur ſolui: ⁊ tūc fu
gient hoīes. Tertio erit cōmotio terre ve-
hemētiſſima: cū caſtra cadēt/palacia ⁊ ci-
uitates: ⁊ pp̄ter hoc fugient. Quarto erit
vehemēs [ae]ris cōmotio per fulgura/coru
ſcationes ⁊ tonitrua: ex q̄bus oībus cau-
ſabitur aeris obſcuritas: ⁊ tunc hoīes hec
fugiēdo ſe cōprimēt: ⁊ hec tribulatio ma-
xime vigebit circa terras maritimas. Un̄
dicebat quidē pater in vitis patrum: ꝙ ſi
poſſibile eſſet ꝙ hoīes viderēt aduentū iu
dicis: celos ſciſſos: deū iratū: ⁊ ea q̄ prece-
dent iudiciū: oēs morerēt. Inde oēs hoīes
ad hmōi aduentū morient. Grego. in ho-
mil. Nudiuſterti⁹ fratres audiſtis ꝙ ſubi-
to turbine annoſa arbuſta ſunt eruta: de-
ſtructe dom⁹: euerſe eccl̄ie: hoīes ad veſpe
rum ſani: in ipſa nocte repētina morte de-
functi ſunt. Si cū aerē mouit terra nō ſub
ſtitit: q̄d faciet cū celū ⁊ oēs creaturas cō-
mouerit? Un̄ erit quadruplex gentiū preſ-
ſura. P̄ia tyrānoꝝ. Scd̄a hereticorū. Ter
tia hypocritarū. Quarta antichriſti. Hinc
Dan̄.vij. Uidebā in viſione noctis: et ecce
quatuor beſtie aſcēdebant de mari. Prima
quaſi leena: iſta ē tyrānoꝝ crudelitas. Se-
cunda quaſi vrſus: iſta eſt hereticoꝝ verſu
tia. Tertia eſt quaſi pardus: ⁊ iſta eſt varie
tas ⁊ dolus hypocritarū ⁊ falſoꝝ fratrū.
Quarta terribilis ⁊ fortis nimis: ⁊ iſta ſi-
gnificat antichriſtū: cui⁹ tp̄e erit talis tri-
bulatio qualis nō fuit ab initio ſeculi: q:
ille q̄tuor tribulatiōes cōfluūt in vnā. Ter

D Judiciū dei. De ſignis in natura rōnali.

tio erit ſignū in natura rōnali: q: areſcent
hoīes pre timore ⁊ expectatiōe eorū q̄ ſup
uenient vniuerſo orbi. Qd̄ intelligi pōt vel
ſpūaliter p ſubtractionē deuotiōis: vel tē
poraliter areſcēt vigore ſue corporalis vir
tutis: ita vt fiāt velut amētes pro timore
malorū adhuc reſtātiū: q: nec natio nec p
uincia ab his anguſtijs excludet. Et ſi[c] nō
inueniet locus impio: ⁊ implebit illud pſ.
Queſiui eū ⁊ non eſt inuentus locus eius:
quaſi diceret. Queſiui impio locū: in mun-
do ⁊ nō inueni. Nam iudicio imminēte/ce
lum tonitruis ⁊ fulgurib⁹ expelle impios:
aer turbinib⁹: mare tēpeſtate: terra cōmo-
tione; vt in toto mūdo locū non inueniēs:

ſepeliaꝛ in flāma ignis deuorātis. Exēplo
eorū qui regem terrenū offenderūt. Nemo
eſt q̄ non velit regi cōplacere:⁊ cōplacēdo
a ſuo hoſpitio hoſtes eius eijcere. Sic ap-
propinquāte termino mūdi oīa a ſe pecca-
tores expellent. Et ſi dicaꝛ.i.Theſſa.v.Cū
dixerint pax ⁊ ſecuritas repētinus eis ſuꝑ
ueniet interitus. Nō eſſet autem pax ⁊ ſe-
curitas ſi hoīes per hmōi ſigna preceden-
tia ita terrerenꝛ. Sꝫ hoc ſoluit Aug. in epi
ſtola ad Eſitiū: dicens ꝙ iſta pax ⁊ ſecuri-
tas erit tunc malis q̄ bonos ꝑſequētur:ſed
non bonis: ⁊ ideo illud dictū ad bonos re
ferri debet:hoc eñ peruipendēt mali. Vel
poteſt dici ꝙ iſta ariditas erit per aliqđ tē
pus ante diem iudicij. Et poſt illud tēpus
credēt hoīes ab illis malis eſſe immunes.
Et tūc illis ſuꝑueniet repētinꝰ interitꝰ.Et
hec ariditas nō ſolū in hoībus erit: ſꝫ etiā
in alijs creaturis: arguēs ignem cōflagra
tionis cito aduenire:quaſi oīa eſſent arida
igni parata.Vel areſcēt hoīes in die iudi-
cij: quādo nō habebūt theſauros cupidi:
⁊ ſuperbi honores. Vulgo dicit ꝙ totus
homo areſcit: qñ nō habet quod appetit.

E
Ange-
lus.
Quo-
modo
vtutes
angeli-
ce mo-
uebūꝛ.

¶ Quarto apparebūt ſigna in natura an-
gelica.Virtutes eñ celoꝝ mouebūꝛ. Ac ſi
diceret.Non eſt mirū ſi cōmoueanꝛ hoīes:
qñ virtutes celorū q̄ ſunt firme ⁊ ſtabilis
cōditionis ex admiratiōe venturorū cōcu
tiētur.Hoc autē itelligi pōt multipliciter.
Primo ſm Ricar.de me.vil. ꝙ tūc angeli
mouebūtur ad faciēdū facta inſolita: per
modicū tp̄s ante aduētū eiꝰ faciētes facta
maioris admirationis q̄ vnq̄ꝫ fecerint:vt
reuocēt ferreas mētes in deū.Sicut legū-
tur feciſſe terrores in aere.ij.Mach.v.Qñ
per q̄draginta dies viſe ſunt ꝑ aera acies
ſeu equites diſcurrētes quaſi cohortes ar-
matas: ⁊ cōgreſſiōes fieri horribiles. Qđ
ſimiliter viſuꝫ eſt ante deſtructionē Hieru
ſalem vt refert Joſephus.lib. de bello Ju
daico.Et ſuꝑ ciuitate Januenſi pauloante
q̄ꝫ caperetꝛ ab Agarenis. vt refert Vincen
tius. Scđo ſm Anſelmū angeli mouebū-
tur:qꝛ tūc dimittēt miniſteria ſua operari
ceſſando mouere corꝑa celeſtia: ⁊ hoc ideo
quia tunc nō amplius fient generatiōes.
Sicut eñ figulus per rotā motā cōponit
qualem potum voluerit:ſic dñs per motū
celorū:q̄ tunc deſinet.Hiere.xviij.Sicut lu
tum in manu figuli: ſic vos in manu mea
dicit dñs. Tertio mouebūtur motu admi-
rationis videndo motus accidētes preter
ordinem nature: ⁊ iudiciū omīs creature.
¶ Cauſa autē huiꝰ admiratiōis multiplex
erit. Primo:qꝛ ibi videbūt aſſiſtere totum
orbē:etiā oēs angelos in cōſpectu terribi-
lis iudicis. Scđo:qꝛ videbūt horribilē pu
nitionē de ſuis cōſortibꝰ:ſcꝫ angelis demo
nibus. Tertio ſtrictiſſimā diſcuſſionē: que
fiet a ſeuero iudice.Quarto totū orbem ar
dere.Chryſoſt. Si quis eſſet ſupra montē
et videret vnā magnā ciuitatē ardere ter-
rore cōcuteretꝛ:quātomagis ſi totum orbē
ardentē videat.Quarto mouebunꝛ advin
dictam malorū faciēdā:qñ exibūt angeli ⁊
ſeparabūt malos de medio iuſtorū. Mat-
thei.xiiij. q̄ timēda erit illa ſeꝑatio. Nec
mirū ſi tunc moueanꝛ:qꝛ ſm Chryſoſt.Si
qñ rex terrenꝰ ꝓceſſurꝰ cōtra aliquē in ex-
peditionē mandat pp̄los: dignitates oēs
mouētur:exercitꝰ excitātur: ⁊ tota ciuitas
feruet: quātomagis rege celeſti exeūte iu-
dicare hoſtes ſuos capitales. Quinto ſm
Guil. Pariſ.cōmouebunꝛ āgeli ſancti ad
cuſtodiā hoīm vel regnorū deputati:⁊ hoc
ad vltionē reprobo:vel trāſeundo ab eis
⁊ derelinquēdo eos. Sicut legimꝰ ante de
ſtructionē Hierl̄m fuiſſe auditas voces in
tēplo:q̄ putabanꝛ eſſe angelorū dicentiū.
Trāſeamꝰab his ſedibꝰ.vñ Eccl̄es vlti.Cō
mouebūtur cuſtodes domꝰ. Sexto ſm eū
dem virtutes mouebunꝛ.i. viri prudētes.
Inter virtutes eñ prudētia ⁊ circūſpectio
ſunt que preuidēt hoſtes ⁊ hoſtiū iacula ⁊
annūtiant: ⁊ ideo ſunt quaſi cuſtodes do-
mus:de quo allegatū eſt.Cōmouebunꝛ cu
ſtodes domꝰ.Iſti viri prudētes ita moue-
bunꝛ a ſuo ſenſu ꝙ vix ſciant in tantis ad-
uerſitatibus dare cōſiliū: ⁊ ideo ſequiꝛ. Et
nutabūt viri fortiſſimi.i.vt ſi fieri pōt mo
ueantur electi q̄ dicūtur viri fortiſſimi: qꝛ
robur cōſiſtendi in mūdo datur pp̄lo: q̄bꝰ
ſecluſis nō ampliꝰeſſet pp̄ls. Nā tāta tunc
erit ꝑſecutio:vt etiā ſm ter.ocioſe ſint mo
lentes īminuto nūero.i. p̄dicatores ⁊ do-
ctores ocioſi erūt: qꝛ tunc videbūt doctri-
nam potiꝰ ſcādalū cōcitare ſibi ⁊ auditori
bus q̄ꝫ ꝓdeſſe.Et tūc potiꝰ lachrymis/lu-
ctui ⁊ oratiōi vacare tūc eligēt nō vidētes
alia via occurri poſſe tot malis q̄ erunt in
illis diebꝰ.Juxta illud Threñ.iij.Bonū eſt
cum ſilētio preſtolari ſalutare dñi. Ponet
in puluere os ſuum:ſi forte ſit ſpes.Sede-
bit ſolitarius ⁊ tacebit.Hec Guil. Pariſ.



F
Crux.
Judi-
ciū dei.
De cita
tiōe ꝑ-
emptō-
ria ꝑ ſi
gnū fi-
lij ho-
minis.

¶ Tertia citatio et perēptoria erit ꝑ ſigna
ꝓpinquiſſima: quorū primū erit ſignū fi-
lij hoīs.Sꝫ dicet quis iſtud ſignū filij ho-
minis non eſſe crucē: ſed aliqđ aliud ipſuꝫ
repreſentās. Ad qđ dicitur ꝙ crux erit ſi-
gnum filij hoīs. Quod ꝓbatur primo: qꝛ
illud eſt ſignū filij hoīs quod magis decla
rat ipſum eſſe filium hoīs. Nihil autē ma
gis declarauit eum eſſe taleꝫ q̄ mors: quā
nullus vnq̄ꝫ euaſit niſi filꝰhoīs.Ideo licet
eſſet filius dei qđ per miracula cōprobaꝛ
per crucē moriēdo ſe filiū hoīs eē deſigna
uit. Scđo qꝛ ſicut per ſignū cognoſciꝛ ta-
berna: ⁊ ꝑ vexillū rex: ſic per crucē cogno-
ſcitur triūphus chriſti: q̄ reprobis erit in
cōfuſionē:qui ꝑdiderūt eius meritū:⁊ ele-
ctis in gloriā: qꝛ per ipſum triūphauerūt:
igiꝛ per tale ſignū crux intelligiꝛ. Tertio
quia ſignū iſtud tanto honore dignatꝰ eſt
honorare dñs:vt etiā nec hebreos ab āge-
lo interfectore voluerit eſſe liberos cū vel-
let exterminare exercitū Egypti:niſi per ſi
gnum Thau.i.crucis non in abſcōdito vel
in obſcuro poſitū/ſed in ſuꝑliminaribꝰ do
morū:⁊ nunc in frontibus hoīm reponere
iuſſit:ita ꝙ per cruces oſtiorū indicauerit
totā ſibi domū mūdi ceſſurā: ⁊ per cruces
frōtiū totū ſibi hoīem per crucē vēdicatu-
rum:⁊ ſic per crucē totū orbeꝫ indicaturū:
qꝛ in cruce ſibi data eſt oīs poteſtas in ce-
lo ⁊ in terra iudicādi. Propter qđ Apl̄us
cum dixiſſet. Humiliauit ſe factꝰ obediēs
vſq̄ꝫ ad mortē: morteꝫ autē crucis:ſubdit.
Propter qđ ⁊ deus exaltauit illū ⁊c. vt in
noīe Jeſu omne genu flectaꝛ ⁊c. Et ſic per
crucē oīa iudicabit: ⁊ oīa ſibi flectēt genua
celeſtia/terreſtria: ⁊ infera.Quarto qꝛ et ſi
crux dñm torſerit ipſi tñ gloriā peperit:de
qua Apl̄us.Vidimꝰ Jeſum ꝓpter paſſio-
nem mortis gl̄ia ⁊ honore coronatū . Cur
ergo non apparebit gl̄ie ſignū: cū in maie
ſtatis gl̄ia precipua apparebit: veniēs ad
viſitādū orbē ⁊ curare plagas eius.Sicut
eñ antea per crucē curauerat vulnera eiꝰ:
tunc ſi̅r curaturꝰ eſt. Venit aūt medicus
primo viſitās infirmū vt morbum cogno-
ſcat:ſcđo cū medicinalibꝰ curans: tertio ſi
medicina nō ſufficit cū ferreis inſtrumen-
tis ſecturꝰ.Sic dñs genus humanū tripli
citer viſitauit. Primo in paradiſo hoīe vul
nerato ex morſu ſerpētis antiqui: venit vt
ſtatū eiꝰ cognoſceret dicēs. Adam vbi es.
Non q̄ſiuit de loco ſed de ſtatu vulnerati.
Job.vij.Viſitas eum diluculo.i.mane pri
me etatis. Scđo venit cū medicinalibus:
prius quidē corroſiua apponēs in lege ve
teri:deinde in lege euāgelica cōtinente ſa-
cramēta quedā quaſi quedā vnguēta:qui
bus vulneratus cōtinue vtereꝛ/appoſuit.
Et ſic vinū et oleum infudit Samaritanꝰ
vulnerato: qđ deſiderabat natura huma-
na dicēs.Viſita nos in ſalutari tuo. Tan-
dem cum inſtrumētis ferreis venturꝰ eſt:
vt carnem mortuā ⁊ mēbra putrida ꝑſcin
dat: qꝛ cum ſignis paſſiōis: cruce/clauis/
⁊ lācea: vt inſanabilia mēbra abſcindat et
ꝓijciat.Eſa.xxvij.In die illa viſitabit do-
minus in gladio ſuo duro/grādi/ et forti.

G
Tuba.
De tu-
ba qua
re dicit
nouiſſi
ma: et
ad q̄d
deſer-
uiet.

¶ Secundū ſignū propinquiſſimū erit no-
uiſſima tuba. Circa qđ queruntꝛ duo. Pri-
mo quare diciꝛ nouiſſima. Scđo ad quid
deſeruit. Ad primū reſpōdet Hieronymꝰ
ad Marcellā. Qūo diciꝛ nouiſſima tuba
niſi alie preceſſerint. In apocalypſi auteꝫ
Joānis ſeptē deſcribūtur angeli cū tubis
⁊ vnoquoq̄ꝫ clāgente:primo videlꝫ ſecūdo/
tertio:quarto:quinto: ⁊ ſexto:quid per ſin
gulos actuꝫ ſit indicaꝛ. Nouiſſimo autē.i.
ſeptimo reſonante mortui ſuſcitātur. Vel
aliter ſm eūdē in epl̄a ad Cromatiū ⁊ He
liodorū.Tube priores ſacrate legunꝛ in li-
bro numerorū: q̄ ante oſtias ꝑſonabāt: et
ad cultū diuinū populū vocabant:deinde
deſcēdit ſermo diuinꝰ reſonāte illa tuba q̄
dixit.Ego vox clamātis in deſerto.Nouiſ-
ſima vo tuba erit archāgeli:quādo deſcē-
det dñs de celo:hec Hiero. Ad ſcđm diciꝛ
ꝙ in antiqua lege tube ad quatuor ordi-
nabātur Primo ad mouēdū caſtra hebreo
rum.Secūdo ad bella. Tertio ad cōuocan
dum principes vel populū ad feſta.Quar
to ad conuocādū populum ad epulandū:
vt habetur ad longum Nume.x.Sed quia
epule pertinent ad feſta: ⁊ caſtrorū motio
ad bella:ideo ſub duobus membris poteſt
vſus huius tube corporalis cōprehendi.
Ad quorū inſtar vnumerit ad inuitandū
electos ad feſtū nuptiarū agni ⁊ ad epulū
ſempiternū. Scđm erit ad bellū qñ arma
bitur orbis cōtra inſenſatos.Ideo nil mi-
rum ſi tunc canet tuba. Juxta illud ſalua-
toris.Matth.xxiiij.Mittet āgelos cū tu-
ba et voce magna: ⁊ cōgregabunt electos
eius a quatuor ventis: et a ſummis celo-
rum vſq̄ꝫ ad terminos eoruꝫ. Zacharie.ix.
Deꝰ in tuba canet: ⁊ vadet ī turbine auſtri.

Turbo aūt Auſtri vadit ꝯtra Aquilonem
id eſt cōtra malos in qbꝰ refriguit chari-
tas ad diſſipandū eos. O terribilis tuba
que pe[tr]as ſcindit: aperit ſepulcra: ⁊ con-
fringit vincula mortis: ⁊ de ꝓfundo infer
ni aſſignat aīas ſuis corporibꝰ citiꝰ in ope
V Iudiciū dei. ꝙ ſagitta tranſit in aere. ¶ Cū aūt hec ſi-
gna apparuerint: tunc apparebit dn̄s ve-
Quō chriſtꝰ veniet i ptāte ⁊ maieſtate magna. niens in ptāte ⁊ maieſtate magna. Qn̄ rex
venit ad bellū/cōiter venit habitu muta-
to: qn̄ vo ad regnum. in habitu ꝓprio. Sic
chriſtus cū venit ad triūphū crucis venit
habitu mutato: qꝛ habitu inuentus vt ho
mo. Stetit eī vbi preſes Pilatus ſedebat.
Sed in iudicio veniet ad regnū in habitu
proprio claritatis eterne: in ptāte ⁊ maie-
ſtate magna: ſedens vbi preſes ſuus erit
ſtans. Et tunc ſui electi q̄ hic inuenient vi
ui: ſimul ibunt obuiam chriſto in aera: vbi
ſedebit in nubibus aeris. Et hic erit locus
dexter potior ⁊ nobilior in quo ſtabūt oēs
electi: qui tunc vel morient ſubito ⁊ ſubito
ſuſcitabunt. Uel ſm̄ aliam opinionem ſic
morient ꝙ viui de mortalitate ad īmorta
litatem transferent. Reprobi aūt ſtabunt
in terra quaſi a ſiniſtris: ſcꝫ in minꝰ nobili
loco. Beati qui inuenient parati ire obuiā
ei: qui cuſtodierint veſtimenta ſua ne nudi
ambulent. ⁊ hoc cōtra frigora infernalia
de quibꝰ Iob. xxiiij. Tranſibunt ab aquis
niuiū ad calorem nimiū. Hi ſunt electi de
quibꝰ ſapientia dicit Prouer. vl. Nō time-
bit domui ſue a frigoribꝰ niuis. ⁊ hoc ideo
qꝛ oēs domeſtici eius veſtiti ſunt duplici-
bus. Miles in bello veſtit duplici veſte. ſ.
armatura ferrea exteriꝰ: ⁊ ſub armis mol
li ⁊ decoro veſtimento. ſicut ouis duplicēꝫ
habet veſtem: pellem ſcꝫ ⁊ lanā. Sic mili-
tes ⁊ domeſtici chriſti exteriꝰ pnīa/patien
tia/⁊ honeſta cōuerſatione veſtiri debent:
intus aūt decoro ⁊ glorioſo habitu chari-
tatis ⁊ ceterarū virtutū. poſtmodū cū chri
ſto duplicē ſtolā: corpis ſcꝫ ⁊ aīe habituri.
I Iudiciū dei. Dies iudicij de ſiderabilis ē iuſtis. ¶ Sed qꝛ bonꝰ medicus volens egro dare
potionē amarā/eā melle vel zaccaro tem
perat: vt eā valeat eger recipere. Sic dn̄s
medens pctōribꝰ dat eis guſtare potionēꝫ
amarā iudicij: ſed poſtmodū temperat eā
ſpe fructus futuri. Dicit em̄ medicus. hec
medicina terribilis eſt ⁊ amara: ſed abſqꝫ
dubio eā ſubſequit ſanitas. Et hoc eſt qꝺ
ſubditur. His aūt fieri incipientibꝰ/reſpi
cite ⁊ leuate capita veſtra: ecce appropin-
quabit redemptio veſtra. q. d. Per tene-
bras illas ſperāda eſt lux. poſt pſecutiōes
pax eterna. poſt pctōꝝ captiuitatem redē
ptio eterna. Iob. xvij. Rurſum poſt tene-
bras ſpero lucem. Nec miruꝫ ſi iubet dn̄s
electos gaudere de deſtructiōe ſeculi. Pri
mo qꝛ via eoꝝ laborioſa finitur. Grego. in
Homil. Quid eſt vita mortalis niſi via: et
qualis ſit fratres mei perpendite. In la-
bore vie laceſſere: ⁊ tn̄ eādem viā nolle fi-
nire. Ideo iuſti tunc letanter exeūt: qꝛ tūc
a laboribus requieſcūt. Scdo qꝛ eoꝝ ini-
micus deſtruit: mundus em̄ odit electos.
Io. xvij. Ego dedi eis ſermonē meū: ⁊ mū
dus eos odio habuit. Et ibidem. Quia de
mūdo nō eſtis: propterea odit vos mun-
dus. Ideo Eccli. lj. Uir iuſtus petit in tpe
ſupboꝝ nō derelinqui ſine adiutorio: pro-
pter multitudinem inimicoꝝ: ⁊ querit tp̄s
electoꝝ. de quo Sap̄. iij. In tpe erit reſpe
ctus illorum: ſcꝫ in tempore iudicij. Nunc
em̄ eſt tempus diaboli ⁊ membroꝝ eius q̄
ex diuina pmiſſione facultatem habent af
fligendi iuſtos. Et hoc tempus peſſimū/⁊
maxime finale in quo ſathanas qui nunc
ligatur/ſoluetur. vt dicitur Apoc. xx. Ter-
tio qꝛ appropinquat amicus iuſtoꝝ. Gre-
go. in Homil. Qui deum diligunt ex mun
di fine gaudere iubent: qꝛ eum quē amāt
mox inueniunt: dum tranſit is quem non
amauerunt. Ideo dicit eis. Leuate capi-
ta veſtra exemplo natantium: ne ſubmer-
gamini in mari huius mundi. Si enim ca
put eſt extra aquas ⁊ totū corpus intra:
nō propter hoc ſubmergit homo. ſi autēꝫ
caput intra ⁊ totum corpus extra/ſubmer
gitur. Sic ſi homo ſit inter diuitias mul-
tas ſed cor nō eſt ibi nō eſt periculum. pſ.
Diuitie ſi affluant/nolite cor apponere.
Si autem ſit in diuitijs cor/dato ꝙ nō ha
beat eas/periculum eſt. Cor enim ſuble-
uandum eſt a temporalibus ſicut vitis in
pallo ſubleuatur ne putreſcat in terra: et
veſtis ſubleuatur ne luto inquinetur. Cor
autem inquinatur ⁊ putrefit in terrenis
poſitum. Diligamus itaqꝫ animā noſtrā/
ad minus ſicut veſtem vel vitem noſtram.
Quarto quia appropinquat redemptio
bonorum ex omnibus malis. Tūc em̄ erit
perfecta redemptio: non tantū anime: ſed
etiā corporis: quando mortale hoc induet
immortalitatem. In primo aduentu rede
mit aīam; nō auro vel argēto/ſed ſanguīe



ſuo: quia ſi auro redemiſſet: putari potuiſ-
ſet ꝙ aīa bono tēporali cōparabilis eſſet.
Eſa. lij. Sine argento redimemini. Ideo
nihil aīa precioſius. Nihil em̄ in mūdo eſt
nec delicie: nec diuitie: aut honores pro q̄s
bus ſi dederit homo aīam ſuā: quin ſit vl-
tra modū deceptus: ⁊ vltra medium iuſti
precij. Propter qꝺ facile poterit a malo cō
tractu in curia mīe releuari: dūmodo non
currat tēpus pſcriptiōis. Sed multi ſunt
vt dicit Chryſoſtomꝰ qui iam in fine diei
ſunt: ⁊ continuo in peccatis dormierūt: et
nondū leuauerūt caput. In talibus currit
tēpus preſcriptionis. ¶ Probat autē dn̄s
ꝙ appropinquat redēptio electoꝝ ex ficul
nea ⁊ ceteris arboribꝰ: dicēs. Uidete ficul
neam ⁊ oēs arbores cum producūt iam ex
ſe fructū ⁊c. hoc eſt dicere. Sicut ex pullu-
latiōe fructuū: florum: ⁊ folioꝝ arboꝝ pro
pe eſſe eſtas cognoſcit: ſic ex ruina mundi
que eſt fructus eius: ⁊ etiā ex ſignis predi-
ctis ꝓpe adeſſe cognoſcit iudex. ¶ Et ſi q̄s
diceret. Dn̄e adhuc multus erit temporis
fluxus quouſqꝫ hec ſigna fiāt. Reſpōdet.
Amen dico vobis: nō preteribit generatio
hec: ſcꝫ chriſtianorū vel etiā Iudeorū: vel
ſexte etatis mundi: donec oīa fiāt. Sēper
em̄ durabit generatio Iudeorū vſqꝫ quo
K Iudeꝰ. Quomodo Iudei conuertent in fine ſeculi. conuertātur in fine ſeculi. pſ. Cōuertētur
ad veſperā: ſcꝫ mundi: ⁊ famē patiētur vt
canes: qui cibum quē euomuerūt iterū re-
ſumunt. Sic Iudei chriſtū quem blaſphe-
mijs ⁊ improperijs euomuerūt ⁊ reiecerūt:
in fine mundi cū appetitu reſumēt. ¶ Et ſi
iterū dicat quis. Quare magis dn̄s cōpa-
rat ſynagogā ficulnee q̄ꝫ alteri arbori. Di
citur ꝙ hoc ideo eſt: quia ficus pene poſt
L Iudiciū dei. Quomodo celuꝫ et terra tranſibunt: ⁊ chriſti verba non. oēs arbores vernat: ⁊ difficile frigus poſt
ficum vernantē accedit. Sic poſt cōuerſio
nem Iudeoꝝ prope erit eſtas. i. eterna ſe-
renitas: ⁊ celi et terre deſiderata nouitas.
Et ad horum cōſiderationē ſubdit. Celū ⁊
terra trāſibunt: verba autē mea non trāſi
bunt. q. d. Facilius eſt ꝙ tota natura ſub-
uertatur q̄ꝫ ꝙ intellectus verborū meorū
effectu non impleatur. Celum autē ⁊ terra
tranſibūt: non quidēꝫ per eſſentiā: ſed per
imaginē quā nunc habēt. j. Coꝝ. vij. Pre-
terijt figura huiꝰ mundi. pſ. Ipſi peribūt:
tu autē permanes. Per eſſentiā em̄ in ſui
natura ſemp ſtabunt. Eccl'es. j. Terra autē
ineternū ſtat. Sic trāſibunt qn̄ erit celum
nouum ⁊ terra noua: qn̄ (ſecūde Petri ter
tio) adueniet dies dn̄i vt fur: i quo celi ma
gno impetu trāſient: elemēta vo calore ſol
uentur: ⁊ terra et que in ipſa ſunt oīa ope-
ra exurētur: ⁊ innouabūtur cel. ⁊ terra. Li
cet em̄ nullus homo de ſacco veteri poſſit
nouū facere: hoc tn̄ deus poterit. Sic eniꝫ
trāſibunt per effectū: vt celum nō ampliꝰ
moueat: ⁊ terra non dabit ampliꝰ fructus
ſuos ſicut ſolebat. ¶ Et ſi vlteriꝰ dicatur.
Quō verba chriſti nō trāſibūt: Primo di-
citur in pſal. Uſqꝫ in generatiōe ⁊ gn̄atio
nem veritas eius. ſ. trāſibit: ergo vba eius
trāſibūt. Scdo dr̄ in pſ. Oīs homo men-
dax: vba autē mēdacij pereūt: cū igit chri
ſtus ſit homo: eius vba cito peribūt. Re-
ſpōdetur primo ꝙ trāſire vt ad propoſitū
dupliciter accipit. Uno modo promoueri
de vno loco ad aliū. iuxta illud pſ. Dū per
trāſires in deſerto terra mota eſt. i. dū veri
tatē predicādo a Iudeis ad gētes trāſijt
verbū dei: tunc terra gentiū mota eſt ad fi
dem: ⁊ fructū fecit. Sic per Paulū trāſijt
veritas ad gētes ita vt a Hieruſm vſqꝫ ad
Illiricū mare totū repleuerit verbo euāge
lico. Rom̄. xv. Et ſic trāſijt veritas a gene-
ratione Iudeoꝝ in generationē gentium.
Alio modo accipit tranſire vt idem eſt ꝙ
perire. Et ſic verba chriſti nō trāſibūt: qꝛ
licet verba hoim nō diu durēt ſed trāſeāt
cū tpe ⁊ obliuioni cōtradātur: iuxta illud
pſal. Diminute ſunt vitates a filijs hoim.
Nec ſemp veritates ⁊ pmiſſiōes hoim ad
impleātur. iuxta illud pſ. Mendaces filij
hoim in ſtateris. Tn̄ verba chriſti neqꝫ pro
miſſiōes eiꝰ peribūt. pſ. Ueritas dn̄i ma-
net ineternū. Et iterū. Foliū eius non de-
fluet. i. nō peribit: aut non fruſtrabit: aut
non manebit infructuoſum vel ocioſum.
Uñ in aliquibꝰ arboribus folia cū fructi-
bus deficiūt. Quia aliqui ita extranee con
ditionis ſunt ꝙ neqꝫ verbo neqꝫ opere di
gnantur proximū ſuum cōſolari: vt auari
de nullo niſi de terrenis cogitantes: neqꝫ
de celeſtibꝰ: neqꝫ de ꝓximo loquūtur: neqꝫ
pro eis quicqꝫ operātur. Ioan. iij. Qui de
terra eſt de terra loquitur. Alie ſunt arbo
res a q̄bus fructus perit nō folia: vt mali
doctores q̄ dicūt bona fieri debere ⁊ nō fa
ciunt. Alie ſunt arbores a q̄bus fructus et
folia cadūt in hyeme: vt amici tēpore pro
ſperitatis ⁊ non aduerſitatis. De quibus
poeta. Si fueris felix multos numerabis
amicos. Tpa ſi fuerint nubila; ſolus eris.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sola arbor chriſti eſt que oī tēpore folia
et fruct⁹ habet:nec vnꝙ̄ defluūt. Oīa enī
quecūqꝫ faciet ſemp ꝓſperabunt. Dicitur
ſcđo ꝙ qu[illegible]drupliciter pōt itelligi ꝙ oīs
homo ſit mendax. Primo exceſſiue loquē-
do et ſic loquit Dauid dicens. Ego dixi in
exceſſu meo:oīs homo mēdax:q: preuide-
rat deū hoīem et ſemp fore veracē. Scđo
dicit oīs homo mendax.i. variabilis:ſicut
deus verax.i.immutabilis. R[illegible]ma.iij.Eſt
autē deus verax: oīs autē homo mendax.
Tertio dicit oīs homo ex ſe mendax ſed ex
deo verax.ij.Cor.iij.Non ſum⁹ſufficiētes
cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis.
Joan.xj. Hoc autē non dixit a ſemetipſo:
ſed cū eſſet pōtifex anni illius ꝓphetauit.
Berū.Omne verū a quocūqꝫ dicat a ſpiri
tu ſancto eſt.Quarto dicit oīs homo mē-
dax:non a mēdacio ſed a menda.i. macula
quia.j. Joan.j. Si dixerim⁹ quia peccatū
non habemus ipſi nos ſeducimus: et veri
tas in nobis non eſt.

M
Mēda
cium.
Quo-
modo
oīs ho-
mo eſt
mēdax.

¶ Sermo quintus huius dñice ſecūde ad
uentus:et in ordine decimuſquartus: per
thema ſuper epiſtolam.

A
Sacra
ſcriptu
ra.
Vtruꝫ
liceat
ſcruta-
ri mira
bilia de
ſcriptu
ra ſa-
cra.

Quecūqꝫ ſcripta
ſunt/ ad noſtrā doctrinam
ſcripta ſunt. Rom̄.xv.Que
rere quis poſſet an licitum
ſit aut expediat multū ſcru
tari et effodere mineralia doctrine ſacre?
Et videt ꝙ non: q: Prouerb.xv. Scruta-
tor maieſtatis opprimet a gloria. Non igi
tur expedit illa ſcrutari. In oppoſitū ar-
guitur per thema ꝓpoſitū. Scrutāda enī
ſunt que ad noſtrā doctrinā et eruditionē
ſcripta ſunt. Hoc aūt ita eſt ⁊ ita iubet ſal
uator. Joan.v. Scrutamini ſcripturas in
quib⁹putatis vitā eternā habere. Reſpon
detur prime ſm̄ Ricar.de me. vil.in qua-
dam expoſitiōe tex.ſentētiarū ꝙ ſcrutato-
res ſecretoꝝ dei reprehēdunt non oēs:ſed
q̄ inepti ſunt ad cōprehēdēdū. Non enī no
bis inuidet deus ſciētiā ſecretorū ſuorū ſi-
cu[illegible] ꝑſuaſit ſerpēs primis parētib⁹. Gene.
iij.di[illegible]ēs. Scit enī de⁹ ꝙ in quocūqꝫ die cō
mederitis ex eo aperient oculi veſtri:⁊ eri-
tis ſicut dij ſciētes bonū ⁊ malū:quaſi de⁹
inuideret eis ſciētiā ipſam. Cui⁹ſentētie cō
cordabat Simonides poeta quē reprehē-
dit Ariſto.j.metha. dicēs omnē inuidiā a
deo relegādā eſſe. Qui enī hmōi ſecreta cō
prehēdere nō poſſunt: cū ſcrutari nit[illegible]ur
excecātur. Pſal. Defecerūt ſcrutātes ſcru-
tinio. Et niſi liceret eis qui comprehēdere
poſſunt ſcrutari de deo: non diceret Pſal.
Declinate a me maligni:⁊ ſcrutabor man-
data dei mei. Et iterū ſcrutabor mirabilia
de lege tua. Sunt enī ſacre ſcripture vaſa
mortis his q̄ inde hauriunt venenū praue
intelligētie: de q̄bus Pſal. in eo ſcilꝫ arcu
ſacre ſcripture parauit vaſa mortis. Alijs
ſunt vaſa aque ſapiētie ſalutaris:q̄ in mi-
neris ſacre ſcripture effo[illegible]diētes: aliqū au-
rum:aliqū argentū:aliqū es:ſufficit etiā ſi
ferrū inuenire poſſunt.i.aliqū p̄ciosas ſen
tentias a profunditate ſcripturarū extra-
hunt:aliqū mediocres: aliqū minores [illegible]m
eorū capacitatē. Dicit ſcđo ꝙ in ſacra ſcri-
ptura ⁊ maiores intellectu et ſimiliter mi-
nores inueniūt quid hauriāt. In ea enim
(vt dicit Auguſtinus)pōtvadare Agn⁹:⁊
natare Elephas. Sunt enī paſſus faciles
pro minorib⁹ vbi faciliter trāſeunt:et ſunt
difficiles vbi etiā ſapiētes vix trāſire poſ-
ſunt. Propterea dies diei eructat verbū.i.
ſecreta myſteria his q̄ intelligētia pollent
eructant: ⁊ nox nocti indicat ſcientiā.i.mi
nora minorib⁹ ſm̄ eorum capacitatē indi-
cantur.i.Corin.iij. Non potui vobis loqui
quaſi ſpiritualib⁹ ſꝫ quaſi carnalib⁹. Heb.
v. Facti eſtis q̄bus lacte opus eſt: non ſoli
do cibo. Obſcurauerat enī ſermo diuinus
eorū mētes qui dixerūt: durus eſt hic ſer-
mo:⁊ quis pōt euꝫ audire? Inde preceptū
eſt. Eſa.viij. Liga teſtimoniū.i.obſcure ſcri
be: ⁊ ꝓpter eos qui indigni ſunt et ꝓpter
exercitiū pfectorū. Inde Dan̄.xij. Signa
librum ⁊ claude ſermonē. Pertrāſibūt plu
rimi:⁊ multiplex erit ſcientia.j.Cor.x.Pa
tres noſtri oēs ſub nube fuerunt.i.ſub ſcri
pturarū obſcuritate. Pſal. Qui operit ce-
lum nubibus.i. celum ſcripture figuris et
enigmatibus:⁊ parat terre pluuiā.i.mino
ribus qui terrenis occupātur pluuiam do
ctrine: vt illi ſcꝫ maiores abyſſos: iſti plu-
uiam ingrediant. Ideo perfectis ⁊ magni
ingenij viris extendit celum ſicut pellē.i.
ſacram ſcripturā ad omnē intelligētiam
tam literaleꝫ ꝙ̄ myſticā: ſicut pellis capre
extendi pōt ad oēm differentiā poſitiōis.
j.Cor.ij. Sapientiā loquimur inter perfe
ctos. Inde in ſacra ſcriptura appoſuit do
minus ad exercitiū magnorū ingeniorū in
principio vtroꝝūqꝫ teſtamentorū difficilli
ma ad intelligendū: vt in principio vete-
ris creationē mundi: ꝓhibitionē ligni:lo-

B
Sacra
ſcriptu
ra.
Quo
modo
differē
ter exer
citātur
in ſcri-
pturis
maio-
res et
mino-
res.



cutionē ſerpentis:⁊ ꝓpter hoc iram dei ſu
per humanū genus. In nouo generationē
eternam:vt nullus preſumat ad ſacrā ſcri-
pturam ſe cōuertere: niſi captiuet intelle-
ctum ſuum in obſequiū fidei. Imperfectis
autē ſufficit doctrina facilior. Roma.xiiij.
Qui infirm⁹eſt/olus māducet.i. minora ſi
bi incorporet ⁊ ei ſufficiāt. Joan.iiij. Neqꝫ
in quo haurias habes:⁊ puteus altus eſt.
Dicitur tertio ꝙ etiā a magnis ingenijs ⁊
multū exercitatis vix enodātur ſacre ſcri-
pture difficultates. Gen̄.iij. In ſudore vul
tus tui veſceris pane tuo: ſcꝫ ſacre ſcriptu
re. C[illegible] magno labore fodit puteos Iſaac:
vt aquā lympidā inueniret. Gen̄.xxvj. Nec
ſolus fodit eos ſed cū alijs:q: ad hanc foſ-
ſionem plurimū valet multorū exercitiū.
Matth.xj. Regnū celorū.i.ſacra ſcriptu-
ra vim patit:⁊violenti rapiūt illud. Ideo
q̄ parui eſt intellect⁹ dicat illud. Luce.xvj.
Fodere nō valeo.i. ingeniū profunda ſcru
tandi non habeo. Inde liber ſacre ſcriptu
re ab Ezechiele dicit inuolutus:⁊ hoc mul
tis difficultatib⁹. Ab Eſaia dicit ſignat⁹:
ita ꝙ non quilibet intrare poteſt eius in-
telligētiā. a Daniele dicitur clauſus: quia
nemo poteſt eum aperire: niſi leo de tribu
iuda. Grego. Sacre ſcripture vileſceret au
ctoritas:niſi auditorē quādoqꝫ ſtimularet
difficultas. Et ſic in ſcripturis multa po-
nuntur obſcura ne vileſcerēt ⁊ ne indignis
aperirētur:⁊ vt inueſtigātes gratius inue
nirent. Et iterum Grego. Plerūqꝫ in ſacro
eloquio aliquid obſcure dicit: vt deo mira
biliter diſponente multipliciter exponat.
Eſa.xj. Replebitur terra ſciētia dñi quaſi
aque maris. Aquis marinis eam cōparat:
quia qui addit ſcientiā/ addit ⁊ dolorem.
Eccl'es.j. Pro cuius laboris ⁊ doloris ſub-
leuamine Mariā requiremus ſalutantes
eam ⁊ dicentes Aue. ¶ In textu preſentis
dñice quinqꝫ ſacre ſcripture vtilitates le-
gūtur. Quarū prima eſt illuminatio ⁊ eru
ditio doctrine. Secūda ſolidatio patiētie.
Tertia conſolatio in aduerſitate. Quarta
erectio in ſpem celeſtis glorie. Quinta eſt
iocūda laudatio maieſtatis diuine.

E
Sacra
ſcriptu
ra.
Qūo ſa
cre ſcri-
pture
ſūt dif-
ficiles.

¶ Prima igitur ſacre ſcripture vtilitas eſt
illuminare ſingulos ſm̄ capacitatē ſuam.
Pſal. Declaratio ſermonū tuorum illumi-
nat: et intellectū dat paruulis. Et iterum.
Pſal. Preceptū dñi lucidū illuminās ocu-
los ſcꝫ mentis. Eſt enī ſcriptura ſacra ſpe-
culum manifeſtans occulta: ⁊ hoc ideo:q:
multa vidētur in ſpeculo que aliter videri
non poſſunt. Si quis enī vellet me a dor-
ſo ꝑcutere:non poſſem videre aut mihi ca-
uere niſi tenerē ſpeculū. Similiter litera q̄
videt modica extra ſpeculū in ſpeculo ap-
paret groſſior. Ex quo cōtingit ꝙ litera q̄
videt deleta ⁊ legi non pōt: bene legit me
diante ſpeculo: maxime qn̄ ſpeculū reſpi-
cit de prop[illegible] Sic ſcriptura ſacra facit ho-
minē cauere a fraudib⁹⁊ tentationib⁹ ho-
ſtis:qui retro ꝑcutit. Similiter peccata q̄
apparent modica et leuia oſtendit quantū
ſint grauia: ⁊ peccata oblita q̄ legi nō po-
terant facit cognoſcere ⁊ cōfiteri. Oſtēdit
enim hoc ſpeculū cuilibet quantū ſit pul-
cher vel turpis ſpūaliter: ꝓpter qđ de pro
pe.i.libēter et cum diligētia debem⁹ illud
intueri. Et ſic cōſulit. Luce.ij. Videamus
hoc verbū qđ fecit dñs: ⁊ oſtendit nobis.
Non pōt eſſe bonus clericus:niſi q̄ diligē-
ter ⁊ libēter ſtudet in libro ſuo. Non enim
ſufficit ſubtilitas īgenij ⁊ auiditas audiē
di. Sic perſona que non eſt diligēs de au-
diendo/addiſcēdo: ⁊ ſtudēdo qn̄ eſt in ſer-
mone:non eſt bene ſapiēs in his que ſunt
ad ſalutē. Sunt enī ſimiles fatuis ſcholа-
ribus: quibus pater quādoqꝫ facit ſpecia
lem gratiā. Pre alijs enī aliquem diligit:
propter qđ eum mittit Pariſi⁹ ad ſtuden-
dum ⁊ dat ei expēſas ⁊ libros. Ille autē ſi
cut fatuus licet vadat ad ſcholas: tn̄ non
ſtudet in libro nec attendit ad magiſtrū:
ſed vage reſpicit per feneſtras et indicat
tranſeūtes per vicū. Iſte clericus feneſtra
lis redit ſtultior de Parrhiſius ꝙ̄ venerit
quia nihil aliud egit niſi tēpus perdere et
pecuniā expendere. Sic pater celeſtis mul
tis oſtendit ſignū dilectiōis:habēs enī fi-
lios ⁊ filias: de hoc qđ acquiſiuit cū labo
re paſſionis ſue dedit tibi ita libere: ꝙ for
te habes reditus de quibus potes viuere
honeſte vel ex patrimōio crucifixi vel aliū
de: vt libēter ſtuderes in ſalute anime tue
orando deum pro te et parētibus. Nec eſt
modica gratia:quia ſi forte ancilla tua ha
beret tantā libertatē vacādi deo ⁊ oratio-
ni ſicut tu: plus faceret in vna die ꝙ̄ tu in
vna ſeptimana. Caro enim veteris arietis
lardo multo farcita licet aſſata: non tn̄ a
magnis dñis ꝓpter eius duritiam poteſt
comedi ⁊ incorporari. Sic aīa taliū lꝫ mul
tis bñficijs ſit farcita: tn̄ adeo eſt dura et

D
Scri-
ptura
ſacra.
Quo-
modo

ſcriptu
ra ſacra
hoīem
illumi-
nat.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



E
Sacra
ſcṗtura
Quō
ſacra
ſcṗtura
eſt ſpe
culum.

in peccatis obſtinata: ꝙ a deo nō pōt in
corporari. Secundo dicit ꝙ eſt ſpeculū in
quo videt deus: ⁊ qui in ea ſtudet ⁊ proxi
mus. Videtur em̄ in ea deus vt credatur.
pſ̄. Viderūt te aque deꝰ: viderūt te aque.
Oculus em̄ videt: ⁊ nō niſi ꝑ eum videtur.
Sacra aūt ſcriptura oculus eſt in quo ⁊ ꝑ
quem oīa videntur. Ideo nil miruꝫ ſi per
eam videatur deus. Secundo per eum vi
demus noſmetipſos. Similis em̄ eſt ho
mo (vt vult Jacobꝰ in canonica. Jaco. j.)
Cōſideranti vultū natiuitatis ſue in ſpe
culo. cōſiderādo ſcꝫ vnde nati: quales na
ti: ⁊ ad quid nati. Unde nati: quantuꝫ ad
vtilitatem materie vt humiliemur. qua
les nati: quantum ad fragilitatem nature
vt timeamus: ſcꝫ nati immūdi pctō. ad q̄d
nati: quantū ad dignitatem glorie: vt ad
bonū operandū propter eā habendā inci
temus. Contra tamen aliquos qui in ſcri
pturis ſacris nō inueniūt niſi ſubtilitates
infructuoſas ⁊ verba ornata ⁊ ſeipſos nō
vident. De quibꝰ Prouer. xix. Qui tm̄ ver
ba ſectatur / nihil habebit i. nihil de ſpūa
libus diuitijs poſſidebit. Suſpecta ei ſunt
folia ſine fructu: q2 tali veſte ſcꝫ foliorum
induti erant exules paradiſi. Prouer. xiiij.
Ubi plurima verba ibi frequēter egeſtas.
Inde Paulus. j. Cor. ij. Non veni ad vos
in ſublimitate ſermonis. vnde Petrꝰ Can
tor. Scriptura ſacra arbor eſt plures ha
bens fructus q̄ꝫ folia. Folia tamen habet
quibus tegunt promiſſa ⁊ cōminationes
dei. Tertio in ea videt proximꝰ. In lumi
ne em̄ ſtans nō ſolum ſeipſuꝫ ſed etiā qui
iuxta ſunt videt. Eſt em̄ ſcriptura ſacra lu
cerna quedā mittēs de ſe quatuor radios
iuxta quatuor ſenſus literales. pſ̄. Mul
titudo ſonitus aquarū. Nulla em̄ ſcientia
alia ab iſta habet multitudinem ſonituū.
Ipſa eſt em̄ vox de qua Apoc. j. Uox eius
quaſi vox aquarū multarū. Ezech. j. Au
diebā ſonū alarū Cherubin / quaſi ſonum
aquarū multarum: ⁊ quaſi ſonū ſublimis
dei. Cherubin interpretat plenitudo ſcien
tie. Ale eiꝰ ſpirituales ſenſus ⁊ ſublimes.
Eſt ei ſcriptura ſacra abyſſus. de qua pſ̄.
Adaquauit eos velut in abyſſo multa.
Abyſſus em̄ abyſſum inuocat. i. vna eius
intelligentia aliā. Currus em̄ igneus He
lie quatuor habebat rotas. i. ſacra ſcriptu
ra ferēs intellectū ad celeſtia quatuor hꝫ
ſenſus. Eſt em̄ lucerna de qua pſ̄. Lucer

F
Sacra
ſcṗtura
De qua
tuor ſē
tibꝰ ſa
cre ſcri
pture.

na pedibus meis verbū tuū. In qua lucer
na eſt primo teſta litere. Scd̄o oleum mo
ralitas ſcꝫ que mentis oculos magis exhi
larat. Pſ̄. Ut exhilaret faciem eiꝰ in oleo:
hec eſt moralitas. Per hoc ꝙ dn̄s diſcipu
los refecit in ſupcilio montis: intelligamꝰ
ſi volumꝰ refici delicijs eterne dulcedinis
opꝫ nos aſcēdere ad culmē ꝯitatis. Quaſi
lychnꝰ eſt allegoria q̄ aliquantulū aſpera
eſt ſicut lychnus. Durū nāqꝫ videt vt per
Dauid qui abſtulit vxorem Urie intelliga
tur chriſtus. ⁊ ꝑ Uriā qui in illo innocens
fuit: intelligat diabolus. Tamq̄ꝫ ignis eſt
anagogia: q2 ignis ſemꝑ alta petit: ⁊ ana
gogica expoſitio ſemꝑ ad eccleſiā triūphā
tem refert: vt ꝑ hoc ꝙ arca Noe requieuit
in montibus Armenie: deſignatū eſt ꝙ ec
cleſia poſt vite preſentis fluctus requieſcet
in montibus eternitatis. In hac lucerna
Moyſes appoſuit teſtā: qui legis literam
dedit: que neminem ad ꝑfectum adduxit.
Jo. j. Lex ꝑ Moyſen data eſt: ꝓphete ap
poſuerunt oleū qui hoībus predicabāt ar
guendo ⁊ inſtruendo illos: ⁊ ſcripturā ad
mores hoīm ꝯuertebant. Mat. xxiij. Ecce
ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſapiētes ⁊c.
Lychnū appoſuit chriſtus: qn̄ dum venit
plenitudo tp̄is venit ad oues q̄ perierant
domꝰ Iſrael: ⁊ de ſe predicta cōpleuit di
cens. Joan. xix. Cōſummatū eſt: qd̄ ſcꝫ fue
rat de me predictū. Ignem poſtea appo
ſuerūt apl̄i ⁊ ſacri expoſitores ⁊ doctores
qui ad triūphantem eccleſiā oīa hmōi re
ferūt: vt queramꝰ que ſurſum ſunt: nō que
ſuꝑ terrā. j. Jo. iij. Filioli nondū apparuit
quid erimus. cū aūt apparuerit: ſimiles ei
erimus. Moyſes potū petenti ꝑplo exhi
buit ſolū aquā: chriſtus matre petente vi
num exhibuit: q2 Moyſes literalem ſen
ſum dedit dn̄s in matre iam incarnatꝰ vi
num delectabile ſenſus interioris litere:
quem de litera fecit ſicut de aqua vinū. Li
tera quippe vna eſt in qua continent tres
ſenſus diſtincti: quaſi ſit trinitas ſenſuum
in vnitate litere. Que ſic differūt: nā lr̄a eſt
palea. ſenſus myſtici granū. Inde Mat.
xij. dicit ꝙ apoſtoli vellebant ſpicas ⁊ ma
nibus cōfricabāt: vt ſepararent medullā
a cortice. In veteri teſtamento nō reputa
batur aīal mundum: niſi qd̄ ruminat ⁊ fin
dit vngulam litere ⁊ ſpiritus. In quo no
tandi ſunt doctores q̄ male rumināt ⁊ fin
dunt ſenſum literalem a myſtico; qui ꝑm



G
Sacra
ſcriptu
ra.
Quō
apō In
deos ſo
la rema
net lra
lis ob
ſeruan
tia legi

Petrum Cantorem iuxta mores ſuos ⁊ vo
luntatem illum leuigantes exponunt. Qui
grauiter peccāt: q2 os dn̄i non ſane ⁊ ſynce
re interrogant. de q̄bus Eſa. dicit. Caupo
nes tui miſcēt aquā vino. Qui em̄ precepta
ſacre ſcripture q̄bus debet auditores corri
gere ad illorū voluntatē emollit: ſenſu ſuo
immixto vinū corrūpit. Unde vinū tuum
mixtū eſt aqua. Eſa. j. id eſt ſacra ſcriptura
praua expoſitione. Scd̄o differūt: q2 litera
legis obſeruata dr̄ fex. Pſ̄. Uerūtamen fex
eius nō eſt exinanita: quia remanet adhuc
apud Judeos literalis obſeruātia legis. ij.
Cor. j. Uelamen poſitū eſt ſuper cor eoruꝫ
vſq̄ in hodiernū diem. Reſpectu huius fe
cis vinū dr̄ ſpūalis intelligētia. de qua Jo.
ij. Uinū non habent. Illi enim adhuc pota
bant fecem iſtā: quibꝰ ait apl̄s. Gala. v. Si
circūcidimini chriſtus nihil vobis prodeſt.
Quam fecem docet abijcere Moyſes vino
myſtico ꝓpinato cū ait. Nouis ſuperuenie
tibus vetera proijcietis. Leuit. xxvj. Prius
quidē manet vinū cū fece mixtū: ſed fece re
manēte in fundo / vinū remanet defecatū.
Sic ſpūalis intelligentia dudū erat mixta
cū fece litere: qn̄ erat tenebroſa aqua in nu
bibꝰ aeris. Et q2 illi antiqui nō guſtabant
vinū defecatū: non poterāt aſpicere niſi in
viſu noctis. Nōne vinū erat mixtū cum fe
ce: quādo Ezechiel non tantū videbat rotā
interiorē: ſed rotā in medio rote: quaſi vinū
ſpūs in fece litere. Sed poſtq̄ꝫ velū tēpli. i.
velamē litere ſciſſum eſt a ſummo vſqꝫ deor
ſum: ⁊ ſancti moderni reuelata facie glo
riā dn̄i contemplantur: fex litere reſedit in
fundo: q2 tantū ſubſeruit ſpūali intelligen
tie: ⁊ vinū ſpūs remāſit defecatum. Jo. vj.
Spūs eſt qui viuificat ⁊ caro non prodeſt
quicq̄ꝫ. Sed ſicut fex in fundo conſeruat vi
nū / ſic litera ſpiritū. Eſt em̄ quaſi corpus in
quo eſt ſpūs vite. Hinc eſt ꝙ Judei chriſtū
foris in litera querunt / non intus vbi ſunt
myſteria. Mat. xij. Ecce mater tua ſcꝫ ſyn
agoga: ⁊ fratres tui ſciliꝫ Judei foris ſtant
tantūmodo in litera: ⁊ querūt te ibidem: et
non inueniūt: immo magis elongant. Pſ̄.
Qui videbāt me foras / fugerūt a me. Act.
v. Putas ne itelligis que legis: quaſi dicēs
nō. Legunt em̄ ⁊ nō intelligunt. Intendūt
em̄ Judei cum Eſau foris venationi rerum
temporaliū ⁊ vſurarum: ⁊ domū ſpiritua
lis intelligētie nō intrant. pſ̄. Oculos ha
bent ⁊ non videbūt; aures habent ⁊ nō au
dient. quibꝰ dr̄ Mat. xxij. Erratis neſcien
tes ſcripturā neqꝫ virtutē eius. Sunt enim
pueri Abrae expectantes cum aſino. i. ſtoli
ditate ſua ad radicem mentis: non valētes
in altū aſcendere: q2 in altū allegorie aſcē
dere nō poſſunt. Ideo ſcriptū eſt. Eccli. xxix
In lapide luteo lapidabitur piger. i. per po
pulū gentilē ſcripturarū interioribus vacā
tem cōfundetur Judeus. Diſcipuli em̄ chri
ſti erant intus ⁊ Thomas cū eis. Joā. vlti.
quia in interioribꝰ ſacre ſcripture ambulāt
cum dn̄o: qui benedicūt nō corpus ſed ani
ma ſcripture ⁊ interiora eiꝰ. iuxta illud pſ̄.
Benedic anima mea dn̄o: ⁊ om̄ia que intra
me ſunt ⁊c. Ideo menſa ſacre ſcripture vbi
multa ſenſuū fercula cōtinent: facta eſt Ju
deis in laqueū. pſ̄. Fiat menſa eorum in la
queū. ¶ Secūdo vtilis eſt ſcriptura ad edi
ficandū patientiā. Docet enim ſcriptura pa
tientiā eſſe loricā. Sap. v. Induet ꝓ thora
ce iuſtitiā. i. pro lorica patientiā: qua repel
lunt ⁊ excipiunt ſagitte perſecutionū. Job
vj. Sagitte dn̄i infixe ſunt in me: quarū in
dignatio ebibit ſpm̄ meū: ⁊ ſagitte tētatio
nū. pſ̄. A ſagitta volāte in die. i. a tētatiōe
clara ſicut dies. Hac lorica munitꝰ. has ſa
gittas repulit Tobias: qn̄ ſagitta diaboli
vſqꝫ ad oculos ꝑuenit: qn̄ cecitate ꝑcuſſus
eſt. Sed q2 lorica patientie munitus erat:
hec ſagitta vſqꝫ ad cor eius nō potuit pene
trare: etiā cū parentes eius irriderēt eum:
Scd̄o docet eſſe tectū. q2 Eccl̄s. x. In infir
mitate manuū perſtillabit domꝰ. Indiget
em̄ tectū domus continua reparatione: q2
per omnē rimulā diſtillat aqua pluuie: niſi
ſtatim obſtruatur. Sic patientia eſt ſpūale
tectū que omnes tētationes ⁊ tribulatiōes
ſuſcipit: vt in pace ſint cetere virtutes que
domū conſciētie inhabitāt. Ideo debet cō
tinuo reparari: quēadmodum ſaga cilicina
in tegumēto arce. Sed ſepe iſta patiētia de
beret reparari per ſcripturam ſacrā a prela
tis: ⁊ tamē ipſimet cedūt pluuijs: immo ipſi
doctores qui deberēt reparare iſtud tectū:
ipſi ſunt primi qui veritatē ipſius ſcripture
nō audent tēpore ⁊ loco cōfiteri. Et hoc cō
tingit multis de cauſis. Primo ꝓpter timo
rem. cōtra qd̄ Hiere. j. Ne timeas eos neqꝫ
facies eorū vereraris. Inde Moyſes arguit
a dn̄o. Exod. iiij. pro eo ꝙ ſe voluit excuſare
timens faciē Pharaonis dicens. Quis ego
ſum vt eam ad Pharaonem: ⁊ reducam fi
lios Iſrael de Egypto. Sed Exod. iiij. Ira

H
Sacra
ſcṗtura
Quō
ſcṗtura
patien
tiā do
cet.

Universidad de Deusto Biblioteca



Predicator. Cauſe multe ꝓpter quas predicator non audet dicere veritatem.

Iuſſus eſt ei dñs pro eo ꝙ lingue tarditatē et impedimentū allegabat. Audacter em̄ eū̄dum eſt in officium predicationis: quoties dñs miſerit. Non eſt qđ timere debeat tāti regis nuntius: regis ſui literas deferēs ſigillo regis cōmunitas. He ſunt litere ſacre pro quarū teſtimonio ⁊ cōfirmatione chriſtus dei character/figura/⁊ imago cruci appenſus eſt. He ſunt teſtamentū quod appēſione tanti ſigilli: ⁊ tāti teſtatoris morte cōfirmatū eſt. Heb.ix. Secūdo ꝓpter cupiditatem tacent veritatē. Deut.xvi. Munera excecāt oculos ſapientū. Hi ſunt qui ne perdant annonā ſuam nō audent dicere veritatē. Hi ſunt Iudas qui ne perderet pēſionem: fecit vt interimeretur veritas. Fictus eſt qui videtur ſapientiā querere vel infundere: ⁊ tamē ex corde querit diuitias. Greg. In doctrina ſua mortē inuenit: qui in verbis vite vitā nō queſiuit. Tertio ꝓpter adulationē. Oſee.iiij. Peccata populi mei comedent: ⁊ ad iniquitatem eorū ſubleuabunt animas eorū. Hi ſunt qui ne magnatibus diſpliceant: veritatē abnegant. Hi ſunt venditores olei ad quos mittūtur fatue virgines: que oleū adulationis pro ſuis querūt operibus remunerādis: qui oleū veritatis vendunt precio deperdite veritatis. Quarto propter ignorantiā predicatorū. Qui natare neſcit/non debet paſſui profundo appropinquare. Sic qui non eſt in ſcripturis doctus nō debet paſſus ſacre ſcripture difficiles predicare: ne forte inuoluat profunditate ſermonis. Quia em̄ Moyſes nondū erat doctus in agēdis diuinis: ideo cū vult accedere ad viſionē illam magnā que erat in rubo videndā dictum eſt ei: ne appropies huc. Inde preceptum eſt Ezechieli volumē comedere priuſꝗ̄ predicaret. Ezechiel.iij. Comede volumē iſtud ⁊ loq̄re filijs Iſrael. Rectus ordo. Prius quidē incorporare per ſcientiā: et poſtea de plenitudine alijs eructare per doctrinā. j. Timo.iiij. Attende tibi ⁊ doctrine qualiter doceas. pš. Spiritu principali confirma me: et tunc docebo iniquos vias tuas. j. Eſdre.iiij. Memores ſumus ſalis qđ comedimus in palatio regis: id eſt ſapientie quā audiuimus in ſcholis. memores ſcꝫ ad docendū ⁊ multiplicandū ſcientie talentū. de quo Sap.vij. Quā ſine fictione didici primo: et poſtea ſine inuidia cōmunico. ¶ Tertia ſcripture vtilitas ꝙ cōſolatur tribulatos. Ideo ſubdit apoſtolus: vt per patientiā ⁊ conſolationē ſcripturarū ſpem habeamus. pš. Tribulatio ⁊ anguſtia inuenerunt me: quādo eas non querebam: Sed ſubditur remediū cum dicitur. Mandata tua meditatio mea eſt. i. tunc meditatio mandatorū que in ſcriptura cōtinetur/ eſt mihi in adiutoriū. Nec mirum ſi ſcriptura conſolationē inducit. Primo q: ſponſus cōmuniter delectatur ⁊ conſolatur in ſponſa. Veritas autē ſcripture eſt ſponſa noſtri intellectus. Sapiē.viij. Queſiui eam mihi ſpōſam aſſumere: ⁊ amator factus ſum forme illius. Sicut enim noſter affectus cum omni falſa voluptate fornicatur: ſic intellectus noſter cū omni alia vana ſcientia: que ad iſtā non ordinatur. Scientia enim legū humanarū quaſi meretrix queſtuaria proſtat pro tēporalis lucri mercede: licet ſit ſpecioſa quātum ad verbi ſplendorem. Similiter ſcientia mūdana provano fauore ⁊ aura populari proſtat. Hiero. Philoſophus popularis auro vile mancipiū. de qua. j. Cor. viij. Scientia inflat. Sed veritas ſacrorum eloquiorū gratuita eſt. Eſa.lv. Om̄es ſitiētes venite ad aquas: ⁊ qui non habetis argentum ⁊c. Qui autē preponunt leges ſacre ſcripture: hi ſunt Naamā Syrus: q̄ Iordanē. i. ſacram ſcripturam contēnens: Farfar ⁊ Abana fluuios Damaſci. i. mūdanas ſcientias preferebat: cum tamen ſint multipliciter ſacre ſcripture preferende. Nam lex diuina immaculata eſt ⁊ conuertens aīas: hec occaſionaliter ſubuertit propter ſubtilitates nimias: que in iure reprobari debēt. Secundo q: illa terrena: iſta celeſtis deſurſum deſcendēs a patre luminum. Iaco.ij. Illa mobilis mutatur ⁊ arctatur ſm̄ mutationes temporū: lex autē dei manet ineternum. Pš. In eternū dñe verbum tuū permanet in celo. Hiere.ij. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerūt fontē aque viue: ⁊ edificauerunt ciſternas que cōtinere non valēt aquas: quia mutātur iura ſm̄ mutationes hominū ⁊ temporū. Tertio q: ſacra ſcientia eſt lympida ⁊ pura. Sapien. vij. Sapiētie emanatio eſt claritas dei ſyncera: candor lucis eterne: ſpeculum ſine macula. Econtrario ſapientia mundana eſt aq̄ turbida. Hiere.ij. Quid tibi vis in via Egypti: vt bibas aquam turbidam? Quarto q: ſacra lex pacifica eſt ⁊ q̄eta. Eſa. viij. Aque ſiloe que fluunt cum ſilentio. pš. Pax multa diligentibus legem tuam. ecōtrario iſte

R Sacra ſcriptura Quō ſacra ſcriptura cōſolatur tribulatos.

Z Sacra ſcriptura De differentia ſcientie diuine ⁊ mundane.



tumultuoſa plena ranis. Pš. Dedit terra eorum ranas. Quinto ſacra ſcriptura ſolidam veritatem oſtendit: ſecularis vero vel decipit vel in nube et mari oſtendit. Unde nunc multi fabri ferrarij vadunt ad Philiſteos. i. ad ſeculares et litigioſas ſcientias: vt exacuant ferrum ingenij ⁊ eloquentie inſtrumenta. j. Regū.xiij. Malentes in fabrica Philiſtinorū ferramenta ſua exacuere: ꝙ in fabrica ſacre ſcripture: qui cuꝫ in alijs ſcientijs fere totum tēpus expendant: modicum tempus: feces ſcꝫ ſenectutis theologie reſeruant. ij. Machab.ij. Stultū eſt ante hiſtoriam effluere: et in ipſa hiſtoria ſuccin[illegible]. Alie enim ſciētie ſunt quaſi proemiū ad principale negotium ſalutis qđ eſt theologie: ad quod multo tempore quaſi om̄es currunt negligentes ſcientiam ſalutis. de quibus Ruth.ij. Ne tranſeas ad agrū alienum. Multi nihilominus preclari ingenij trāſeunt ad agrum Iuſtiniani dicentes domino. Recede a nobis: ſcientiā viarum tuarum nolumus. Ac ſi dicerent cū Iudeis. tu diſcipulus illius ſis. ſ. chriſti: nos diſcipuli Iuſtiniani ſumus. Et hoc maxime contingit in noſtris iuuenibus prelatis: qui cum deberent ſcire ſacrā ſcripturam et predicare: ad leges trāſeunt/vt bona tēporalia cōſeruent: et animas in infernum ire dimittāt. Saccus plenus furfuris: vix aut nunꝗ̄ poteſt quicꝗ̄ ſimile ſuſcipere. Noſtri ergo prelati non deberēt iſtis ſecularibus negotijs et ſcientijs hmōi implicari: nec ſugere aut lactare mām̄as Egyptie: quas Moyſes lactare noluit. vt dicit Ioſephus. Sed matris ſue ſcilꝫ eccleſie. que mām̄e ſunt ſacre ſcripture. Sūt enim aque Egyptiorum in ſanguinem cōuerſe. Qui ſanguinē iſtum lambunt: de ſanguine vidētur viuere: cum tamen prohibitum ſit comedere ſanguinē. Si ergo tulimus farinam de Egypto conſperſam ſecularis ſcientie et in pallio veteris cōuerſationis: ceſſare debet poſtꝗ̄ ventum fuerit ad mām̄am ſacre ſcripture. Unde de hac ſcientia mundana dicitur in Pš. Quoniā non cognoui literaturam. i. ſcientiam legum et mundanarū aliarum: quas bonum eſt ſcire ſed non vt vxorem intellectus habere quod eſt cognoſcere: vt vxor talis cognoſcatur: dum proles ⁊ fructus temporaliū in ea queritur. ideo dicit quoniam non cognoui literaturam. Non dicit quoniam non habui: ſed non habui vt vxorem ſed vt ancillā: quia tales ſcientias pertrāſire licet. Sed ad eas ſicut ad ſponſas declinare et ibi permanere periculoſum eſt. Cogitare em̄ ſemper de mundanis et nihil de ſalute ſua: valde pernitioſum eſt. Propter hoc Magi declinantes ad Herodē non ſteterūt ibi: ſed cito diſceſſerunt/cum interim non viderent ſtellam. i. gratiā vel ſpiritualem intelligentiā. Ideo dicitur Iudicū. v. Qui percuſſerit Cariath Sephor (que interpretatur ciuitas literarū: vel potius litere ciuitatum: per quas ſcꝫ reguntur ciuitates) dabo ei Aram filiā meam. i. ſpiritualē intelligentiā. Datur enim ei qui per cōtemptum percurrit ſcientias ſeculares. Olim em̄ cornua Moyſi ſtabant in capite. i. duo teſtamenta ſcripture ſacre in capitibus prelatorum eminebāt: nunc auulſa cornua portant reliquiarum portitores ad deoſculandum vt dicitur: quod tamen fabuloſum eſt cornua hmōi eſſe. Sic officiarij prelatoruꝫ portant ea auulſa: dicentes ſe eſſe doctores et ſufficientes ad conducendū populum in viam ſalutis: et habere vtrāꝗꝫ teſtamenti doctrinā. quod tamē fabuloſum eſt. Sexto ſm̄ Guil. Pariſieñ. Cetere ſcientie a ſacra ſcientia ſunt anus decrepite deformes: terrenorum conſideratione curue: ⁊ infructuoſa eloquentia tumide et inflate. Diuina ſapientia puella eſt humilitate eloquij gracilis: ſupernorum conſideratione rectiſſima: ⁊ omnino nihil habens terreni coloris. Ue illi qui amore tante ſpecioſitatis non capitur. Ue illi qui anus iſtas deformiſſimas ei pretulerit: ſine qua non eſt calefactio. pš. Ignitum eloquium tuum. Et Deut.xxxiij. In dextera eius ignea lex. Mortui enim ⁊ frigidi ſunt qui in finibus huiuſmodi vetularum dormiūt: et (vt verius dicam) putreſcunt. Ideo prohibitum eſt Deutero.xx. Non ſuccides arbores fructuoſas ad faciēdas machinas. Arbores fructuoſe ſunt preclara ingenia in artibus liberalibus erudita et exercitata: que facile poſſunt proficere in ſacra ſcriptura. Machine ſunt aduocatorū lingue: quia machinis ciuitates impugnantur. ⁊ linguis aduocatorum malorum turbantur. Ideo pš. Precipita dñe et diuide linguas eorum: quoniā vidi iniquitatem ſupportatam ⁊ contradictionem in ciuitate. Ideo apl's. j. Cor. vj. iubet ad huiuſmodi officia ſecularium cauſarum conſtitui contemptibiles qui ſunt in eccleſia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



M
Sacre ſcripture.
Quō ſcripture ſacre eleuant hoīem in ſpem eternorum.
N
Sacra ſcriptura.
Quib⁹ debent abſcondi eloquia dei.

¶Quarta vtilitas eſt ꝙ eleuat in ſpē eternoꝝ. Sicut em̄ ad pacē tēporalē dirigit ſciē
tia iuris: ſic ad pacē eternā ſcripture ſacre
ſciētia. Ideo dicit Apl's: vt per cōſolationē
ſcripturarū ſpē habeam⁹. Eccli. xxiiij. Qui
elucidāt me vitā eternā habebūt. Et ſi dica
tur quō doctorib⁹ tale premiū ꝓponitur vt
elucidēt doctrinā ſcripture: cū vnus eoꝝ di
cat. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt
nō peccē tibi. Si ad vitādū pctm̄ abſconde
rit eloquia dei: quō ꝓmittitu[r] [p]remiū eis
qui ea ꝓponūt in publicū? Reſpōdetur ꝙ
ſacramentū ſcripture ſacre debet abſcondi
propter multa. Primo ꝓpter canes. i. here
ticos qui detrahūt ei. Pſ. Redime me a ca
lūnijs hoīm ⁊c. Sic em̄ heretici mām̄as ec
cleſie que ſunt ſacra ſcriptura ſtringunt. vt
dicit Cātor Pariſ. ꝙ pro lacte ſanguinē eli
ciūt: ⁊ aquas vnius moris quibus debere
mus ambulare in domo dei cū cōſenſu/ fa
ciunt aquas cōtradictionis: quibus et ſibi
inuicē cōtradicūt ⁊ deo ⁊ ipſis aquis. Pſ.
Cōuertit flumina eoꝝ in ſanguinē. i. in car
nalem ſenſum ⁊ expoſitionē. Inde rogabat
Pſ. Iuxta eloquiū tuū da mihi intellectū:
nō infra nō cōtra: nō ſupra: ſicut illi qui vo
lāt cū Simone mago: q̄ volādo poſuerunt
os in celū: ⁊ lingua eoꝝ trāſiuit in terra: qꝛ
fauore terreno de ſcripturis tractant. Me
lius eſſet eis cū beato Martino celū reſpi
cere ꝗ̄ in celū os ponere. Mat. xv. Nō eſt
bonū ſumere panē filioꝝ ⁊ mittere canib⁹.
Scd̄o ꝓpter porcos. i. lubricos q̄ immūde
viuēdo cōculcāt verbū dei. Mat. vij. Noli
te mittere margaritas ante porcos. Eloq̄a
em̄ dn̄i caſta: vas caſtū ⁊ mūdū requirunt.
Nec em̄ deus vinū illud nouū in vtres ve
teres ⁊ fetidos immitteret. Hierony. Ama
ſciētiā ſcripturarū: ⁊ carnis vitia non ama
bis. Tertio ꝓpter incapacitatē et ruditatē
auditoꝝ. Ideo preceptū eſt in lege Exo. xxi.
vt operiatur os ciſterne: ne bos vel aſinus
cadat i ipſam. Sacra ſcriptura ciſterna eſt:
cuius interiora ſecreta nō debent bobus ⁊
aſinis aperiri: ſed potius per ſimplicē expo
ſitionē aliqualiter operiri. Alias ſi ꝑ ſcru
pulū erroris ibi periclitenṫ ⁊ cadāt: de mor
te ⁊ dānatione tenebitur qui eis delinquē
di occaſionem dediſſe videtur. Quarto pro
pter aſſiduitatē ne vileſcat. Augu. ſuꝑ epi
ſtolā ad Heb. Predicatio ſi rara ſit/ nō ſuf
ficit: ſi aſſidua/ vileſcit. Quinto ꝓpter obſti
nationē illoꝝ quibus exhibetur doctrina.
Caſſiodorus. Gen⁹ obſtinationis eſt obſti
natis predicare. Inſanū eſt rigare petrā vt
molleſcat. Propter qđ ablata eſt intelligē
tia ſcripturarum Iudeis ⁊ data gentibus.
Mat. xxi. Auferetur a vobis regnū. i. ſcri
ptura per quā habetur regnū: et dabiṫ gē
ti facienti fructus eius. Act. xiij. Quia repu
liſtis verbū dei: ⁊ indignos vos iudicaſtis
vite eterne: ecce cōuertimur ad gētes. Sic
Iacob ſurripuit benedictionē Eſau: et obti
nuit primogenita ſua: vt ꝑciperet heredita
tē celi. Eſaie. ix. Verbū dn̄i miſit in Iacob. i.
in apl'os ⁊ alios diſcipulos a quibus rece
ptū eſt: et cecidit in Iſrael: qꝛ nō ſeruatur a
Iudeis ipm̄ repellētibus. ¶ Quinta vtili
tas eſt iocunda diuine maieſtatis collauda
tio. Sicut enim ſacra ſcriptura laudatur a
dn̄o. iuxta illud Pſ. In deo laudabo v̄bū:
in dn̄o laudabo ſermonē: ſic ſacra ſcriptura
vbiq̄ laudat dn̄m. Laudāt em̄ opera arti
ficē ſuū. Opus em̄ dn̄i eſt ſcriptura ſacra.
Eſa. i. Os em̄ dn̄i locutū eſt. Pſ. Semel lo
cutus eſt deus: duo hec audiui. Duo em̄ te
ſtamēta ex vno ore dei ꝓceſſerūt: hec enim
eſt vox dn̄i cōfringētis cedros. i. ſupbos: ſe
cās eos medios vt ad coꝛ poſſit verbū ꝑue
nire. Hoc eſt verbum Salomonis qđ obſer
uabat dicēs Eccl's. viij. Ego os regis obſer
uo. Ac ſi diceret. Alij obſeruent ſtellas: alij
auguria: alij alias vanitates ⁊ inſanias fal
ſas: vt ex eis ſue vite cōſulāt: ego os regis
obſeruo. i. ſcripturā per quā mihi omne qđ
neceſſariū ⁊ ſalutare eſt loquitur rex regū.
De quo Eſa. viij. Nūq̄d nō populus a deo
ſuo requiret viſionē ꝓ viuis ⁊ mortuis: ad
legē magis et teſtimoniū. ſ. requiret: ꝗ̄ ad
diuinos ⁊ phitones? Eſa. xxx. Ve filij deſer
tores vt faceretis cōſiliū ⁊ nō ex me: vt or
diremini telā ⁊ nō ſm̄ ſpiritū meū. Et ſeq̄
tur. Et os meū non interrogaſtis. Propter
qđ ſubdit apl'us Paulus in epiſtola. Deus
aūt patiētie ⁊ ſolatij. i. qui per ſcripturā do
cet patiētiā: et per eā nos cōſolatur: det vo
bis idipſum ſapere in alterutrū ſm̄ Ieſum
chriſtū: vt vnanimes vno ore honorificetis
deū ⁊ patrē dn̄i noſtri Ieſu chriſti. Ab ipo
em̄ procedit iſta ſapientia et intellectus: et
nō ab alio. Eſt enim māna qđ pluebat dn̄s
antiquis patribus: ſed q̄bus volebat. Sūt
inſuper horrea frumenti que aperit verus
Ioſeph in Egypto huius mūdi ad neceſſi
tatem populi: ſed quibus vult. Eccl's. i. Ad
locū vnde exeūt flumina ſcripture. ſ. a deo:

O
Sacra ſcriptura.
Quō ſcriptura ſacra docet laudare deū.



reuertuntur per laudem ⁊ gloriā ipſius: vt
iterū ab eodē fluant. Propterea iubet apl's
gētiles laudare deū pro doctrina ⁊ ſcriptu
ra que a Iudeis tranſiuit ad eos: vt ptꝫ ex
allegato pluries pſalmo in eadē epiſtola.

¶Sermo. xv. in ordine. et primus de
ſancto Nicolao per thema.

A
Hereditas.
Tres cōditiones req̄ſite ad hereditatē celi percipiendā

Et vos ſimiles
hoībus expectātibus dn̄m
ſuū: quādo reuertatur a nu
ptijs. Luce. xij. In q̄bus ver
bis ꝓpoſitis dn̄s tres cōdi
tiones deſignat requiſitas ad hoc ꝙ eius
po[ſſi]deaṫ hereditas. Prima tangiṫ cum di
citur. Vos ſitis ſimiles hoībus. hec eſt māſ
ſuetudo. Nā Ariſto. i. Politice dicit ꝙ ho
mo eſt aīal natura manſuetū. Ideo contra
hoīs naturā eſt ꝙ ſit in eo crudelitas. Hoc
em̄ magis accedit ad naturam bruti. Ideo
inſtar beati Nicolai qui a crudelitate mor
tis iuuenes eripuit/ ſitis ſimiles hoībus. i.
manſueti. qꝛ Pſ. Manſueti hereditabunt
terrā. Scd̄a tāgitur cum dr̄. Expectātibus
dn̄m ſuū. Oportet em̄ eſſe expectātes ſicut
qui habēt gratiā expectatiuā ſuper aliquo
magno beneficioꝝ collatore: oportet ꝙ ex
pectēt tēpus vacationis beneficij. Dn̄s aūt
ſingulis dedit gratiā expectatiuā futuri be
neficij: ⁊ hoc gratis. nec oportet tēpus va
cationis expectare: quia in paradiſo locus
vni⁹ non impedit alteri⁹ locū. Vacauerunt
tn̄ multe prebēde in celo per ruinā angeli
cam. Si ep̄s aliquē vocaret ad prebēdas/
cito curreret. Chriſt⁹ aūt vocat ad has pre
bēdas ꝓ pauco precio ſcꝫ ꝓ bonis operib⁹
et tn̄ nemo vult ꝓ hmōi operari. Qui autē
operabaṫ pro illis habendis dicebat illud
pſ. Expectās expectaui dn̄m: ⁊ intēdit mi
hi. Quia vero multi expectāt mūdanos ho
nores ⁊ premia: ⁊ hic querunt ſuā remune
rationē: ideo ſubdiṫ tertia cōditio ꝙ ſcꝫ ex
pectet eū qn̄ reuertaṫ a nuptijs. Poſtq̄ em̄
dn̄s i nuptijs gauiſus eſt ⁊ multa expoſuit
poſt hoc ponit rationē cū ſeruis ſuis ſuper
villicatione ⁊ debitis eoꝝ. Sic poſtq̄ ſe to
tū expoſuit ad ſibi cōiungendū inſeparabi
liter naturā humanā oportebit cū eo cōpu
tare de honoribus/ dignitatib⁹/ ſciētia/ elo
quentia/ diuitijs et alijs donis gratuitis.
Multi em̄ nūc bene expectāt eū: cū eis ape
rit manū. pſ. Cōfitebiṫ tibi cū benefeceris
ei. Sed quādo veniet dn̄s a nuptijs ad iu
diciū ſtricte cōputabit cū illis. Diciṫ enim
Prouer. vij. Abijt via lōgiſſima ſcꝫ in celū.
ſacculū pecunie ſecum tulit ſcꝫ ſuā humani
tatē. in die plene lune reuerſurus. i. qn̄ ele
ctis plena erit eccleſia: ⁊ tunc a ſingulis ra
tionē requiret. Vel ſacculū pecunie. i. Ma
riam: que fuit ſacculus in quo poſuit dn̄s
oēs theſauros ſuos: vt i illo ſacculo nos in
digētes requiram⁹ de theſauris altiſſimi.
Vt igiṫ de eis participemus: dicam⁹ Aue.
¶Expect[ād]us eſt dn̄s ad tria. Prīo ad cor
poris ſuſtentationē: vt pulli parentes expe
ctāt nec nidū exeūt: cōtenti cibo quē eis pa
rētes adminiſtrāt. Sic a deo expectare de
bem⁹: nec nidū fidei chriſtiane: nec mādato
rū eccleſie exire debem⁹ vt tēporalia acq̄ra
mus. pſ. Oīa a te expectant: vt des illis ci
bū in tp̄e opportuno. Sed dicet aliq̄s. Ero
ergo otioſus: et nihil operabo: expectās ꝙ
dn̄s mihi miniſtret cibū. Ad hoc dr̄ ꝙ hoc
non vult dn̄s. Bern̄. Piger a deo ſibi credit
ſubueniri: qui in hoc mūdo vigilare ꝓcepit.
vult em̄ dn̄s laborē tuū. Pſ. Vides qm̄ tu
laborē ⁊ dolorē conſideras. Et quantūcūq̄
laboraueris et ſolicit⁹ fueris de neceſſarijs
habēdis/ ſi mādata dei ⁊ eccleſie nō fueris
tranſgreſſus: nidū tuū nō exiſti. i. ab alieno
ꝗ̄ a deo nō queſiuiſti. Sed ſi pro tp̄alibus
acquirēdis mendacia/ periuria/ furta/ rapi
nas/ adulteria ⁊ ſimilia cōmiſeris: nidum
tuū exiſti. de quo Iob. xxix. In nidulo meo
moriar. i. ad tēporalia non tranſibo ꝓpter
diuitias acquirendas. Sic nec exiuit Nico
laus: nō querēs per mēdacia a populo ſuo
frumēta ad ſatiandū eius famem: ſed preci
bus ꝓmittēdo tantūdem reddere in portu
ad quē tendebāt ſperās in diuino auxilio.
¶Scd̄o expectādus eſt ad cōputandū. Si
cut receptores dn̄oꝝ facere ſolent in termi
no anni. Si em̄ alicui eſſet aſſignata dies
aduētus dn̄i ſui: in quo ſub capitali ſenten
tia haberet reſpōdere de oīb⁹ factis ſuis et
expenſis: ⁊ neſciret diē illā neq̄ horā: nec ci
bis nec potib⁹ vacaret: ſemꝑ ſolicitus quō
reſpōdere poſſet. In iudicio v̄o dei dies aſ
ſignaṫ nobis: non ad caput perdendū tan
tum/ vel hereditatē terrenā: ſed ad perden
dū corpus ⁊ animā ⁊ hereditatem eternā ſi
male egerimus: ⁊ neſcimus diē vel horam.
Inſanus eſt ergo qui illā diem non preco
gitat ⁊ delicijs vacat. Luc. xij. Eſtote ⁊ vos
parati: qꝛ qua hora nō putatis filius hoīs
veniet. Sic autem expectauit Nicolaus/ ꝙ

B
Expectare.
Ad tria expectādus eſt dn̄s.
C
Acidia
Pigro nō ſuccurriṫ a dn̄o.

Universidad de Deusto Biblioteca



nunꝗ delicijs vacauit: immo a papilla ce-
pit ſumma promereri gaudia. Non ſic eum
imitant multi: qui expectant dn̄m ſicut mo
nachi abbatē comedēdo ⁊ deliciando. Cogi
tent tales ꝙ porcus vel bos verſus natale
pinguis efficitur: merito de morte eiꝰ citius
tractatur. Sic Mat. xxiiij. In diebus Noe
erant ante diluuiū comedentes ⁊ bibentes
et ad nuptias ducentes: et ſubito venit ira
dei ⁊ diluuiū ⁊ tulit omnes: ita erit aduen
tus filij hoīs. ¶ Tertio expect[illegible]ius eſt ad
anime retributionē: vt mercenarius merce-
dem pro labore expectat. Hoīes de nuptijs
veniētes ſolent eſſe ſuis amicis iocūdiores
et largiores: ideo cito quod volūt ab eis im
petrant. Inimicis autē eorum crudeliores:
ſunt em̄ vino pleni. Sic dn̄s de ſupnis nu-
ptijs adueniēs facturus eſt. Pſ. Excitatus
eſt tāꝗ dormiens dn̄s: ⁊ tanꝗ potens cra
pulatus a vino: ⁊ percuſſit inimicos ſuos i
poſteriora ⁊c. Oportet ergo eum expectare
non vt inimicos/ſed vt amicos. Quēadmo
dum fecit Nicolaus: qui eum diu expectās
tanta ab eo obtinuit vt non ſolū pro ſe ma
gnitudinē glorie: ſed etiā multitudinē mi-
raculorū infinitam ad auxiliū ⁊ ſubſidium
peccatorū meruerit. Ideo vt eum imitemur
nobis dicit. Et vos ſimiles hominibus ⁊c.
¶ Apoſtolus. j. Cor. iiij. dicit oīa quecūqꝫ
habemus/a deo illa accepiſſe. Quid em̄ in-
quit habes quod nō accepiſti? Ita vt bona
nature/fortune/⁊ gratie: oīa ab eo ſuſcepe
rimus: de quibus corā deo ratio reddenda
eſt. Quidā vero hanc rationē reddere ſuſce
perunt ad vnū terminū: vt qui in infantia
decedūt. Alij ad duos: vt in iuuentute mo-
riētes. Alij ad tres: vt moriētes in virili eta
te. Alij ad quatuor: vt moriētes in ſenectu-
te. Quia igit beatus Nicolaus obijt ſenex:
ideo ſibi credita accepit ad quatuor termi-
nos: quare in preſenti ſermone dicemꝰ qua
liter ſe preparauit ad reddendā rationē co-
rā deo in ſingulis terminis de ſibi a deo cre
ditis. ¶ In infantia ergo accepit a deo pri-
uilegiū maxime gratie. Poſt baptiſmum
quidem ſignū maxime virginitatis/caſtita
tis/⁊ abſtinētie. Ut ſcꝫ cū infans eſſet/vbe
ra matris nō niſi ſemel quarta ⁊ ſexta feria
cōtingeret. In qua etate multum videtur
ſe preparaſſe ad rationē reddēdam. Primo
cuſtodiendo theſaurū ſibi datum ne perde-
ret. Data enim erat ſibi caro/ſed mundata
per baptiſmū: quam vnxit myrrha amari-

D Nico-laus. Quō ad qua tuor ter minos beatus Nicola us rō-nē red-didit?

E Nico-laus. Quō cuſtodi uit the ſaurū virgini tatis.

tudinis penitentie/ieiunando tunc bis in
hebdomada/preſeruādo eam a putredine
luxurie. In quo dānantur miſerrimi qui di
cunt ſe non poſſe continere. infantia em̄ Ni
colai eos condēnat. Si ſubtraherent ligna
foco ſicut fecit beatus Nicolaus: ⁊ exemplo
eius cōdirent ſuū corpus myrrha peniten-
tie/omnē luxurie tentationem ſuperarent.
Paruus em̄ dolor facit obliuiſci aut dimi-
nui letitiā maximā. Eccli. xj. Malitia vniꝰ
hore obliuionem facit luxurie maxime. Un̄
in vitis patrum. cū quidam tētaretur a ſpi
ritu fornicationis ponebat digitos ſuos in
igne: ⁊ cū combureretur non poterat ſuſti-
nere. Tunc dicebat. Quomodo fornicabor
vt pro fornicatione ſuſtineam ignem perpe
tuū: quādo in ſolis digitis nec ad momen-
tum pati valeo ignem tēporalem: Contra
tales adducetur beatus Nicolaus in teſti-
moniū. Dicunt em̄ ſe non poſſe abſtinere a
cibis inflāmātibus eos: quibꝰ dicetur. Iſte
infans abſtinuit adhuc impotens: ⁊ tu po-
tens ⁊ virilis abſtinere non potuiſti? Scdo
ſe preparauit ad reddēdam rationē multi-
plicādo theſaurum dn̄i ſui. Ab infantia em̄
theſaurizare cepit dn̄o cū dentibus. Sicut
faciunt Lōgobardi quādo ſunt ad ꝓprios
ſumptus. ꝗ diues/ꝗ auarus fuit beatꝰ Ni
colaus: quādo ſic iuuenis bonorū operum
fuit theſaurarius. Uult em̄ Ariſt. iiij. Ethi-
corū. ꝙ auaritia quāto in homine ſene ſene
ſcit: tanto iuueneſcit. Quanto igit putatis
auaritiā bonorū operum in eo creuiſſe: qui
ſic a iuuentute auarus eſſe inchoauit? Pro
qua cōpenſanda nunc videtur miraculorū
multitudo quaſi infinita: ſicut in collecta
eius canit eccleſia. ¶ Sed dicet aliquis. Si
beatus Nicolaus laudatur de auaritia bo
norum operum nunquid iuuenis ſimiliter
laudari debet exemplo eius: et ſimiliter de
auaritia temporaliū ſicut ⁊ ſpiritualiū? Et
videt ꝙ non. qꝛ radix mali in omni adole-
ſcente dānabilis eſt. Radix aūt omniū ma-
lorū eſt cupiditas. j. Timo. vj. ergo. Dicitur
primo ꝙ adoleſcēs magis laudādus eſt de
auaritia bonorū operū ꝗꝫ de prodigalitate
et effuſione: qꝛ non poteſt adoleſcēs multa
opera feciſſe/aut multā doctrinā hauſiſſe
vnde prodigus fiat. Primo em̄ oportet ſtu
dere cū magno labore: poſtea doctrinam ef
fundere. Primo haurire aquā de puteo ſa-
piētie qui altus eſt: ꝗ eam alijs effundere.
Paruus inſtitor vel mercerꝰ tenere bācam

F Auari-tia. Auaritia ſit in iuue ne lau-dabili-ꝑ digali-tas?



[illegible]dum poteſt. Sed cū (iuxta illud Heſter
x.) paruus fons creuerit in fluuiū et in lu-
cem ſolēqꝫ cōuertetur: tunc iā ſenex poterit
illā effundere. Et ad hāc iuuenū auaritiam
debēt refamiliari rectores reipublice: vt iu
uenes diſcāt ſcꝫ reformari bonis moribus:
qꝛ ſicut corpus ſequit vt plurimū aīe affe-
ctiōes ⁊ ſcḋm eas diſponitur: ſic ſcḋm directio
nem aīe bene diſpoſite tēporalia optime di
rigūtur. Dicit ſcḋo ꝙ auaritia in iuuene q̄
eſt tēporalium/excuſabilior eſt ꝗ ꝓdigali-
tas eorū: quia ꝓdigalitas nutrit luxum et
voluptatē: ad quā maxime ꝓcliuis eſt ado-
leſcentia: ideo magis contraria bone vite ⁊
minꝰ ſanabilis in iuuene. Facilius em̄ laxa
tur venter durus ꝗ reſtringat laxatus dy
ſenteria. Tertio qꝛ ſibi cōmiſſum officiū in
tali etate ſtrenue gubernauit ad magnificē
tiam ⁊ honorē dn̄i ſui. Dedit em̄ nobis dn̄s
officium regēdi terrā corporis noſtri: ⁊ ma-
nutenēdi eā in obedientia ſua: vt faciamus
in ea iudiciū ⁊ iuſtitiā. Sic btūs Nicolaus
corpus ⁊ aīam ſuā ab infantia ſua fecit ſub
di dn̄o ſuo: et ad honorē ipſius maximā in
eis iuſtitiā faciebat. iuxta illud pſ. Honor
regis iudiciū diligit. Modo vero de cuſto-
dia corporis rara eſt opinio: niſi forte apud
magnates: qui magnā habent pro corpore
ſuo cuſtodiā: ſed de anime cuſtodia nullum
eſt verbū. Plures inueniuntur corporis cu
ſtodes: ſed nulli aīe. ¶ Hanc aūt diſciplinā
accepit ſibi Nicolaus duplici ex cauſa. Pri-
mo ne contra ſpiritū eius ſequeretur rebel-
lio. A carne em̄ incipit tētatio: vt patuit in
primis parētibus. Geneſ. iij. Et in chriſto.
Mat. iiij. Ideo illic incepit Nicolaus forti
ficare caſtellū vbi erat periculū. Secūdo qꝛ
vulgo dicit: mane ſurgere facit optimā die
tam. Can. vij. Mane ſurgamus ad vineas
Ideo mane iuuētutis cepit penitentiā face
re: vt poſſet inde facilius vite dietam con-
ſummare. Eccli. xxxix. Iuſtus cor ſuū tradi
dit ad vigilandū diluculo ⁊c. ¶ Sed queri
poſſet vn̄ potuit tāta ſanctimonia/⁊ tantū
gratie priuilegium in hoc infante inueniri:
vt tā magnifica abſtinētie opera faceret: cū
etiam oēs qui baptizātur infantes (vt do-
ctores dicunt) equalem gratiā baptiſmalē
conſequātur? Reſpōdet primo triplici hoc
ratione potuiſſe fieri. Primo ex diuino in-
ſtinctu quo tūc agebatur infans: vt videre
tur qualis eſſet futurus qui ſic abſtinēs in
infantia iā videbatur in ſupernis delecta-

G Nico-laus. Quō potuit habere illud do nū abſ-tinētie i ſua in fātute.

ri. Eſaie. xj. Delectabitur infans ab vbere.
Dum enim pendebat ad vbera matris aſpi
rabat ad mēſam eterni patris. Propheta-
bat in cunis qualis eſſet in celis. Qui iam
terrenas delicias abnuebat: quaſi ad cele-
ſtes aſpirabat. Prophetabat in cibo liqui-
do/ſcꝫ lactis materni: quid acturus eſſet in
ſolido cibo chriſti. Bene em̄ viuebat anteqꝫ
ſciret viuere: qui ieiunabat anteqꝫ ſciret cō
edere. ⁊ docebat alios/non doctus ab ali-
quo. Er[illegible]ſcant ergo ſenes frangere ieiu-
nia: que o[illegible]ſeruabat beatꝰ Nicolaus in eta
tis teneritudine: qui per hoc ꝙ aſpernaba
tur vbera nature/ſignabat ſe aſpirare ad
vbera gratie. pſ. Exitus matutini ⁊ veſpe-
re delectabis. i. ſi in exitu matutine etatis
que eſt infantia vel pueritia delectaberis i
dn̄o: conſequens eſt vt in ſenectute delecte-
ris in eo. quāto magis qui iā in matutina
etate tante delectationis preſagium fecit.
Secūdo hoc potuit eſſe ex merito parentū:
qui (ſcḋm ꝙ ſcribitur in eius legenda) erant
deo deuoti: dn̄m rogātes vt eis donaret ſo
bolē: qua deus ipſe venerari poſſet. Ideo li
cet in baptiſmo ex merito chriſti tantūdem
habuerit ex gratia quantū ceteri infantes:
tamē propter merita ⁊ deuotionē parentū
potuit ſuperuenire iſtud gratie priuilegiū.
Erat em̄ filius non tam nature ꝗ gr̄e: ideo
conſequēs erat vt gratia dei in eo exiſtens:
per aliquod inſigne miraculū demonſtrare
tur. Sic Samuel filiꝰ per merita habitus
puer obſequebat dn̄o. Sic beati Ambroſij
infantis mellificabāt apes in ore: preſagiē
tes quāta eſſet futura eiꝰ doctrina. Modo
ſꝫo pauci ſunt parētes qui dn̄m corde effla
gitent ꝓ tali prole ſuſcipiēda. Immo ſi for
te dn̄s eis dederit infantē aliquē: qui poſt-
ea deuotus a iuuentute toto corde ſequat
dn̄m: paruipendūt eum parentes: dicūtqꝫ
eū nimis eſſe deuotū: non ſatis mundanū:
non ſatis conſecutū ciuilitatē inter gentes
comeſtorem eſſe imaginū: ruminatorē cru-
cifixi/ſomniatorem. Et ſi forte velit ſtudere
ſacre doctrine non patiētur: quia per illam
non lucraretur panem ſuū: neqꝫ per eā aſcē
ditur ſuper mulā: neqꝫ portatur frenū au-
reum: ſed oportebit eū vacare mundanis ⁊
lucratiuis ſcientijs. Neqꝫ deſinet pater niſi
filius eius/non ſolum corpore ſed etiā ani-
ma repreſentet eum: vt ſicut ille deformis
eſt vita ſic filius erit pulchrior: ſi ſit ipſo de-
formior/⁊ ſeculo maxime deditꝰ. Similes

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



buſoni qui miſerat filiū ſuum ad generale
beſtiarū capitulū: qui obuiās lepori veloci
ter currēti ad dictū capitulū: rogauit lepo-
rē vt portaret calceos filio ſuo: qui pre de-
uotione ⁊ celeritate eundi ad capitulū eos
dimiſerat: ⁊ hoc vt honeſtius incederet in-
ter alias beſtias. Cui lepus. Et quis eſt fi-
lius tuus? Ad quē pater. Eſt pulchrius ani
mal quod videbis in toto capitulo. Cui le-
pus. Eſt ergo cygnus. Cui buſo. Nō: q: tur
piſſimos habet pedes. Eſt ergo (inquit le
pus) pauo. Non: inquit buſo. Vocē eñ ha
bet horribilē: nec bene cōſonantē. Quis er
go eſt ait lepus. Reſpondit pater/buſo. Il
le eſt quē videbis habere talē dorſum/talē
ventrē/talē muſellū/tale corpus quale me
vides habere. Sicut buſoni videt pulcher-
rima beſtia que ſibi aſſimilatur: ſic tales fi-
lios ſuos pulcherrimos ⁊ honeſtiſſimos re
putāt: ſi in fraudibus/ſubtilitatibus/rapi
nis et hmōi videant ſibi eſſe ſimiles. Simi
lis enim ſimilē ſibi querit. Et ſic vir mūda-
nus de puero qui ſe dat deo: vult eñ omni-
bus viribus dare mundo. Si itaqꝫ dederit
tibi deus filiū cui aliquā bonā aſpirationē
dederit: ne eū impedias. Qz ſi dixeris iuue-
nes hmōi multa indiſcrete agere ⁊ vouere:
quare nō videtur malū eos reprimere. Pre
terea: plāta que cito poſt tranſplātationem
fructū facit/nō eſt magne durationis: ⁊ ci-
to fructu ſiccabitur ⁊ carebit. Ad hoc dicit
ꝙ ſepenumero in iuuenibꝰ ſunt alique in-
diſcretiones ⁊ multa fatua: que debēt pru-
dētia parentū dirigi aut anullari. In ipſis
eñ bonus eſt zelus: ſed non ſemꝑ eſt bona
diſcretio: cū tñ zelus ⁊ diſcretio ſimul cōiū-
gi debuiſſent. Et qđ deficit in prudētia ꝓ-
pter etatis inexperientiam: debet ſupplere
prudētia parentū. Qui cū vidēt eos in bo-
no ꝓpoſito: nec debēt ex toto eos ꝓhibere
propter timorē dei qui forte vult tales ſibi
in poſterū refamulari: nec etiā ex toto per-
mittere eos agere ſm zelū et deuotionē eo
rū. Ieiunia eñ que tales faciūt: ex parētū
diſcretione fieri debēt. Unde in vitis patrū
dixit quidā ſenex ꝙ ſi videret iuuenem qui
vellet cū duobus pedibus ſaltare in para-
diſum: ⁊ iā in ipſam immiſiſſet vnū pedem:
aliū retraheret: vt cū diſcretione illuc intra
rēt. Ad qđ eſt exēplū de Ioanne abbate in
collationibus patrū: qui dū triduo ieiuna-
ret nullatenus comedēdo: etiā propter de-
bilitatē nō poſſet opus aſſiduū exercere: vi
dit Ethiopē paruulū ſibi dicentē ꝙ ſibi ie-
iunauerat/non deo. Et ideo licet vita Nico
lai in abſtinētia ſit admirāda: nō tñ imitā-
da. Quā rationem tāgit Sco. iiij. ſen. diſt.
iiij. q. vij. Secundo huius abſtinētie cauſa
potuit eſſe bonitas ſacerdotis ipm bapti-
zātis: et etiā patrinoꝝ adſiſtentiū: qui ſuis
precibus hoc infanti impetrauerunt. Pro-
pter quod male faciūt qui eos per pueros
ignorātes/aut per viros male famatos de
ſacro fonte leuari faciūt. Qui eñ eū taliter
leuat/teſtis eſt huius et fideiuſſor ꝓ noui-
ter baptizati fidē: ⁊ ſibi iniūgitur ꝙ in ab-
ſentia parētū eū doceat fidē. Quō ergo ad
hoc pōt obligari infans vel puer: qui in cu
ria laica nondum poſſet obligari?

¶ Sermo. ij. de eodem per thema pre
cedens. et in ordine. xvj.

Si ſimiles iube-
mur eſſe hoībus/neceſſariū
eſt nos ſcire quid ſit homo.
Qđ duabꝰ diffinitionibꝰ no
tificari ſolet. Primā dat ſcri
ptura ſacra. Quid eſt (inquit) homo? et re-
ſpōdet ꝙ memor es: ita ꝙ nihil eſt homo:
niſi ꝓ tāto ꝙ eſt in memoria dei. Ps. Sic-
ut vulnerati dormiētes in ſepulcris quorū
nō es memor amplius: ⁊ ipſi de manu tua
repulſi ſunt. Uulnerati eñ pctō ⁊ dormien
tes in fetidis ſepulcris conſcientie male: re
pulſi ſunt a manu ⁊ ꝓtectione dei quaſi ni
hilū ſint: ſicut cadauer putridū. Et hoc iō:
quia nō eſt dñs eoꝝ memor vt eos reducat
ad vitā. Sicut fecit in Petro: qui ſi lapſus
fuiſſet ab eius memoria: iā in nihilum reda
ctus eſſet. Ideo ſi queratur quid eſt hō? di
citur ꝙ memor es eius. Scđa diffinitio eſt
philoſophoꝝ dicētiū ꝙ hō eſt aīal rationa
le/mortale/greſſibile/bipes. Logici aūt di
cūt ꝙ cū res nō cognoſcatur niſi per ſuam
diffinitionē: q̄ ignorat vnā particulā igno-
rat rē ipſam. ⁊ propter harū particularum
ignorātiā multi neſciūt ſe hoīes. Quidā au
tem ignorāt genus hoīs: neſcientes ꝙ ſint
aīalia: qui maxime vidētur errare: cū igno
rēt qđ ſibi ⁊ alijs eſt commune. Tales ſunt
ſuperbi: qui ignorāt ſe eſſe aīalia. Cū enim
aīal ſit corpus animatū: debent ſcire ꝙ ha
bēt aīam corpori alligatā: ⁊ per cōſequens
ſic depreſſam ꝙ nō licet eis dicere cum pri-
mo angelo peccāte. Aſcēdam in celū. Quia
eñ ſpūs angeli qui erat abſolutus a carne

A Homo. Quid ē homo.



in tantam prorupit elationē: ꝙ vſqꝫ ad dei
equalitatē tētauit aſcēdere. Ideo fecit deꝰ
hominem in quo eſſet ſpūs alligatus: ⁊ ſic
propter corpus a tali retraheretur conatu:
et ꝓpter dignitatem anime nō nimis incli
naretur deorſum: ſed ſe teneret quaſi in me
dio inter ſupremū et infimū: in quo medio
virtus humilitatis cōſiſtit. Et quia primis
parētibus data ſunt corpora nimis leuia:
quia carentia inclinatione deorſum ad pec
catū ⁊ ad penā: ideo in eis tantū preualuit
inclinatio ſpiritꝰ ad ſurſum: vt ipſi ſimiles
deo eſſe vellēt. Et ideo facta ſunt eoꝝ corpo
ra magis grauia et ponderoſa: vt magis
deorſum traherēt. Nā Sap. ix. Corpus qđ
corrumpitur aggrauat animā. Ergo qui ſu-
perbiunt/hāc alligationē cum corpore non
ſentiūt: immo vidētur ignorare ꝙ ſint ani
malia. Sicut Seneca narrat de Alexādro
epiſtola. xcvj. ꝙ cū in obſidione cuiuſdā vr-
bis grauiter vulneratus eſſet: et ſagitta et
graui dolore vexaretur: ait militibus. Oēs
me dicūt Iouis filiū: ſed vulnus hoc homi
nē me clamat. Ideo ſimiliter deus ſupbiē-
tis hominis cōditionē deiecit: vt de Nabu
chodonoſor legitur: qui ꝓpter hoc mutatꝰ
eſt in beſtiā: vt ſibi videbatur. Gloſſa ibi: q:
de magnitudine opis ſui tumuit ſupra ho
mines: factus eſt infra hoīes. ¶ Secūdam
particulam: ſcꝫ ſe eſſe rationales videntur
ignorare qui vacāt totaliter carni: ⁊ illi par
ti aīe que nobis ⁊ brutis cōmunis eſt: non
rationi que nos a brutis diſtinguit: vt lu-
brici. Tullius lib. de ſenectute. Impedit cō
ſiliū voluptas: rationis inimica: mētis ocu
los perſtringit: nec habet vllū cum virtute
cōmertium. Ideo. j. Timo. vj. O homo dei
fuge. ¶ Tertiā particulā ignorāt qui ſe cre
dunt eſſe immortales: vt cupidi. de quibus
Hiero. in prologo biblie. Facile cōtēnit oīa
qui ſe ſemper cogitat moriturū. Cū igitur
iſti nihil velint cōtēnere vel relinquere: vi-
detur ꝙ non cogitēt ſe in breui morituros.
Ideo relinquunt alienis diuitias ſuas: im
mo (qđ mirabilius eſt) nec ſibiipſis conce-
dūt neceſſaria quibus vita ſuſtentatur: ſed
vidētur imaginari ꝙ ſine cibi adminiculo
poſſit vita cōſeruari: quaſi iā eſſent immor
tales. Eccl's. vj. Eſt ⁊ aliud malum qđ vidi
ſub ſole: et quidē frequēs apud hoīes. Uir
cui dedit deus diuitias ⁊ ſubſtātiā et hono
rē: ⁊ nihil deeſt aīe ſue ex oībus que deſide
rat: nec tribuit ei poteſtatē deus vt come-
dat ex eo: ſed homo extraneꝰ vorabit illud.
¶ Quartā particulā: ſcꝫ eſſe greſſibilē igno
rant otioſi: qui carent ſenſu ⁊ motu. Pecca
tor aūt maxime otioſus nō habet operatio
nes homini debitas. Ps. In labore homi-
nū non ſunt: ideo perdiderūt humanā ſpe-
ciē. Operationibus eñ diſtinguuntur ſpe-
cies. Et q̄diu quis habet operationē debi
tā ſpeciei: iudicamus ipm in tali ſpecie eſſe
Marc. viij. Uideo homīes quaſi arbores.
Hec eñ ſunt plāte opera: cibari: in ſublime
creſcere: florere: vireſcere: que talibus cōpe
tunt. Sed dicit phs lib. de vegetabilibus
ꝙ vnū opus aīalis plus valet q̄ oē opus
plāte: quāto magis vnū opus hoīs? Ergo
operibꝰ credite: ⁊ credetis otioſos non eſſe
hoīes. Nō eñ gradiūtur de opere in opus
et de virtute in virtutē. ¶ Quintā particu
lā: ſcꝫ eſſe bipedē ignorant: qui quadrupe-
des ſunt vt beſtie: vel multipedes vt muſce
et aranee. Tales ſunt qui nec deū nec pro-
ximū diligūt: ſed multiplicibus affectioni-
bus: nūc in iſtū/nūc in illū vindicāt ⁊ vlaſ-
cūtur. Ambulemus igitur bipedes cū eo q̄
bipes nobiſcū ambulauit: ſcilꝫ pede diuini
tatis et pede humanitatis: quā aſſumpſit
in virginis vtero. Ad quam recurremus di
centes Aue ⁊c.

¶ Uigilāt qui expectāt dñm ſuū a nuptijs
reuerſurū. Propter quod dñs illos beatifi
cat: quos ſcđa/tertia/et quarta vigilia in-
uenerit vigilātes. Has q̄tuor vigilias opti
me cōpleuit beatus Nicolaus. Nam prima
vigilia eſt ab infantia vſqꝫ ad adoleſcētiā:
quā (vt mane diximus) laborioſa abſtinē-
tia deduxit. Scđa vigilia eſt ab adoleſcen-
tia vſqꝫ ad virilē etatē. Tertia a virili eta-
te vſqꝫ ad ſenectutem. Quarta vero a ſene
ctute vſqꝫ ad mortē. Que aſſumpte ſunt ex
modo vigilādi quondā in exercitu obſerua
to. In cuius quarta vigilia ſenes ad vigilā
dum ordinabantur. Has vigilias cōpleuit
beatus Nicolaus/ſe preparās ad reddēdū
pro ſingulis rationē. Aliter etiā pñt diſcer
ni he quatuor vigilie. Prima eſt cū quis pe
nas eternas cōſiderans timore tātūmodo
ſe a peccato ſubtrahit: quā preterit euāgeli
ſta: q: nō eſt meritoria/licet bona. Secūda
eſt cū gratia illuſtratus quis ſiniſtro oculo
gehēnā: dextro patriā reſpicit. Tertia cum
iam ſerenata cōſciētia dulcedine patrie to
tus accēditur: ita ꝙ etiā ſi nulla propone-
retur gehēna: non minus ſe illeſum ſerua-

B Uigilia. De quatuor vigilijs euāgelicis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ret a culpa: factus iā cicada noctiū: que cō-
petit maxime cōtemplatiuis. Quarta vero
vigilia eſt vigilantiū paſtoꝝ ſupra gregem
ſuū: quibus primo nūtiatus eſt chriſtꝰ na-
tus. Unde ianitori precepit vt vigilet. Has
tres vigilias vltimas multum obſeruauit
beatus Nicolaus: nūc cōtēplatiue: nūc acti
ue deſeruiēs expectādo dn̄m ſuū. ideo de il
lis erat de quibus thema dicit. Et vos ſimi
les hoībus ⁊c. ¶ Poſtq̄ mane dictum eſt
qualiter ſe preparauit beatus Nicolaus tē
pore infantie ad reddendū ratiōnē de talē-
tis ſibi tūc cōmiſſis: nūc dicendū eſt quō ſe
preparauit ad ſatiſfaciendū pro alijs termi
nis ſeu etatibus. ¶ Scd̄o igitur ſe prepa-
rauit beatus Nicolaus reddere ratiōnē de
theſauro ſibi dato tēpore adoleſcētie vel iu
uētutis/ea etate adhuc duobꝰ modis the-
ſaurū ipſum multiplicās. Primo mutuādo
ad vſurā: vt veniēs dn̄s vtiq̄ cum vſuris
exegiſſet illud. Sed an dn̄s velit ꝙ conce-
datur mutuū ad vſurā? Dico ꝙ ſic: ſed ſibi
nō fratri. Si das tēporalia ꝓpter eū: cētu-
plū accipies et vitam eternam poſſidebis.
Mat. xix. Sicut mutuat aliquis alteri vi-
ginti aureos tali pacto ꝙ Rome in tali bā
ca reddet multo plures: ſic qui dat paupe-
ri vt ei in paradiſo reddat. Sic Nicolaus le
gitur feciſſe tribus puellis: qui propter ſer
uandū theſaurū dn̄i in eis repoſitū. ſ. caſti
tatē ⁊ pudicitiā: ⁊ ad reuelandā inopiā pa
tris earū: trina vice aurū per feneſtras do
mus ꝓiecit. Erat em̄ tūc clericus feneſtra-
lis: nō ſicut noſtri ſcholares feneſtrales: q̄
per feneſtras ſtudēt vt videant eūtes ⁊ re-
deūtes. Iſte vero ꝑ feneſtras videbat ino-
piā ⁊ perditionem futurā puellarū/niſi oc
curriſſet: immo tāte charitatis extitit ꝙ vt
alijs poſſet miniſtrare: dū nil haberet/mē-
dicabat: vt patuit in fame Myreoꝝ: quan
do a nautis triticū accepit tali cōditione ꝙ
in portu ad quē applicare debebāt tātum-
dem inuenirent: ſicut prius anteq̄ ab ipſis
quicq̄ acciperet. Multi tamen cū dant vo
lūt videri. Ipſe aūt latēter hoc faciebat ne
dei gloriam furaretur: operis boni ſibi aſſu
mēs vtilitatē: ⁊ deo ſuā relinquens gloriā.
Scd̄o labore ſuo adaugebat theſaurū ma-
ne ſurgēdo ad opera dei. Quolibet em̄ ma
ne primus inueniebatur in eccleſia orans.
Signū em̄ amoris eſt quādo frequētatur
domus amici: immo ſcḋm Chryſo. proprium
eſt boni filij vt veniens in ciuitatem primo

*(margin:)* E
Mane
Mane iuuētutis quō dz exerceri.

currat ad domū paternam. Sicut ſolebat
chriſtus quādo ingreſſus in Hieruſalē pri-
mo ibat in tēplū. In hoc etiā boni ſerui of-
ficiū cōplebat. Bonus em̄ ſeruus mane ſur
git ad opera: ⁊ per hoc cōmendabilior red
ditur. iuxta illud Pſ̄. Mane adſtabo tibi.
Adſtat mane iuuētutis deo operāti in eo:
et deū adiuuat qui operatur oīa in oībus.
Multi tn̄ in iuuētute Nicolaū nolūt imita
ri bonū vultū facientes: et dicūt ꝙ in ſene-
ctute poſtea bene operabuntur: illi ſimiles
qui quatuor iumenta habens: et onera ad
que portāda vix ſufficerēt: debiliori ex ipſis
vellet ea imponere: ſenium aūt debiliſſima
eſt etas. Exēplū in vitis patrū de Arſenio
abbate: cui dictū eſt. Egredere et oſtendā ti
bi opera hoīm. Et egreſſus vidit Ethiopē
nigrū cū ſecuri ſcindētem ligna. Et cū grā-
dis eſſet eoꝝ ſarcina/tētabat leuare: et pre
grauitate nō poterat. Iterū cedebat alia li
gna ⁊ addebat ſarcine. Talis eſt hō pecca-
tis oneratus: qui ſemꝑ grauiora addit cū
oporteret ea deponere. Quidā enim hab-
bat aſellū pulchrum cui nolebat imponere
iugū ꝓpter pulchritudinē: q2 diligebat eū.
Tādem cū aſellus venit ad ſenectutē amit
tens pulchritudinē voluit ſibi onera impo
nere. Aſinus autē nec potuit nec voluit: q2
iugū ferre non erat aſſuetus: et ſic perdidit
ſeruitium aſini ſui in iuuētute ⁊ ſenectute.
Et poſito ꝙ tales deo ſeruiāt in ſenectute:
nihilominus deū reputāt ioculatorem vel
clamatorē veterum drapelloꝝ vel calceoꝝ.
Dant em̄ ſibi veterem pellem ſuā. Ideo bo
nū eſt cum beato Nicolao mane cōuerti ad
dn̄m. ¶ Quia igitur ceteros ad eccleſiā pre
ueniebat: voce lapſa de celo dignus epiſco
patu iudicatus eſt. Prouer. xxij. Vidiſti ho
minē velocē in opere ſuo: corā regibus ſta-
bit. Cōfundētur em̄ in iudicio tardi oleum
nō habētes: ⁊ ianuā clauſam inuenientes.
Et q̄uis aſſentire nollet: q2 aſſentiones hu
iuſmodi in corde ſuo non diſpoſuerat: ſicut
multi diſponūt modo epiſcopari in mune-
ribus ⁊ amicis: et beneficioꝝ multitudine
in recōpēſationem et emptionē ordinatoꝝ.
Tales em̄ plātantur a mūdo: Nicolaus ve
ro a deo: ideo fecit fructū magnum. Hiere.
xij. Plātaſti eos ⁊ radicē miſerūt: ꝓficiūt ⁊
faciūt fructū. Quos em̄ plātat dn̄s fructi-
ficant. Io. xv. Poſui vos nō vt ſedeatis vt
claudi: nō vt iaceatis vt porci: nō vt circū-
eatis vt vagi: non vt retrocedatis vt ebrij:



ſed vt eatis et fructū afferatis: ⁊ fructꝰ ve-
ſter maneat. ¶ Cauſa autē quare eū ſic vo-
cauit ad epiſcopatū multiplex eſt. Prima:
q2 dereliquerūt eū ſapiētia mūdi et ſapien
tia carnis. Sapiētia quidē mūdi que ſtulti
tia eſt apud deum: quādo bona mundana
diſperſit et dedit pauperibus: vbi hmōi ſa
pientia ſolet ea colligere. Hec em̄ in modū
patris ſe habet: quia ſicut pater vult filiū
vbiq̄ diſcurrere vt poſſit predia ⁊ diuitias
congregare: ſic hec ſapientia in mundanis
agit. Sapientia vero carnis que mors eſt
eum ab vberibus matris dereliquit: quan
do iam incipiebat eā domare: que in modū
matris ſe habet: que puerū dum mittit ad
ſcholas: eū delicate nutrit: ⁊ ſolicita eſt pro
nutrimento eius. Ideo poterat dicere Ni-
colaus illud Pſ̄. Quoniā pater meus. ſ. ſa
piētia mundi: et mater mea. ſ. ſapiētia car-
nis: dereliquerūt me: dn̄s aſſumpſit me in
epiſcopū. Secūda ratio fuit: q2 beatus Ni
colaus in pecunia numerata ſoluerat vacā
tiā illius epiſcopatus ſummo pōtifici deo:
quia puellis illā miniſtrauerat: ideo nil mi
rum ſi deus fecit eū epiſcopū. Non em̄ po-
teſt deus minus q̄ noſtri ſummi pōtifices
nunc annatis perſolutis decem vel duode
cim miliū aureoꝝ huiuſmodi inſtituere epi
ſcopos. ¶ Sed circa hoc oritur difficultas.
Cum decreta antiqua dicāt laicum nō de-
bere eligi in ep̄m: quia qui non fuit diſcipu
lus/eligi nō debet in magiſtrū: nec qui nō
obſecutus eſt ſacerdoti in aliquo gradu eli
gi in ſummū ſacerdotē: vt dicit decretū In
nocentij diſt. lxj. c. miſerū. quō Nicolaus ex
laico electus eſt in ep̄m? Et Ariſto. dicit. ij.
Topic. Nemo iuuenes eligit in duces: quia
nō conſtat eos eſſe prudētes. Ad primū re-
ſpōdet decretū ꝙ eccleſiaſtice ꝓhibitiones
proprias habent cauſas: quibꝰ ceſſantibus
ceſſant. Qꝛ em̄ laicus in ep̄m nō eligeretur
hec fuit cauſa: quia vita laicalis eccleſiaſti-
cis doctrinis non erudita neſcit exēpla reli
gionis de ſe alijs preſtare: que in ſeipſa ex-
perimento non didicit. Cum igitur beatus
Nicolaus merito ſue perfectionis vitā cle-
ricalem tranſcēderit: merito rata fuit eius
electio. Ad ſcd̄m dicitur primo ꝙ hoc non
debet trahi in conſequētiam: ſcilꝫ ꝙ fuerit
electus iuuenis in epiſcopū: q2 hoc fuit ſpe
ciali prerogatiua dei: qui in ſanctis ſuis eſt
mirabilis. Dicitur ſecundo ꝙ et ſi beatus
Nicolaus fuit iuuenis etate/erat tamen ſe

*(margin:)* D
Nicolaus.
De cauſis vocationis Nicolai ad epatū.

*(margin:)* E
Prelatus.
An iuuenes eligi debeāt in epōs.

ner moribus. Deus autem neminem euo-
cat ad talem ſtatum/quin ſibi det ſufficien-
ter ſapientiam ad regendum populum: vt
dicit Nicolaus de Lyra hoc dicere hebreos
ſuper Pſ̄. Dominus illuminatio mea. Do
minus autem elegit Nicolaum: ideo dedit
ei ſapientiam ad dirigendum populum: ſi-
cut et Salomoni adhuc puero dedit: quia
ip̄m ad regnū vocauerat. In ſancta em̄ ec-
cleſia dominus ſanctos preueniebat in be-
nedictionibus dulcedinis inſpirādo eis vi
tam et doctrinam: ⁊ ſic ad epiſcopatum vo
cabat. Nūc vero preuenitur deus per prin-
cipes et reges qui eos inſtituūt: qui ſi poſ-
ſent eis infundere ſpiritum ſapientie intel
lectus forte tolerarentur: ſed ipſi hoc non
poſſunt. Ideo ipſi regnauerunt et non ex
me: principes extiterūt et nō cognoui. An-
tiquitus dicebant epiſcopi. Dominus fecit
nos et non ipſi nos: ſed modo fiunt nō gra
tia dei: ſed gratia regis ⁊ ſummi pōtificis.
¶ Tertio in virili etate cepit theſaurizare
deo Nicolaus: et pro termino illo ſua cōpu
ta ordinare. Debet em̄ prelatus theſauriza
re deo deprędādo hoſtem: rapiēdo aīas de
manu inimici: dicens illud qḋ ſcribit. j. Re
gū. xvij. Paſcebat ſeruus tuus patris ſui
gregē: et veniebat leo vel vrſus: tollebatq̄
arietē de medio gregis: perſequebarq̄ eos
et ꝑcutiebā: eruebāq̄ de ore eoꝝ. Sic fecit
Nicolaus eripiēdo aīas ſua predicatiōe et
orōne de manibꝰ inimici. Primo ſubuertē
do tēpla idoloꝝ in q̄bus decipiebant. Nūc
aūt in tēplis idola erigunt: que nō clamāt
in gutture ſuo: ſed in gutture alieno. ſ. vica
rioꝝ quos cōſtituerūt: neq̄ ꝑ ſe predicant:
neq̄ cātāt: neq̄ orāt/ſed ꝑ ꝓcuratorē. ideo
per ꝓcuratorē paradiſum obtinebūt. Se-
cūdo hoc apparuit in ſuſcitatione mortuo
rū: vt patuit in filio ſue hoſpite ſuſcitato.
In die em̄ ſue ꝯſecrationis in ep̄m ſua hoſ
pita gaudēs de exaltatiōe ſui hoſpitis ſcī
Nicolai: cito occurrēs dimiſit filium iuxta
ignē: q̄ rediēs inuenit eū mortuū ⁊ aduſtū:
diabolo volēte feſtū eius turbare: quē pre-
ce ſua ſuſcitauit. Quātū putas paratꝰ erat
eripere oues ſuas de manu inferi: qui etiā
in terra ⁊ mari a periculis maris liberabat
eos corporaliter: vt patuit in nautis peri-
clitantibus: quibus dixit. Ecce aſſum. Hoc
etiā patet in eleemoſynis ſuis: q2 totū era-
rium parentū pauperibus diſtribuit. Non
em̄ theſaurizabat theſauros in terra: ſicut

Universidad de Deusto
Biblioteca



nunc tp̄is faciunt prelati.pſ̄. Prodijt quaſi
ex adipe iniquitas eorũ:q꞉ abundantia bo
norũ temporaliũ reddit eos omni volupta
te plenos. Ab initio fuit eccleſia fons par⸗
uus/ſicut Heſter per paupertatẽ ⁊ humili⸗
tatẽ:ſed creuit in aquas plurimas diuitia⸗
rũ ⁊ voluptatũ. Et quãdo fons ille paruus
erat:purus erat ⁊ clarus reddens imaginẽ
inſpiciẽtibus eum ſicut ſpeculũ. Sed nunc
fons iſte turbatꝰ eſt:q꞉ maior cura eſt in tẽ
poralibꝰ dirigẽdis q̃ in aiabus curandis.
Bern̄. Cadit aſina ⁊ eſt qui ſubleuet eã:pe⸗
rit anima ⁊ nõ eſt qui requirat eã. Nicolaꝰ
autẽ paratus erat ſubleuare aĩas et de eis
reddere rationẽ. Quãdo cenſuũ receptores
reddũt rationẽ:ſi recepta nõ excedat miſſã
bene actũ eſt.ſi aliter/male. Nos oĩa a dño
recepimus mẽbra/tẽpus ⁊ tẽporalia: ⁊ cre
do ꝙ ĩ ſeruitio dñi miſimus pauca. Uix de
ſeptimana vnum diem reddimus deo:⁊ de
die vix duas horas vt eamus ad eccleſiã ad
cogitandũ de deo:⁊ de tẽporalibus multis
vix de pane buccellã ꝓ deo damꝰ:⁊ de mil⸗
le verbis que de ore procedunt vix quatuor
ad deum pertinent. Quid plura? In nobis
ſunt lõge plures recepte ⁊ quaſi infinite re
ſpectu miſſarũ:⁊ qꝺ plus eſt a deo ſeruitiũ
recepimus ita ꝙ pro triginta tribusannis
quibꝰ in labore ⁊ paupertate ꝓ nobis fuit:
vix poſſumus pro eo vnã abſtinentiã face⸗
re. Quid ergo facient:qui cũ eo nunq̃ꝫ com
putauerunt? Timeo valde ne eis detur illa
ſentẽtia. Mat.xxij. Mittite eũ in tenebras
exteriores. Amen dico vobis:non exibitis
inde donec reddatis vſq̃ꝫ ad nouiſſimum
quadrantẽ. Et q꞉ talis in tenebris poſitus
nihil habet aut habebit in perpetuũ: ideo
inde in inperpetuũ non exibit. Sequamur
ergo aſtutiã vulpis:qui per greſſus beſtia⸗
rum citatarũ ad ſpelũcam leonis ⁊ per ve⸗
ſtigia earũ: quia nullã redire videbat cita⸗
tus ⁊ ipſe caute reſpõdit. Ego illuc nõ ibo/
niſi ſciã bene quo modo. Ita ⁊ nos prepara
re debemus ad inſtar Nicolai:vt illuc euo⸗
cati cum deo cõputare valeamus. ¶ Quar
to in ſenectute preparauit ſe optime ſeruã⸗
do iura/frãchiſias/⁊ libertates dñi ſui. Pri
mo ſeruãdo gregem dñi ſui tãq̃ꝫ veteranus
miles ⁊ bene emeritus. Corrigens abuſus
in curia laica:dũ tres innocẽtes in ea mor⸗
ti adiudicatos liberauit:⁊ ſimiliter tres Cõ
ſtãtini milites:qui ſe ſimiliter auxilio eius
ſuppoſuerunt. Sed et errores eccleſie extir
pauit. Prĩo extirpando fanũ Diane:ex quo
iratus diabolus nautis oleũ obtulit quo li
niri deberẽt parietes eccleſie myrrhee. Sed
beatus Nicolaus apparẽs eis iuſſit oleum
in mare proijci:quo proiecto incepit ꝑ ma⸗
re ardere. Secũdo extirpãdo Hereticos. Di
citur enim iam ſenex Niceno concilio inter⸗
fuiſſe:vbi Arrium cũ ſua hereſi damnauit.
¶ Sed hic oritur queſtio. cũ beatus Nico⸗
laus ſub perſecutione Diocletiani ⁊ Maxi
miani floruerit ep̄s:⁊ cũ maxime fame pon
tifices tunc vbiq̃ꝫ trucidabantur et in loco
ep̄atus ſui:vtputa in Aſia et Sicilia maxi
me viguerit illa perſecutio:cũ ille eſſet tãte
auctoritatis ⁊ fame:quomodo non eſt aſſe
cutus martyrij palmã? Tunc enim Rome
propter perſecutionẽ vacauit ſedes pluſq̃ꝫ
ſex annis. Reſponſio. Dicitur ꝙ hoc potuit
fieri ꝓpter tria. Primo noluit dñs eccleſiã
ſuam ita turbari quin in ea remaneret ali⸗
quis bonus paſtor tãq̃ꝫ eccleſie firmamen⸗
tũ. Unde in perſecutiõe facta ſub Achab et
Jezabel vbi fere omnes ꝓphete interfecti
ſunt:Helias inter eos perfectior reſeruatꝰ
eſt.iij. Reg.xix. Secũdo quia potuit eſſe ꝙ
licet ꝑſecutio in illa patria vehemẽter graſ
ſaretur:nõ tamen vbiq̃ꝫ: q꞉ iuxta dictũ ſal⸗
uatoris. Mat.x. Si vos perſecuti fuerint
in vnam ciuitatem: fugite in aliam. Ideo
Nicolaus remanebat in myrrhea ciuitate
vel ad recipiendũ profugos chriſti ne peri⸗
rent:vel ad cuſtodiendũ gregem ſuũ ne ve
niret in direptionẽ:quia ſcriptũ eſt. Percu⸗
ctiones: feruētia deſideria: q̄ oīa tendebant
ad illud vnū qō eſt neceſſariū. Luc. x. Et q:
ciues regendi ſunt cōſilio: ideo iſti ciues re-
gebant conſilio ſpūs ſancti. Ideo in hac ci
uitate ſumm⁹ imperator magnifice hoſpi-
tatus eſt. iuxta illud pſ̄. In pace factus eſt
locus eius. ¶ Sexto hoc idē probari poteſt
per reuelationes et miracula. Uñ teſtatur
magiſter Henricus de Haſſia ꝙ lector qui-
dā Paulus noīe negando beatā virginem
ſine originali peccato fuiſſe cōceptā: coram
toto populo ⁊ clero ī Cracouia cecidit ⁊ ex-
pirauit ſermone nōdum finito. ⁊ hoc recita
tur in faſciculo temporum. Et ſi dixeris in
iſtis aſſerendis nō eſſe periculum; eo ꝙ de

ſanctificatione cōceptionis eius ſcriptura
nullā fecerit mentionem. Reſpondetur ꝙ
multa ſunt reuelata a deo que tamē in ſcri
ptura non habētur: ⁊ ſunt de pie credēdis.
Hoc autē ideo potuit eſſe ꝙ nihil de hmōi
ſanctificatione ſcriptū eſt: vt dicit de Argē
tina. in. iij. ſentē. diſt. iij. q: nō debuit Ma-
ria deterioris eſſe cōditionis q̄ꝫ Ioānes ba
ptiſta. Sed ſcriptura tradit Ioannē bapti
ſtam ſanctificatū fuiſſe in materno vtero.
iuxta illud Luce. ij. Replebitur ſpiritu ſan-
cto adhuc ex vtero matris ſue. Ideo ſcriptu
re non fecerunt mentionem de huiuſmodi
ſanctificatiōe: quia quilibet fidelis hoc pia
mente pro certiſſimo debet ſupponere.

M Marie conceptio Rationibus probatur Mariā non fuiſſe in originali conceptam.

¶ Septimo hoc idē rationibus perſuaderi
poteſt. Primo apud oēs tam philoſophos
q̄ꝫ poetas naturale eſt filium honorare ma
trem: cuꝫ hoc etiam ſit de iure diuino. Hoc
autē non faceret chriſtus matri ſue / ſi eam
permitteret in lutū originalis peccati cade
re: cum poſſet eā preſeruare. Poſſet enim ei
tūc dici illud Pſ̄. Exurge in precepto quod
mādaſti. ſ. de honore parentū: ergo. Secun
do ſic oſtēditur: q: opus miſerationis ī deo
magis fuit q̄ꝫ opus creationis. iuxta illud
pſ̄. Miſerationes ei⁹ ſuper oīa opera eius.
Igitur cōueniens fuit maiora aut equalia
fieri in opere redēptionis ſicut in ope crea-
tionis. Sed in tali opere natura humana
creata fuit mūda ⁊ in gratia nullis meritis
precedētibus: igitur multo magis in meri-
to chriſti fuit conueniēs preſeruare totam
humanā naturam in aliqua creatura pure
humana: ne talis originale peccatū contra-
heret. Sed nulla pura creatura fuit a deo
magis dilecta q̄ꝫ Maria: ⁊ in qua voluerit
maiora exercere opera: igitur. Si enī vir et
femina contraxerūt originalem culpam vel
mortalē que in poſteros traducta eſt: ⁊ hec
in deſtitutione ⁊ deformatione humane na
ture: conueniēs fuit vt in reparatione eiuſ-
dem inuenirentur ⁊ vir ⁊ femina ſine origi
nali peccato. Tertio chriſtus perfectiſſime
mediauit inter deum ⁊ Mariā: ſed nō me-
diaſſet pfecte / niſi impetraſſet ꝙ de⁹ nunq̄ꝫ
eſſet ei offenſus. Plus enim eſt placare euꝫ
ne ei iraſcatur q̄ꝫ poſtq̄ꝫ iratus fuerit: ergo
nūq̄ꝫ ei deus offenſus fuit. Cū igitur deus
per motū interiorem in ipſo non offendat:
ſed tantūmodo propter culpam in ipſa ani
ma exiſtentem / ſequitur ꝙ impetrauerit eā
nunq̄ꝫ fuiſſe iniquam; ſed abſqꝫ peccato,





O Marie conceptio. Quare nō ſunt a Maria ablate pene peccati originalis.

¶ Et ſi queratur. Cum Maria fuerit in vte
ro ſanctificata: vel etiam poſtea (vt credit)
a chriſto baptizata vel a diſcipulis: quare
non fuerunt ablate ab ea paſſiones ⁊ pene
peccati originalis ſicut ⁊ culpa: cum tamen
baptiſmus dicatur omnem culpam ⁊ penā
delere. ⁊ idem quereretur de nobis qui ba-
ptizati ſumus. Item cū tales pene infligan
tur propter originale delictum / ſequitur ꝙ
iniuſte ſunt Marie inflicte que illo peccato
caruit. Preterea chriſtus et Adam ſatiſfece
runt pro iſto peccato: iniuſtum eſt igitur ꝙ
pro illo peccato iterum penam portemus.
Ad hoc reſpondetur primo ſm Guil. Pari
ſieñ. ij. parte de virtutibus: ꝙ cum ſm ali-
quos peccatum originale ſit carentia iuſti-
tie originalis cū indignitate habendi eam.
vel ſm alios fomes cū imputatione ipſius
ad culpam: ⁊ indignitas illa vel imputatio
ſit quaſi caput principale illius peccati: ta-
men cauda. i. ſequela ſcꝫ fomes ⁊ pene con
ſequētes inceſſanter nos exagitant. quem-
admodum ſerpens capite contrito caudam
atqꝫ reſiduum corporis agitare non ceſſat.
Sic peſtis illa fomitis primos mot⁹ inceſ-
ſanter excitat: q̄uis per aquas baptiſmi ca
put eius contritum ſit. iuxta illud Pſ̄. Tu
contribulaſti capita draconū in aquis. ſ. ba
ptiſmi. Augu. ſuper. vij. ad Romanos. Ia-
cet originale peccatū in eis qui renati ſunt
lauacro ſalutari vt deiectū atqꝫ peremptū:
nec reſurget ad priſtinas vires vt regnet et
dominetur. Aliquid tamen ſequele manet.
Sicut videmus ꝙ ignis extinct⁹ aque ſu-
per infuſione aliquid caloris vel fumi reti-
net poſt extinctionē: et ſicut reliquie febris
febre ceſſante manent in artubus ab expe-
dito motu retrahentes. ſic rebellio illa et ce
tere pene poſt baptiſmalem extinctionē re-
manent: licet temperētur et diminuantur.
Sm Pliniū. licet plūbum dealbari poſſit et
lauari: nunq̄ꝫ tamen poteſt a ſua immūdi-
tia totaliter ablui ꝓpter ſue materie groſſi
ciem ⁊ impuritatē: que eſt argētum viuum
immundū: ⁊ ſulphur immundū ⁊ fetidum.
Sic cum ſimus creati ex impura materia ⁊
immūda carnis ⁊ ſanguinis: licet p baptiſ-
mū poſſit ablui ſpiritus impuritas tamen
carnis noſtre ſcꝫ concupiſcētie vilitas non
poteſt a nobis penit⁹ amoueri: licet poſſit
per baptiſmū temperari / ⁊ quodāmodo di-
minui. Nā ⁊ in pueris (vt vult Guil. Pari-
ſieñ.) latet extincta lex originalis pctī tāq̄ꝫ

in cinerib⁹. Sed cum ſuperueniūt anni diſ-
cretionis: puta circa annū. xvj. vel. xvij. tūc
ignis ille reaccēditur in iuuentute: ita vt q̄
bene ſe habuerūt in pueritia ꝓp[...]r inflam
matā concupiſcentiā vix poſſint regi ⁊ diri
gi. ¶ Dicitur ſcōo ꝙ duplices ſunt pene ori
ginali debite. Una ex parte aīe ſcꝫ carentia
gratie in pſenti / ⁊ glorie in futuro. ⁊ hec to
taliter remittit per baptiſmū: q: ſicut p ge-
nerationē naturalē acquirit eſſe nature: ſic
per generation[...]ālem eſſe gratie / ⁊ cōſe
quēter glorie in futuro. Alia eſt pena perti
nēs ad vires inferiores ⁊ ad corpus. ſ. carē
tia rectitudinis viriū inferiorū: ⁊ paſſibili-
tas ⁊ mortalitas corporis. Et hec nō tollit
in baptiſmo: q: ſacramēta ſolū reſtituūt id
qō eſt neceſſitatis ad ſalutē: et nō id qō eſt
dignitatis. Sunt etiā medicamēta ſalutis
aīe ⁊ corporis. Sicut enī amittēs virgini-
tatē peccādo: per penitētie ſacramentū re-
ſtaurat ad gratiā que eſt neceſſaria ad ſalu
tē: ſed non ad id qō dignitatis eſt. ſ. ad inte
gritatē corporis. Sic in baptiſmo qō eſt ne
ceſſitatis ad ſalutē. ſ. rectitudo voluntatis
per gratiā reſtituit: ſed nō immortalitas ⁊
cetera que neceſſitatis nō ſunt. Sicut biga
mus de nouo baptizatus nō perdit irregu
laritatē: q̄uis reſtituat ad gratiā. Nec etiā
decuit ꝙ plus conferret reparatis q̄ꝫ repa
ratori / immo minus. Sed reparatorē opor
tuit eſſe mortalē ⁊ paſſibilē: qui mortē nō-
dū venerat reparare. Sicut tñ hi defectus
ſublati ſunt a chriſto in ſua reſurrectiōe: ſic
in ſcōo ſuo aduētu in generali oīm reſurre
ctione ab eodē auferētur. Hec Durā. ij. ſen.
diſt. xxxij. Ex quo patet q̄ꝫ grauis fuerit pri
mi hoīs caſus: quādo oportet filiū dei bis
in carne deſcēdere ad reparandū diſſipata.
In primo ad reparādum animā: que pars
erat principalior: ⁊ cui⁹ caſus periculoſior.
in ſcōo ad reparandum corpus. Poſſet etiā
hic exemplum adduci de fure ⁊ homicida:
qui per penitentiā reparantur ad gratiam
ſed eorū fama non propter hoc reſtituitur.
¶ Dicitur tertio ꝙ pene iſte remanēt in no
bis poſt baptiſmū propter multa. Primo:
vt vult Guilielmus Pariſieñ. ad humiliā-
dum nos. Nihil enim (vt dicit) magis ani-
mā humanam humiliat q̄ꝫ pene aſſidua vi
lificatio ⁊ contumelia: quas a parte carnis
patitur: rememorando illud quo homo cō
paratus eſt iumentis inſipientibus / et ſi-
milis factus eſt illis. vnde Alchuinus ait

P Originale peccatū De duplici pena originalis peccati

Durandus in 2º ſen.

O Originale. Quare pene iſte remanēt poſt baptiſmū

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



ꝙ terra propter hoc nobis germinat vitiſ-
cas ⁊ venenoſas herbas et ſpinas: vt ante
oculos ſemp̄ habeat homo originale crimē
et ſue con[d]itionis miſeriā.ſ.ꝙ ꝓpter eā ta
lia nociua creſcāt in terra. Augu.tñ dicit ꝙ
illa que ꝓducūtur a terra ad hoīs paſtum
cū laboribus ⁊ penis maximis ꝓducūtur:
vt cognoſcat ſe homo per peccatū non mo-
do brutis equalē ſed etiā inferiorē: qm̄ ter-
ra ſpōte gignit et ſine labore vtilia beſtijs/
et ſpōte nociua hoībus: [v]ix cū magno ſu
dore vtilia: ita vt magis videat terra bru-
tis famulari q̄z hoī. Scd̄o vt dicit Guilſ.
Pariſ. valent he pene ad incuſſionē terro-
ris et iaculoꝝ mortiferoꝝ tā ex parte corpo
ris in infirmitatibus q̄z ex parte aīe in mo
tibus: que oīa nō ſolū minantur ſeparatio
nē aīe a corpore: ſed etiā a deo: immo etiā il
le ſcintille libidinū minantur: nō ſolū ardo
rē libidinis in preſenti: ſed etiā ignis eterni
in futuro. Ideo etiā dn̄s cōtra hoc peccatū
pugnat igne et aqua. igne ſpūſſcti: et aqua
baptiſmi. Inde eſt ꝙ pene iſte ad memoriā
reducūt quis ſit adiutor in opportunitati-
bus et in tribulatione: q̄s ſit etiā illius pec
cati perſecutor: et cōſequēter alioꝝ peccato
rū maiorū: qm̄ ſi punit tam acerbe peccatū
originale in oēs hoīes: quō puniet morta-
le i quolibet qđ maius eſt originali? Ter-
tio valēt he pene ad prioꝝ ⁊ ſequētiū pecca
torū medicinā: et maxime libidinis. Ignis
em̄ arſuram digiti cōpeſcit et dolorē. Et ſi-
cut dicit Guilſ. Pariſ. de ſcorpione medici-
na ſit cōtra ipſius percuſſuram. Et de buſo
ne lapis extrahitur: qui cōtra venenū ipiꝰ
eſt ſaluberrima medicia. Et de dracone car
būculus nobiliſſimus in fronte exiſtēs: de
quo nō eſt dubiū quin valeat contra vene-
nū ipſius. Sic nō eſt dubiū quin carnis ſti
muli ⁊ pene valeāt ad extinguēdū venenū
peccati: ⁊ ad infirmoꝝ ⁊ infectoꝝ ſanitatē.
iuxta illud Roma. viij. De peccato dānauit
peccatū. Quarto valēt ad eruditionē no-
ſtrā. In cuius figura ſcribitur Iudicū. iij.
He ſunt gētes quas dn̄s dereliquit: vt eru
diret in eis Iſraelē: et poſtea diſcerent filij
eoꝝ certare cū hoſtibus: ⁊ habere conſuetu
dinē preliādi. Iſte gētes ſunt carnales mo
tus: qui in nobis ſunt ex corruptione natu-
re primoꝝ parētum. Roma. v. Per vnū ho
minē peccatū intrauit in mūdum. In iſtis
em̄ gētibus erudimur in duobus. In ipſis
em̄ agnoſcimus quid ſumus ex nobis. Se

cūdo quid ſumꝰ ex munere dei. Prima do-
ctrina quaſi prima lectio duas habet par-
tes. Nā ex nobis duo habemꝰ. Primo pro-
nitatē ad malū. Propter qđ Apl's dicebat
Roma. vij. Scio ꝙ non habitat in me. hoc
eſt in carne mea bonū: quia tota inclinatio
mea prona eſt ad malū. Scd̄o difficultatē
ad bonū. Roma. vij. Nō qđ volo bonū hoc
ago: ſed qđ odi malū illud facio. Ideo cla-
mabat illud Roma. vij. Infelix ego homo:
quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ?
Et ſeq̄tur conſolatoria reſpōſio. Gratia dei
per Ieſum chriſtum dn̄m noſtrū. Scd̄a do
ctrina duas etiā habet partes ſcḋm duo que
gratia in nobis operatur. Primū eſt ꝙ cō-
ſtituit nos ieſſe honeſtatis vite. j. Coꝝ. xv.
Gratia dei ſum id qđ ſum. Scd̄o nos indu
cit ad exercitiū bonorū operū. Ideo ſubdit
ibidē. Et gratia eius in me vacua non fuit.
¶ Dicitur quarto ꝙ q̄uis Adā ſatiſfecerit
ꝓ peccato ſuo ⁊ etiā chriſtus: nihilominus
poſt remiſſionē iſtiꝰ peccati adhuc manent
pene peccati. Hoc deducit Guilſ. Pariſ. per
exēplū. Nā benignus paterfamilias cū fi-
liū ſuū poſtq̄ cōſumpſit diuitias ſibi a pa
tre traditas reuertentē ad cor ⁊ penitētem
in priſtinā gratiā recepit: et penitentiā ⁊ ſa
tiſfactionē eius acceptauit: non imputat ei
vllo modo preteritam diſſipationē: verūta
mē diuitias nō ſtatim ei reſtituit: immo in
paupertate detinet ipſum: attēdēs ꝙ diui
tie ſibi fuerūt occaſio diſſipationis luxurio
ſe: et ita paupertas erit ei ad humiliationē
et cuſtodiā. Nemo enim auderet dicere ꝙ
paupertas iſta inſligatur in vindictā: etiā
ſi ille paterfamilias vſq̄ in milleſimā gene
rationē ſic ꝓtraheret. Sic pater miſericor
diarū vidēs corruptionē que in carne eſt et
ceteras penas neceſſarias eſſe ad cuſtodiā
et humiliationē filioꝝ ſuorū: ſeruat eam in
eis vſq̄ in vltimam generationē: nō vt in
vindictā vel plagā: ſed in medicinā ſaluber
rimā. Unde primus homo fuit in diuitijs
et delicijs paradiſi: ⁊ ibi ſtulte propter vnū
morſum cōſumpſit ⁊ diſſipauit hereditatē
ſuā: ideo in valle lachrymarū et pauperta-
tis cum filijs ſuis deiectus eſt: et ei collate
ſunt multe paupertates et tribulatiōes in
ſubſidiū. iuxta illud Pſ. Adiuuit pauperē
de inopia: et poſuit ſicut oues familias. i.
ſicut iumēta et beſtias terre. Iſtas quippe
miſerias immittēdo et inſligendo (vt dicit
Guilſ. Pariſ.) maxime parcit filijs Ade: q̄



ex ipſis non intendit percutere ſed ſanare.
Ade enim ⁊ Eue ſuperbie occaſio fuit felici
tas/⁊ ſtatus ⁊ ſublimitas i qua erāt. Ideo
ſtatuit deus pro medicina humiliationem
huius miſerie: vt cōtraria contrarijs curen
tur. Et hoc eſt qđ dicit Augu. Summa dei
ira eſt cum dn̄s hic parcit. Hic enim parcit
vt ineternum non parcat. hic non parcit vt
ineternum parcat. Et ita non portant filij
primorum parentum penam in vindictam
pro eis illatam: ſed potius in medicinam:
qua diſcant non imitari peccata parētum.
[R Mors corporalis. Quinq̄ rōnes quare mors corporalis non auferſ per baptiſmū]
¶ Unde Guil. Altiſſiođ. in. iiij. parte ſum-
me q̄nq̄ rationes aſſignat quare dn̄s non
aufe[rt] mortem corporalem per baptiſmū.
Prima eſt quam diximus ſcilꝫ humiliatio:
vt per miſeriam humilietur homo qui per
ſuperbiam cecidit. Quā cauſam ponit Iob
vj. dicēs. Sagitte dn̄i in me ſunt: quarum
indignatio ebibit ſpiritum meū. i. ſuperbiā
meam. Secunda eſt incuſſio terroris: vt ho
mo attendēs ſeueritatem virge dn̄i/a gla-
dio ſibi caueat. i. a pena inferni: que in infi-
nitum crudelior eſt. Uirga em̄ ſua percuſſit
dn̄s primos parentes: ⁊ neceſſitatem addi
dit moriēdi pro primo peccato: qua percuſ-
ſione percuſſum eſt totum genus humanū
vſq̄ ad finem mundi. Ideo ſequitur in au
ctoritate Iob allegata. Et terrores dn̄i mi-
litant contra me. Tertia cauſa eſt ſtimula-
tio: vt hoīem quaſi inuitum trahat dn̄s ad
ſe. Oſee. xj. In funiculis Ade traham eos
in vinculis charitatꝭ. Quarta: vt homo at-
tendens vite huius miſeriā conetur quere-
re meliorem. Unde primus homo creatus
eſt in cāpo Damaſceno: deinde ductꝰ in pa-
radiſum quaſi in meliorē terram: vt de hac
vita miſerabili tranſiremus ad meliorem.
Sed inde propter peccatū repulſus eſt: vt
cognoſcat homo nō nature eſſe vt ſit in pa
radiſo: ſed ſolius diuine gratie. Quinta eſt
ne hoīes magis appeterent baptizari pro-
pter vitam corporalem perpetuandam q̄
ꝓpter ſpūalem. ¶ Dicitur quinto ꝙ mors/
fames/⁊ cetera alia mala (dempta carnis
rebellione ⁊ concupiſcētia cōtra ſpiritum)
ſunt mala conſequētia conditionem natu-
re hoīs: que ei inheſiſſent: niſi obſtitiſſet ori
ginalis iuſtitia. Ideo quia Maria iuſtitiā
originalem non habuit: ꝓpterea illas affli
ctiones naturaliter ſuſtinuit. Quia vero re
bellio contra ſpiritū ex vitio nature corru-
pte procedit: ⁊ in ea non fuit natura corru-

pta: ideo nec fomes/nec concupiſcētia con-
tra ſpiritum in ipſa fuerunt.

¶ Sermo. v. de conceptione vi[r]ginis.
et in ordine. xxj. per thema.

Tota pulchra es [A Marie ꝯceptio]
amica mea: et macula nō eſt [In ꝯce-]
in te. Cant. iiij. Si verum ſit [ptione]
quod de Maria canit eccle- [Marie]
ſia ꝙ eſt templum dn̄i/ſacra [dedica-]
rium ſpiritus ſa[ncti]: eo ꝙ dn̄s eam corpo- [tum eſt]
raliter ⁊ ſpūaliter inhabitauit: ⁊ ſpūs ſan- [templū]
ctus in ea dn̄m Ieſum tāq̄ in ſacrario in- [corpo-]
duit pontificalibus veſtimentis: ſcꝫ huma- [ris ſui.]
nitatis noſtre in qua ſacrificium obtulit in
ara crucis. In quo etiā ſacrario poſite ſunt
precioſiſſime reliquie paradiſi: ſequitur ꝙ
Marie ſancta cōceptio ſit ipſius templi de
dicatio. Tunc em̄ ſanctificauit tabernaculū
ſuum altiſſimꝰ. Sed longe aliter dedicauit
q̄z faciant pōtifices moderni. Primo quia
moderni dedicāt ⁊ conſecrāt eccleſiā poſtq̄
fabricata eſt: hic autē ſimul fundauit eam/
et dedicauit/⁊ ſanctificauit. Secūdo: quia
conſecrato tēplo quodam ab aliquo ponti
fice iuxta ſibi delegatam poteſtatem cōfer
tur indulgentia populo. et quāto excellen-
tior: tanto ibi maior indulgentia reperitur.
Et quia tota trinitas fuit huius tēpli con-
ſecratrix: ideo vltra omniū preſulū poteſta-
tem in ea maxime conferūtur indulgentie.
Ad hoc ergo templum in ſue dedicationis
die rei criminis ſicut ad refugiū recurramꝰ
et vt indulgentiā ipſam percipiamus/ali-
quid de noſtro offeramus: cor ſcꝫ pium vna
cū ſalutatione angelica dicentes Aue.
¶ In matutino ſermone tractabimꝰ quod
ſupereſt de labe originali/qua omnes ſordi
damur. In ſermone pomeridiano de pulchri
tudine Marie ⁊ priuilegijs ſanctitatis eiꝰ:
quibꝰ tota pulchra facta eſt. Mane igitur
primo dicemꝰ infirmitates/miſerias/et in-
conuenientia q̄ nobis attulit originale pec-
catū. Scd̄o quō traducit in poſteros. Ter- [B Origi-]
tio cū manus ⁊ ora pomū vetitū tractaue- [nale.]
rūt/quare in mēbris verendis facta eſt pu [Sex in-]
nitio nō in illis? ¶ Ad primū đr ſcḋm Ariſt. [firmita-]
j. phyſicoꝝ. ꝙ vno incōueniēti dato multa [tes ex]
cōtingunt: ſic ꝙ ꝑ illud incōueniēs qđ acci [origina-]
dit primo parēti multa inconueniētia in ſua [li pctō]
poſteritate ſecuta ſunt ⁊ infirmitates. Pri [ꝓcedē-]
ma fuit error virtutis appetitiue: qua bona [tes.]
nobis male ſapiūt/⁊ mala bene: qua nobis

Universidad de Deusto Biblioteca



velut filij Iſrael ſapiunt allia: ⁊ pepones Egypti/⁊ manna celeſte faſtidimꝰ. Hac eñ febre peccati ita infectū eſt palatum cordis noſtri: vt oīa nociua dulcia nobis videanł: et ſaluti nr̄e vtilia amara iudicētur. q̄bꝰ ait Pſ. Filij hoīm vſqȝ quo graui corde: vt q̄d diligitis vanitatē ⁊ q̄ritis mendaciū. Sūt eñ graui corde q̄ ſic afficiunł. Nam pōdus aīe eſt amor eius: vt ſi amat terrena/amor trahit deorſum: ſi celeſtia ſurſum. Pondus rei valor eius. Ideo cū in[illegible]parabiliter ſint meliora eterna tpalibus/⁊ ſpūalia carnalibus: plus eis pōderāt ⁊ plus amāda ſunt. Et ſic cū in ſtatera cordis nr̄i tpalia eternis preponderāt: doloſa eſt ſtatera noſtra ⁊ mēdax. Dicimꝰ cōmuniter cū quis aliq̄d alio magis eſtimat: ꝙ illud plus alio pōderat. Inde pſ. Vani filij hoīm: mēdaces filij hominū in ſtateris: q̄bꝰ preponderāt terrena celeſtibꝰ. pſ. Factꝰ ſum ſicut nycticorax in domicilio: que odit lucē ⁊ diligit tenebras. Sic nos bonū odimus ⁊ diligimus malū.

E Cor. Quō cor noſtrū eſt ſtatera doloſa.

Secūda infirmitas fuit error intellectiue virtutis: qua bona iudicamꝰ mala ⁊ ecōuerſo. vt ptȝ in delicijs corporalibꝰ: in q̄bꝰ ducimus dies nr̄os: ⁊ delicias celeſtes ꝓ nihilo ducimꝰ/q̄ſi elōgati a ſtellis. ſicut corpa ſtellarū cū incredibilis ſint magnitudinis nobis paruiſſima videnł/imo nōnullis nihil eſſe videnł: vt ptȝ in Galatia vbi multe ſtelle nihil iudicātur. Sicut eñ catulus naſcił cecus: ſic ⁊ nos naſcimur ceci ⁊ ignorantes eoꝝ q̄ ſaluti noſtre cōueniunt: cognoſcētes ſatis facile q̄ nobis obſunt. Ideo paucos videmus ad cognitionē diuinoꝝ tēdere: fere oēs ad terrenorū cognitionē et acq̄ſitionē. Eſt eñ iam cōtra naturā ſuā depreſſus oculus intellectꝰ noſtri: vt ſemꝑ ad infima reſpiciat/⁊ nūq̄ ſurſum. iuxta illud pſ. Oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā. Tertia infirmitas eſt cōtinua guerra inter ſenſitiuā ⁊ rationalē partē. Nam ex eo die quo peccauit primꝰ parēs tā mirabiles inſurrexerūt hoſtes: vt eos oīno debellare nō poſſimus q̄n ſemper inſurgāt: licet eos arcere poſſimus ne nos cōprehendāt. Nō eñ pōt rex in regno ſuo ita iuſtitiā exercere/q̄n in nemore lateāt latrūculi: qui tñ eius timore egredi nō audēt. Pilos carnis radere poſſumus non eradicare. Sic primos motus compeſcere/nō ex toto euellere. In viſione Moyſi rubus ardebat ⁊ nō cōburebatur. Quia etiā ſi in mōte ꝑfectionis cōſtituatur homo/ita vt igniał igne diuino: nō tamen cōſumit ignis ille ſpinas: q: motus carnales adhuc permanent. Unde preceptum eſt Leui. xiiij. Pilos carnis ſue radere/nō euellere. i. prauos motꝰ carnis abijcere/licet ſit īpoſſibile penitus euellere. Non ſit ergo homo quantūcūqȝ ſpūalis ſecurus: nec de caſtitate preſumat: nec ūqȝ ſenſuū cuſtodiā paruipendat: q: per eos ingreditur hoſtis. Thren. iiij. Nō crediderūt reges terre ⁊ vniuerſi habitatores orbis: quoniā ingrederet hoſtis ꝑ portas Hieruſalē. ideo pſ. Nō eſt pax oſſibꝰ meis a facie peccatorū meorū. i. rationi ⁊ voluntati q̄ ſunt vires anime fortiores. He eñ concupiſcentie ⁊ motus [illegible]arū refricatio ⁊ memoria vſqȝ ad medullā cordis ⁊ oſſiū penetrāt. Uix eñ dediſcitur conſuetudo ⁊ delectatio peccati. Inde eſt ꝙ cōſuetudo egyptiaca ferculorū et cultuū: per q̄draginta annos vix potuit obliuiſci. Frenāda ꝓpterea eſt iſta caro. Iturus i preliū in equo oīno nō frenato facile capitur. Si bellū infra vnum regnū periculoſum eſt/⁊ magis infra ciuitatē. ⁊ magis adhuc infra domū: intolerabile videtur eſſe bellū quod infra hoīem ortū eſt quādo ipſemet aduerſus ſe conſurgit. Nec mirū vt qui bellū egit cōtra dn̄m ſuū: in ſe ſentiat rebellionem: et qui noluit dn̄m ſuperiorē i parua re cognoſcere: ſaltem cōfuſus ⁊ ignominia plenus/ipm querat ⁊ cognoſcat. iuxta illud pſ. Imple facies eorū ignominia: ⁊ querent nomē tuū dn̄e. Qui eñ volunt reos ignominioſe tractare: ſolēt mala excogitare ad eorū confuſionē: vt non ſtatim moriantur/ſed in dolore viuant. Inter que primū eſt. vt vbi q̄s nobiliꝰ gloriatus eſt/ibi ignobiliꝰ tractetł. Et ſi in ꝓpria domo prius delicijs abundauit: ⁊ in illa ⁊ de illa gloriatꝰ eſt: in illa ligetur ⁊ captiuetur: et ſiat ei carcer. Quod factū eſt in primo parente. Caro ꝓpria q̄ erat ei domus glorioſa ipſi in carcerem cōuerſa eſt. vnde Heſter. iiij. De ipſa domo Aman lignū ſublatum eſt: quo ſuſpēſus eſt. Carcer iſte tenebroſus eſt quātū ad caliginē rationis: ⁊ lutoſus propter corruptionē affectionis: vt iam ſatis dictū eſt in duabꝰ primis infirmitatibꝰ. Scd̄m eſt ꝙ in tāta angaria cōſtituitur angariatus: ꝙ cogitur propriū carcerē reparare ſumptibus ſuis: ⁊ propriū carcerariū paſcere. Eccli. xxix. Paſcet et potabit ingratos. Tertiū eſt ꝙ in ipſo carcere cōpeditur cōpedibus infirmita[illegible]is; de quibus viuēs expediri non pōt: que ſunt ſitis/fames/calor/frigus ⁊c. Pſ. Humiliauerūt in compedibus pedes eius. i. affectiones. Thren. iij. Circūedificauit me vt non egrediar. aggrauauit cōpedem meum: ita ꝙ ad bene operandū exire non valeo. Aggrauantur cōpedes quādo voluptas corruptioni: vel corruptioni pene corruptio culpe addił. Quartum eſt ꝙ in ipſo carcere beſtijs traditur ad deuorandū. i. beſtialibus motibꝰ. Quod ſignificatū eſt i Daniele: qui miſſus eſt in lacū leonum/ſed non tetigerunt eum q: aduerſus iuſtum incluſum in carcere carnis nō preualent beſtiales tētationes. Iob v. Beſtie terre pacifice erunt tibi: et ſcies ꝙ pacem habeat tabernaculū tuum. Heb. xj. Obturauerunt ora leonū. Non ſunt tamen quantūcūqȝ iuſti ſecuri: q̄diu ſunt cum beſtijs illis. ſicut nec ſecurus dormiret qui inter leones vel ſerpentes habitaret. Qd̄ ſentiens clamabat Dauid. Educ de carcere animā meā: vt cōfiteatur nomini tuo. Richardus de ſancto Uictore libro de contēplatione. Ex fonte originalis peccati modo ſordida titillatione caro inflāmatur: modo feda cogitatiōe animus ſordidatur. Et hec duo ſcȝ titillatio carnis ⁊ cogitatio cordis/figurantur in illis duabus catenis Petri: q̄bus vinctus ſtringebatur vt ſurgere non valeret: donec ruptꝭ vinculis diceret ei angelus magni conſilij. i. gratia ſurge velociter. hec Richar. Quintum eſt ꝙ in ipſo carcere ad maiorē penam cuſtoditur: ſicut quando rex cepit maleficum precipit eū ſeruari in cuſtodia carcerali: donec iudicauerit quid agendū. ⁊ quādoqȝ educitur ad patibulū: quandoqȝ de miſericordia educitur ad liberationem. Quod ſignificatur in pincerna ⁊ piſtore Pharaonis: quorū alter ad patibulū ductus eſt: alter ad regis obſequium. Sed Ioſeph cū illis erat innocēs: ſcȝ chriſtus in carcere corporis noſtri ſolus ſine culpa circūdatus infirmitate noſtra: ⁊ cū eo Maria virgo ex priuilegio. Quarta infirmitas eſt incuruatio ad ea q̄ infra nos ſunt: ⁊ declinatio ab his q̄ ſupra nos ſunt. Pſ. Miſer factus ſum ⁊ curuatꝰ ſum vſqȝ in finē. Adeo eñ inclinati ſumus ad ea q̄ carnis ⁊ mūdi ſunt: vt pene aliud nō cogitemus. Inde videmus q̄ difficile calefactibiles ſumus calore ſpūalis amoris ⁊ celeſtiū deſideriorū: ⁊ q̄ facile ardeamus ecōtrarijs. Nec mirū: quia ex concupiſcentia naſcimur omnes. et ita (vt videtur) mater noſtra eſt: et cum illa ſit aut debeat eſſe ancilla/naſcimur ſerui oēs: quia partus ſequitur ventrē: ⁊ per conſequēs non liberi/ſed ad inferio[illegible] depreſſi. A quo tamen excipitur dn̄s ſine cōcupiſcētia natus: ⁊ Maria ex priuilegio. Quinta infirmitas paralyſis eſt q̄ eſt corpis morbꝰ cum non habeat anima poteſtatē mouendi mēbra corporis. Et ſic vbi nō poteſt anima habere poteſtatē mouendi mēbra ſpiritualia/videł eſſe p[illegible]alyſis ſpiritualis. Quod manifeſtū eſt in nobis; quia non amamus deū quātum volumus vel cum volumus: vel prout volumus: immo videtur ꝙ ipſuȝ corpus totū regat ⁊ dirigat. Quod eñ corruptum eſt in parte: tendit ad corruptionē totiꝰ: vt patet in piſce ⁊ pomo. Sic corpus quod corrūpitur aggrauat animā: ⁊ ꝓpter hoc iſtud peccatū dicitur peccatū nature. Communiter dicunt hoīes peccaſſe naturā quando gignit homines ſenos digitos habentes in pedibus vel manibꝰ: aut gibboſos: aut alijs deformitatibus mōſtruoſos. Sic iſtud dicitur nature peccatum: quia gignit incuruatos quos debuit gignere rectos: et beſtiales/quos debuit gignere natura ſpirituales. Licet enim homo ex parte corporis proximior ſit terre q̄ celo: ex parte tamē anime quodāmodo celeſtis eſt et celo proximior ad quod tēdere debet. Eſt enim homo magis celeſtis q̄ terrenus: q: ab illo magis denominatur res quod eſt in ipō optimū ⁊ fortiſſimum. Anima autē fortior eſt corpore quod ꝓpter ipſam creatum eſt.

D Sēſus Prios motus repme repoſſumus: et nō omino extiguere.

E Carcer. Quō miſerabiliter incarceratꝰ ſit in corpore ſuo.

Sexta infirmitas eſt paupertas ⁊ inopia in quā decidit. Alienauit enim primus parens a ſe gratiam: ⁊ precio peccati ſeipſum vendidit et omnē poſteritatem ſuā. Et hoc ideo: quia cuius eſt labor eius eſt fructus. Cum ergo tota poſteritas Ade fructꝰ eſſet velut arboris: eo vendito tota poſteritas eius vēdita eſt ⁊ alienata a bono: quod deplorabat apoſtolus ad Romanos. vij. Ego (inquit) carnalis homo venumdatus ſum ſub peccato: id eſt precio male voluntatis Ade ſubditus peccato: id eſt concupiſcentie ex qua oriuntur omnia peccata. Quicquid enim pctōꝝ eſt in dictis/factis/et cogitationibꝰ: a mala ꝯcupiſcētia eſt. Ideo miſerabiliter venūdatꝰ hō clamat ad refugiū dei dicēs. Uendiderunt ppl̄m tuū ſine precio: ſcȝ Adā ⁊ Eua: ⁊ nō fuit multitudo in cōmutationibꝰ eoꝝ: q: illi duo ſoli oē genus hūanū

Universidad de Deusto Biblioteca

vēdiderūt. Et qꝛ hec duplex cauſa male vē-
ditionis aſſignatur.ſ.defect⁹ iuſti precij vl
tra medietatē:et ꝙ hoc ſine cōſilio actū eſt:
ideo dum nō erat qui redimeret:vt alienatam
hereditatē reuocaret et repararet:noſtrā humanitatem aſſumpſit dn̄s:vt frater
noſter ⁊ ꝓpinquus iure propinquitatis eā
ſibi vēdicaret:qui factus eſt in aīam viuentē/ ſicut nos in mortuā. Et ita plenus erat
homo miſerijs vt diceret Job.ix.c. Factus
ſum mihimetipſi grauis meipſum portare nō poſſum. ¶ Secūdo querebatur vtrū

F Origi-nale. Quō ori-gina-le a pa-rentib⁹ traduci tur ī po ſteros.

originale peccatū a parētibus traducatur
in poſteros? Et videtur ꝙ non:argumento
Juliani heretici:quia nuptie ſunt honorabiles et bone:ergo nihil ex eis coitur et generatur mali. Itē parētes per baptiſmum
mundati ſunt ab originali pctō:quomodo
igitur per ipos traducitur in poſteros? Ad
hoc reſpōdetur. Prima propoſitio. ſm Alexādrū de Hall.j.par.ex patre ⁊ matre non
peccatoribus naſcitur puer peccator. Probat hoc a ſimili. Nā de grano ſeminato puro oritur granū cū palea: ⁊ de actiuis verarum arboꝝ naſcūtur ſylueſtres ⁊ acerbe arbores in fructu. Itē Augu.ex circūciſis generatur preputiatus. Poſt tamen ablationē peccati originalis nunꝗ̄ vltra reuertit:
ſicut nec preputiū aut palea poſt ablationē redit. Scđa ꝓpoſitio. Dato ꝙ nuptie
ſint bone: nō tn̄ ſequitur quin ex eis aliqd
mali/per accidēs oriatur:ſicut nec ſequitur
ꝙ ꝗuis āgeli ſint boni: ꝙ nihil ex eis oriatur mali: et ſi granū ſit purū/ꝙ nihil ex eo
oriatur palee. Unde Augu.de nuptijs ⁊ cōcupiſcētijs lib. j. Nuptiarū bonū malo originali nō poteſt accuſari:ſicut adulteroꝝ ⁊
fornicatoꝝ malū bono naturali quod inde
trahitur nō poteſt excuſari. Sicut em̄ peccatū ſiue hinc ſiue inde trahatur a paruulis opus eſt diaboli:ſic homo ſiue hinc ſiue
inde naſcatur op⁹ eſt dei. Hec Auguſtin⁹.

Tertia ꝓpoſitio. A parentibus per concupiſcētiā ⁊ emiſſionē ſeminis traducitur originale in poſteros:nō propter eoꝝ peccata
particularia:ſed propter tranſgreſſionē primā. Probat Alexāder de Hal.parte.ij. Nā
cum propter peccatū Gièzi dictū ſit. Lepra
Naaman adherebit tibi et ſemini tuo vſqꝫ
in ſempiternū:ergo ꝓpter peccatū Ade qđ
fuit multo maius non eſt mirabile ſi lepra
infectionis eius adheſit ſibi et ſemini ſuo
vſqꝫ in ſeculū. Et ſi queratur a quo cauſatur iſta infectio originalis peccati? videtur
ꝙ nō a corpore: qꝛ lux corporalis attingēs
ſordes corporales propter ſui mūditiā nullā contrahit feditatē: igitur cū aīa rationalis incomparabiliter ſimplicior ſit ⁊ purior
luce corporali: ⁊ que immediate a deo producta eſt.iuxta illud Ps. Qui finxit ſigillatim corda eoꝝ:ſequitur ꝙ per contactū corporalē nullā cōtrahit maculā. Ad hoc dicitur ſm Duran.ij. diſt. xxxj. q.j. ꝙ modus
traductionis originalis eſt iſte. Cū em̄ natura nihil agat vltra ſpeciē ſuā:deficiens a
dono qđ ei gratis impēſum erat:nō poteſt
alteri cōmunicare donū quo caret:et qđ ſupra naturā ei collatū fuerat:ſed ſolū cōmunicat qđ ad naturā pertinet corruptā ⁊ infectam cū carētia doni ſupernaturaliter toti nature collati.ſ.rebellionē ⁊ concupiſcentiā malā. Unde Augu.contra Pelagianos
et Celeſtianos. Qualis terren⁹/tales ⁊ terreni: ⁊ hoc nō niſi per ſeminis ſparſionem.
Semen em̄ vitiatū erat et maledictum ab
initio: quia maledicta terra in opere tuo.i.
in opere generationis ſemē. Hec Auguſti.
Qr autem hoc potuerit ex carne vel ſemine
traduci:varijs ſimilitudinib⁹ oſtēdit Guil.
Pariſ.lib.de virtutibus. par.iij. Primo qꝛ
a diuitijs que tā longe ſunt ab aīabus noſtris peruenit ad eas corruptio auaritie et
ſuperbie:quanto forti⁹ ab ipſis corporibus
paſſiones quales inferre pn̄t corpora eiſdē
adherebūt? Scđo dicit Galenus in lib. de
elemētis:vt allegat doctor iſte: ꝙ phlegmatica cōplexio nullā aīe virtutē iuuat:ita vt
eam brutalē faciat:quare hoc nō faciet corpulētia noſtra propinquior: vt obtenebret
aīam a cognitione ⁊ rectitudine ſua. Dixit
etiā alibi ꝙ mala cōplexio ſtimulat aīam:
et hoc manifeſtū eſt ad ſenſum. Uidemus
em̄ cholericos iracūdos ⁊ impatiētes: melācholicos triſtes:ſanguineos ad gaudiū/
riſus ⁊ vanitates leues. Si ergo credit medicis:manifeſtum eſt corpora humana per
malas cōplexiones ſuas ⁊ alias diſpoſitiones īnumerabiles aīas humanas obtenebrare ⁊ inficere: quanto magis per naturā
ſuam que interior eſt corpori ꝗ̄ ſua cōplexio? Manifeſtum eſt etiā illud ex ſeparatione corpoꝝ:ſicut apparet in extaſi vel raptu
aīas cōfortari ⁊ dirigi:⁊ eas poſſe que non
poſſunt in cōiunctione cōtraria:⁊ manifeſtū eſt eas debilitari et incuruari ex coniunctione corpoꝝ. Hec Guil. Nec eſt intelligen-



dum ꝙ peccatū patris vel matris tranſeat
in filios:ſed ſolū ſimile cauſatur. Unde Auguſt. Tranſeunt que ſunt in aliquo ſicut in
ſubiecto:ſed afficiēdo non emigrādo:velut
Ethiopes/q̄ qꝛ nigri ſunt: nigros gignunt
nō ſuum colorem tranſferentes:ſed ſui corporis qualitate corpus quod de illis gignitur afficientes. Et ſtatim ſequitur. Colores
virgarum quas variauit Jacob afficiendo
tranſierūt in animas pecoꝝ matrum: atqꝫ
inde eadem affectione tranſeūdo apparuerunt in corpora filioꝝ. Tale vero aliquid in
fetibus humanis poſſe contingere Solin⁹
medicine auctor ſcribit et exemplo confirmat. Dionyſium enim narrat eo ꝙ ipe deformis eſſet:nec tales filios habere vellet:
vxori ſue in concubitu formoſam ſolere picturā proponere:cuius pulchritudinē concupiſcendo quodāmodo raperet:⁊ in prolē
quā concipiebat afficiendo tranſmitteret.
Hec Augu. Ex q̄bus manifeſte apparet exteriora agere in animā: et poſſe tranſmutare fetus interiores: quanto magis ea que
ſunt in corpore anime coniuncto. Nec eſt ſimile de luce corporali: vt vult Alexāder de
Hall. Nam lux corporalis cū re feda quam
cōtingit nō ita coniungitur vt ex illis duobus fiat vnū ſm ſubſtātiam:quorum alterū ex altero īficiatur. Ex quo patet ꝙ iſtud
peccatū neceſſario contrahitur cum infunditur aīa. Unde ꝓpter hoc appellatur hoc

G Origi-nale. Quō iſtud vi tiū mul tis noi-bus no minat.

vitium multis nominibus. Uocatur enim
vitium nature:quia totam naturam ex ſemine Ade modo naturali procedentē (niſi
ex ſpeciali priuilegio) vitiat ⁊ inficit. Secūdo vocatur peccatum originale:quia in origine cuiuſlibet hoc vitium primū eſt: et ſimul oriente natura oritur. Tertio vocatur
peccatū hereditarium:quia cum hereditate patris noſtri Adā tāꝗ̄ hypotheca poſſidetur:et ſemper ipm poſſidemus:et ſi non
culpā:tamen penā et ſequelas eius. Quarto vocatur peccatū neceſſariū: quia neceſſitate non voluntate trahitur. Inde orabat
Dauid. De neceſſitatibus meis erue me.id
eſt de peccato et peccati ſequelis neceſſario
contractis. Propter quod gratias agebat
ſperans de ereptione per chriſtum cum dixit. Saluaſti de neceſſitatibus aīam meā.
Uulgo dici ſolet. Qđ noua teſta capit inueterata ſapit. Adam vero adhuc exiſtēs noua teſta humane nature infectus eſt. Non
eſt ergo mirum ſi inueterati ⁊ induti pellē
veterem ipſius Ade illā ſentiāt infectionē.

H Origi-nale. Quare non eſt vindicatū in tactu/guſtu/⁊ vi ſu/ſicut in mem bris generatio nis.

¶ Tertio querebatur cū manus et ora pomum vetitū contrectauerint: quare vindicatum eſt in membris verendis: cum tamē
pars illa ad hoc nihil videatur egiſſe? Reſpondet ad hoc Guil. Pariſieñ. Primo ꝙ
vis guſtabilis et eius vſus ad conſeruationē vite reſeruatus eſt. Et propter hoc vſus
eius moderatus non habet culpam:igitur
nec penam. Uſus vero virtutis generatiue
nō habet illam neceſſitatem. Propter hoc
vſus eius totus a primo motu vſqꝫ ad vltimū culpabilis eſt: niſi matrimonij ſacramento excuſetur. Ideo potius in illa parte
vindicatū eſt qua minime licet vti ꝗ̄ in illa que neceſſaria eſt. Scđo dicit Guil. Pariſieñ. ꝙ magis in partem generatiuā vindicatum eſt:vt iuſtitia dei euidens fieret:⁊
illi peccato retributio cōgruētiſſima:vt videlicet per mulierem torqueatur ſcđm vim
generatiuā: qui per mulierē peccauit:⁊ ab
ea patiatur ardores concupiſcētiarū acerrimos:quā neglecto dei mādato noluit contriſtare. Similiter et ab ea p̄matur hac ſeruitute turpiſſima:cui regendo ac corrigēdo
noluit ab initio ſanctiſſime dominari:⁊ vt
eā ſequatur et poſt eā abeat turpiſſima vrgente concupiſcētia:quā poſt ſe trahere ad
deum debuit:⁊ a ſuggeſtione retrahere ſerpentina. Secundā rationē aſſignat:vt per
generationem peccatū iſtud tranſiſſe a primis parentibus reminiſcētes:recognoſcamus nos filios ire eē natos:⁊ recognoſcēdo gratiā redemptionis et regenerationis
ſemper illud in corde habeam⁹. Unde Hugo de ſancto Uictore lib.de ſapiētia. parte
viij.c.vlti. Quia in hoc membro per qđ humana propagatio trāſit ſignum inobediētie poſitum eſt:cunctis per illud trāſeuntibus manifeſte oſtenſum eſt:qm̄ cum culpa
inobedientie generātur. Ut em̄ in hoc ipſo
titulo qui in portis inſcriptus eſt per quas
trāſeunt:agnoſcunt vnde veniant aut quo
vadāt. Aliā tamē ſolutionē dat Guil. Pariſieñ. ꝙ etiā omnes alie vires infecte ſunt
et punite. Nā vis guſtabilis ſic punita eſt:
vt ſm illā homo fame et ſiti crucietur: vis
tactiua frigido et calido et ceteris qualitatibus et infirmitatibus: vis odoratus feriditate cōtinuo deſcendēte a cerebro per nares. Similiter prurigio vitium eſt in auribus dicente apoſtolo.ij. Timo.iiij. Coaceruabūt ſibi magiſtros prurientes auribus.i.

Universidad de Deusto Biblioteca



ſcalpentes. Eſt em̄ pruritus in auribus ſe⸗
piſſime prouenie͂s (vt dicit Guil.) ex illa le
pra originalis peccati. Similiter in oculis
co͂cupiſce͂tia: propter quos crebro nomina
tur co͂cupiſcentia oculoꝝ.ij. Pet.ij. Haben
tes oculos plenos adulterijs ꝛ inſanabilis
delicti.i.originalis. Unde Augu. No͂ dicas
tis vos habere animos pudicos: cum ocu⸗
los habeatis impudicos. Impudicus em̄
oculus impudici cordis eſt nunti⁹. Hinc de
hac oculorū concupiſcentia recitat liber de
oculo morali/ ꝙ fuit queſtio mota in men⸗
ſa cuiuſdam prelati: cuius erat concupiſce͂⸗
tia ſumptuoſior an oculoꝝ an ventris? Re
ſponſum fuit ab omnibus ꝙ ve͂tris. iuxta
illud Eccli.xvj. Omnis labor homi͂s in ore
eius. Sed quidā philoſophus preſens ſup
hoc interrogatus. Sentio (inquit) ꝙ oculi
plus co͂ſtant ꝙ̄ me͂brū quodcūꝗ aliud cor
poris: quia ſex ſunt que diuitib⁹ ſumpt⁹ ni
mios afferunt.ſ. precioſitas veſtiū/ equoꝝ/
edificioꝝ/ liberoꝝ/ cibarioꝝ/ vaſoꝝ aureoꝝ
et argenteoꝝ. Superfluitas aute͂ omnium
iſtoꝝ ad nihil aliud inue͂ta eſt: niſi ad paſce͂
dum proprios oculos: et quod mirabilius
eſt alienos. Unde Seneca. Non fames ma
gis nobis ſed ambitio conſtat. Et ide͂ libro
de moribus. Iam no͂ ſunt homines ad ra⸗
pinam dentibus et ventre contenti: oculis
quoꝗ guloſi ſunt. Ita em̄ bene veſtiretur
ho͂ veſte de ſcarleto Aruernie: ſicut de ſcar
leto ſancti Marcelli: niſi eſſet paſtus ocu⸗
loꝝ: et ita co͂te͂ti eſſent paruis edibus ſicut
magnis: et aſinis ſicut mulis: niſi eſſet pa⸗
ſtura oculorum. Ad hoc recitat Helinādus
exe͂plū de Guilielmo rege Anglie filio Gui
lielmi regis et ducis Northmānoꝝ: qui dū
veſtiret caligas nouas: et ipſi de precio ea⸗
rum petenti reſponſum eſſet ꝙ quindecim
ſolidos conſtitiſſent. Reſpondit dice͂ti ſibi
iratus. Fili mulieris vltro rapie͂tis virum:
cur non emiſti de vna marca argenti. Iſte
parui valoris no͂ ſunt digne regia maieſta
te. Quo dicto seque͂ti die allate ſunt ſibi ca
lige paris precij.ſ. quindecim ſolidorū: cui
cum diceretur ꝙ eſſent precij vnius marce
argenti. Reſpondit: tales calige decent re⸗
gem. Et ſic indifferenter calciabat ꝛ veſtie⸗
bat veſtime͂ta: dūmodo dicerentur eſſe ma
gni precij. Talis em̄ magis oculis delecta⸗
batur in precio. Ex his patet ꝙ nihil corpo
ris fuit quod non maculauerit lepra origi⸗
nalis peccati: maxime tame͂ membra gene⸗

I
Co͂cupi
ſcentia.
Quo͂ vi
ſus iter
oe͂s ſen
ſus eſt
ſūptuo
ſior.

rationis: quod patet ex indecentibus moti
bus: qui velimus nolimus nobis accidunt.
Secūdo ex hoc ꝙ primi pare͂tes poſt mor⸗
ſum vetitum cucurrerunt ad folia ficus ad
cooperienda pudibunda ſua: que tunc quā
dam rebellionem inferebāt. Erāt em̄ prius
veſtiti pulchritudine ſua: ſicut ſol vel liliū
ſua luce vel formoſitate. Tūc vero in ſignū
furti probroſa veſtime͂ta acceperunt. Ideo
qui de veſtimentis in ſuperbiam attollun⸗
tur: ide͂ eſt ac ſi fur de aduſtione cauterij ſi⸗
bi facta propter furtum glorietur. Eccleſiaſ
tici.xj. In veſtitu ne glorieris vnꝙ̄. Uti⸗
lior enim eſt in conflictu lorica ferrea ꝙ̄ ſto
la linea vel veſtis purpurea: licet oneri ſit il
la: hec honori.

¶ Sermo.xxij. in ordine. et.vj. de co͂ce
ptione per thema immediate p̄cede͂s.

SI nos velimus
loqui de tota pulchra ꝛ ſan
ctificata: oportet nos a no⸗
biſipſis omne peccatū expel
lere: quia Eccli.xv. Non eſt
ſpecioſa laus in ore peccatoris. Sed timen
dum eſt ne ſimiles ſimus cornici: que ſe ſe⸗
pe balneat: nec propter hoc albior efficitur.
Sic ad dei verbū audiendū plures concur
runt: quod eo predicatur: vt anima a ſordi
bus peccatoꝝ lauetur ꝛ fiat place͂s deo: ſed
recedunt ita nigri ſicut ante: et aſſimilātur
his de quibus dicit Ariſtoteles: ꝙ audiūt
diligenter medicos: ſed nihil inde co͂ſilij eo
rum faciunt. Nos autem no͂ ſic: ſed cū Pſ.
dicemus deo. In multitudine miſericordie
tue introibo in domum tuam.i. ibo ad do⸗
mū tuā.ſ. Mariā in multitudine miſericor
die ſue: vt ea mediante lauer a pctīs meis:
dicatꝗ noſtrū quilibet. Dn̄e dilexi decore͂
domus tue.i. audire loqui de decore/ puri⸗
tate/ ꝛ pulchritudine domus tue. No͂ ſicut
illi qui inquinant ſacrariū ſpirituſſancti di
centes eam eſſe in originali concepta͂: et lo⸗
cum habitationis glorie tue. id eſt filij tui
qui eſt gloria tua. Prouer.x. Gloria patris
filius ſapiens. Ideo ſequitur. Non perdas
cum impijs deus animā meā: qui ſcꝫ men⸗
tiuntur eam eſſe in originali co͂ceptam. Ut
ergo poſſim⁹ aliquid dicere pauperes ſen⸗
ſu ꝛ intellectu: ad hoſpitale dei recurram⁹:
vt ibi nobis de alime͂to ꝓuideatur: ad vir⸗
ginem ſcꝫ Mariam dicentes Aue.

A
Maria
Quō la
qui peſ
ſim⁹ de
pulchri
tudine
Marie



¶ Sed queri poſſet quare quotidie fit ſer⸗
uitiū de beata virgine et no͂ de ceteris ſan⸗
ctis: cū tamen in vita ſua no͂ legatur feciſſe
aliquod miraculum ſicut fecerūt ſancti ad
noſtrum adiutoriū. Cum etiam ceteri ſan⸗
cti ſint ſicut et illa adiutores noſtri?
¶ Reſpōſio ꝙ multiplex pōt aſſignari cau
ſa. Prima eſt: quia ab ea quotidie cognoſci
mus habere pane͂ noſtrū quotidianū dn̄m
Ieſum: que͂ ſm̄ eccleſie repreſentatione͂ in
imaginibus tenet in manibus vt nobis eū
miniſtret. Non ſic habemus ab alijs ſctīs.
Ideo q: quotidie eſurimus: et illo pane in⸗
digemus: ad eā quotidie recurrimus/ gra⸗
tiarum actiones pro alimento redde͂do: ſer
uitium proprium de ea/ non de alijs agen⸗
do. Secundā ratione͂ tangit Bonauen.iij.
ſen. diſt.iij. in expoſitione textus dicens ꝙ
hoc procedit ex fidelium deuotione. Nā ſpi
rituſſanctus inhabitās fideliū corda deuo
tionem ipſorum magis erga eam inflāmat
ꝙ̄ erga alios ſanctos. Quod multipliciter
patet. Primo ex multiplicibus eccleſijs in
eius memoriā co͂ſecratis. Per vniuerſalem
eccleſiā de nullo ſancto vel ſancta tot inue⸗
niuntur eccleſie fundate ſicut de beata vir⸗
gine: nec ita bene dotate optimis prebe͂⸗
dis. In ſignū ꝙ eſt mediatrix ad intercede͂
dum pro prebendis paradiſi. Fundatores
enim eccleſiarum ita dotauerūt eas: vt pro
huiuſmodi dare͂tur p̄bende paradiſi: iuxta
illud chriſti. Date et dabitur vobis. Scd̄m
ſignū eſt multitudo peregrinationum: que
quotidie fiunt ob eius reuere͂tiam.ij. Ma⸗
chab.j. Et tempus affuit ꝙ ſol refulſit qui
prius erat in nubilo accenſus eſt ignis ma
gnus: ita vt oe͂s mirare͂tur. Sol iſte Ma⸗
ria eſt qui ꝙ̄diu fuit in via/ fuit quaſi ſub
quodā nubilo: quia nec legitur tūc miracu⸗
lis claruiſſe. Sed ex quo a filio ſuo clarifi⸗
cata eſt poſt aſſumptione͂ ſuā: feruor in eā
deuotionis eſt accenſus: ita vt ſub feruore
iſto ſicut ad igne͂ perdices pingues/ capiū⸗
tur pingues oblationes. Tertium ſignum
eſt ex multitudine ſole͂nitatum que fiūt in
eius memoriā plus ꝙ̄ de quibuſcūꝗ alijs
ſanctis. Quinꝗ em̄ ſole͂nitates eius com⸗
muniter recipit eccleſia: licet nuper non niſi
quatuor. Hanc em̄ plus ꝙ̄ per duce͂tos an
nos non recepit eccleſia. In quo notari de⸗
bet ꝙ no͂ ſunt faciliter recipie͂de alie ſole͂ni
tates: q: ꝓpter tales antique minus habe͂
tur in reuerentia. Scriptū eſt enim Leuit.

B
Maria
Quare
fit ſerui
tiū de
btā ma
ria q̄ti⸗
die/ no͂
de alijs
ſctīs.

xxvj. Nouis ſuperuenie͂tibus vetera proij
cietis. Nec tn̄ iſtas nouas adinue͂tiones re
probo aut approbo. No͂ em̄ ſatis eſt lauda
bilis que laudabilis eſt nimis: per quā q̄c⸗
quid boni habemus poſſidemus. Ideo vi⸗
de͂s mater eccleſia ꝙ multū ei debem⁹ non
ſatis fuit de ea celebrare quatuor feſtiuita⸗
tes: niſi ꝛ ſuperaddent quintā.ſ. hodiernā.
Nimiū em̄ pauperes ſumus: ꝛ vix ad qua⸗
tuor termios de ce͂ſu ſibi debito ſatiſfacere
poſſumus. Eſt enim eius natiuitas pro te͂po
re autūni: eius purificatio ꝓ hyemali: ei⁹
annūtiatio ꝓ verno te͂pore: aſſumptio pro
eſtiuo. Ideo quintū terminū ſupaddidit in
hyeme ad ſolue͂dū qd̄ ſupereſt pro poſſibi⸗
litate noſtra. Tertia ratio pōt ſupaddi que
hiſtorialis eſt. Nā Tartari inuaſerunt ter⸗
ras chriſtianoꝝ: maxime Poloniā/ Unga⸗
riam/ Rutenā/ et vicinas regiones in tan
ta multitudine vt cum vno die occiſi eſſent
eoꝝ triginta milia: ſequenti die apparebāt
bellaturi quadraginta vel q̄nquaginta mi
lia. Ideo eccleſia apud Clarūmonte͂ co͂gre⸗
gata in generali ſynodo decreuit: vt ſingu⸗
lis diebus diceretur ſeruitium beate virgi
nis Marie: vt ſtrage͂ illā et cladem belloꝝ
pacificare dignaretur: qd̄ ꝛ fecit. Nam Tar
taris inter ſe diuiſis ad ſua loca ſtatim re⸗
meauerūt. Sic ergo propter adiutoriū im⸗
pe͂ſum eccleſie: eccleſiā ſeruitium quotidia⸗
num in eius decorem celebrat. De qua ipſa
canit. Tota pulchra es amica mea: et macu
la no͂ eſt in te. ¶ In hoc autem ſermone di⸗
cemus de pulchritudine Marie intus et
extra iuxta thema ꝓpoſitum: extra in cor⸗
pore: intus in aīa. Sit igitur prima propo⸗
ſitio. Maria inter omnes mulieres fuit
corpore pulcherrima. Patet Canticoꝝ.iiij.
Quo abijt dilect⁹ tuus o pulcherrima mu
lierum. Secundo hoc ratione patet: quia
Deuteronomij.xxxij. Dei perfecta ſunt ope
ra. Sed deus principaliter fundauit corp⁹
eius: iuxta illud Pſal. Homo natus eſt in
ea: et ipſe ſcilicet qui natus eſt fundauit eā
altiſſimus. Congruum igitur erat vt for⸗
moſiſſimum opus faceret. Secūdo quia fi
lius aſſimilatur patri vel matri: chriſt⁹ au⸗
tem matrem habuit in terris no͂ patre͂: igi
tur debebat aſſimilari: ſed ipſe fuit ſpecio⸗
ſus forma pre filijs hominū: igitur et illa
ſpecioſa pre filiabus hominū. Tertio quia
virtutes eius ex huiuſmodi erant homini⸗
bus acceptabiliores. Poeta. Gratior e͂ pul⸗

C
Conce⸗
ptio.
Conce⸗
ptio iſti
tuta eſt
tāꝙ̄ q̄n
tus ter
minus
ad dei i
tum ho
noris
Marie
perſol⸗
uendū.

D
Maria
Maria
fuit ſū⸗
me pul
chra in
corpe.

Universidad de Deusto Biblioteca

chro veniens in corpore virtus. Et Ariſto.
Ethico.j. Nō oīno felix eſt qui ſpecie turpiſ-
ſim⁹ eſt: maxime ergo felix mulier fuit cor-
pore pulcherrima. Et ſi dicatur ꝙ talis pul
chritudo eſt vana ⁊ periculoſa: q: Prouer.
vlti. Fallax gratia ⁊ vana eſt pulchritudo:
non ergo debuit eſſe ſpecioſa. Reſpōdetur
ꝙ ſicut de Judith dr̄ Judith.x. Oīs hec
pulchritudo non ex libidine ſed ex virtute
pēdebat. Et ꝙ ita ſit huic pulchritudini ad
iuncta eſt virtus mirabilis: vt etiā teſtimo
nio Judeorū oēs eā videntes quātacūqꝫ
libidine inflāmarent ſtatim infrigidabant
ceſſabatqꝫ libido: nec vnqꝫ ab aliquo male
dicitur concupita. Taliter eñ fuit hec pul-
chritudo compenſata et talis tēperantie et
harmonie naturalis ꝙ nō cōmouebat aſpi
cientes ad diſſolutā delectationē: ſꝫ potius
ad caſtitatē et deuotionē vt dictū eſt prius
ex Bonauētura. Qr aūt cōgruū fuerit vt ei
donaret deus talem qualitatē probari pōt
multipliciter. Primo q: multum vellet ama
tor feruēs ⁊ zelotypus ꝙ nemo concupiſce-
ret amicam ſuam: ſed chriſtus fuit zelotes.
Exo.x. Ego dñs zelotes: et amator Marie
iuxta illud Ps̄. Et concupiſcet rex decorem
tuū. Probabile igitur eſt ꝙ dederit ei deus
talē prerogatiuā. Secundo ad illud arguit
de Gerſonno: q: ſm Ariſto. natura ita phy
ſionomiam principū virtuoſorū diſpoſuit:
ꝙ aſpicientes ſe cōmouet ad tremorem et
reuerētiam: vt experientia docet: ſicut ⁊ leo
nis reſpectus terribilis eſt. ergo ſimiliter
cōgruum eſt ꝙ Maria habuerit faciem cō
mouētem ad caſtitatē et tēperantiam. Uñ
⁊ phyſionomia Chriſti talis erat ꝙ in ea re
lucebat exemplar omniū virtutum. Malis
appebat terribilis et auctoritate plena: ita
vt cōmoueret ad bonū tremorem: vt appa-
ruit in die ramiſpalmarū: qñ a tēplo eiecit
maximā vendentiū multitudinē. Nam ſm
Viero. ex eius facie videbatur fulgor exire
terrēs eos. Sic et eodem tēpore filij Iſrael
eum adorauerūt tanqꝫ eorū regē. Sic etiā
quando apparuit quaſi furioſus propter
feruorem maximum quem habebat in ſer-
uādo ſui patris honorem inter Judeos qui
eum blaſphemabant. Et ibi maxime inue-
hit in eos qui patienter audiunt iniurias
dei aut eas dicere non permittunt quaſi
non curando: et ſuas iniurias et ſeruorum
ſuorum acriter vindicare volunt. Bonis au
tem phyſionomia Chriſti videbatur pla-

*E — Maria. Marie pulchritudo in aſpiciētib⁹ eā oēm libidines auferebat probatur multipliciter.*

cens ⁊ amica: ⁊ ad hoc inuitabat eos dicēs
Matthei.xj. Diſcite a me quia mitis ſum
et humilis corde. Sic et dicere poſſumus
phyſionomiā Marie commouere ad oēm
caſtitatem: omnē lubricam cogitationē ex-
tinguendo. Tertio legimus Exodi. xxxiiij.
quando Moyſes locutus eſt deo ꝙ facies
ſua reſplēdebat: multū quidem et ſanctum
timorem in aſpicientibus generans. Qua-
re igitur facies Marie non poterat genera
re talem ſanctum timorem contra turpem
cogitationē: cui non ſolum deus aſſiduo lo
cutus eſt: immo intra ipſum habitauit: im-
mo plus videtur dicere Gloſſa ordinaria ſu
per illud Matthei.j. Et non cognouit eam
Joſeph donec peperit ⁊c. ꝙ ita relucebat
vultus eius dū erat a ſpiritu ſancto impre
gnata: ꝙ non poterat in eam Joſeph aſpi-
cere: ⁊ illud allegat in quodam argumento
ſanctus Thomas in.iij. ſenten. in materia
de transfiguratione. et magiſter Joannes
de Gerſonno in ſua Joſephina. Non mirū
ſi ſic vultus eius relucebat: que in vētre ſo-
lem gerebat. Nil igitur mirum ſi illam vir-
tutē prius in ſe habuit. Quarto: q: in operi
bus nature videmus ꝙ baſiliſcus ſuo ſolo
reſpectu hominē occidit: igitur Maria ſo-
lo reſpectu ſuo virus peccati ⁊ libidinis nō
occidet. Uidemus enim in quibuſdam la-
pidibus precioſis ꝙ quidam eorum natu-
raliter cōmouent ad delectandū. Jdeo gra
tia iſta transfuſa eſt in Mariā quaſi quod-
dam ſpiramentū odoris cedrini: ad occiden
dum in intuentibus eam carnales concupi
ſcentias: q̄ quaſi venenoſi ſerpentes in car
ne ſerpunt. Odor enim ⁊ ſuccus cedri fugat
et extinguit ſerpentes. Maria autē cedro
comparatur. Eccli.xxiiij. Quaſi cedrus exal
tata ſum in libano. Quinto experimur ho-
minū vitia palam ſe in vultu exterius de-
monſtrare: vel in modo continēdi apud ho
mines: vt ſuperbia in vultu tumido: luxu-
ria in vultu procaci ⁊ nimium iocundo: ti-
mor in vultu pallido: ira in vultu rubicun-
do: triſtitia ī vultu lugubri. iuxta illud Job
xvj. Facies mea intumuit fletu: et ſapiētia
in vultu bene diſpoſito. Eccli.xiij. Ab occur
ſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Quare igi-
tur non poterit pie credi faciem Marie ca
ſtiſſimam caſtitatis habere inſignia: vt ſi-
cut hec que prius memorata ſunt habent
virtutem imprimendi in intellectu viden-
tium indicia complexionum ſuarum; ſic



Marie facies virtutē imprimēdi frigidita
tem libidinis. Sexto facies Helene ꝓpter
quā dicitur apud aliquos Troia deſtructa
ſic lubrica erat: vt aſpici nō poſſet abſqꝫ in-
cōtinētia. iuxta Ariſto.ij. Ethic. dicentem.
Senes Troiane vrbis dicebāt. Abijciam⁹
Helenam: et minus peccabimus. Propter
quod cōſulebāt vt ab vrbe Troiana eijcere
tur: quare per oppoſitū nō potuit deus ſi-
cut ⁊ congruebat facere ꝙ talē qualitatem
haberet Maria: ꝙ a nemine propter ſuā
pulchritudinem cōcupiſceretur. Licet alie
bone mulieres fuerint male concupite: vt
Sara: Rebecca: Suſāna: Jūdith: Agnes:
Lucia: et alie multe. ¶ Sed dicet q̇s. Mu-
lieres multe propter pulchritudinem perie
runt. Neceſſe eſt ergo eas habere cuſtodiā.
Cū igitur Maria fuerit pulcherrima cor-
pore: debuit magnā habere cuſtodiā. Dicit
primo ꝙ mulier pulchra ſi ſapiēs eſt: nulla
indiget cuſtodia: ſi fatua: etiā nulla indige-
bit. Quia ſi oīs ſibi cuſtodia adhibeatur:
adhuc trāſibit per foramē acus: quia Eccli
xxv. Nō eſt malitia ſuper malitiam mulie-
ris. Dicitur ſecūdo ꝙ Marie data eſt maxi
ma angeloꝝ cuſtodia qui eam circūſtabāt.
Patet per illud Cañ.iij. En lectulum Salo
monis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſi
mis Jſrael. Oēs ad bella doctiſſimi. Uniuſ
cuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuū: ꝓpter timo
res nocturnos. Fuit eñ iſte lectulus paru⁹
in conceptione: in quo debebat requieſcere
verus Salomon rex pacificus: qui fact⁹ eſt
lectus magnus in annuntiatione: dū intra
ſui vteri ſpatia clauſit quē totus non capit
orbis. Sexaginta ex fortiſſimis Jſrael: id
eſt videntibus deū. ſ. angelis: numerus cer
tus pro incerto: oēs ad bella doctiſſimi. Jn
quo ſignatur eoꝝ prudētia ad reſiſtēdū cō
tra oēs inſultus demonum. Uniuſcuiuſqꝫ
enſis ſuper femur ſuū. i. eoꝝ poteſtas ſemꝑ
parata eſt ad preliū ꝓpter timores noctur-
nos: hoc eſt nō ſolū ad repellēdum grauio-
res tētationes/ ſed etiam leuiores vſqꝫ ad
venialia: quia nūqꝫ veniale cōmiſit. Solet
eñ fieri timor nocturnus pueris. Secūdo
decet imperatorē et imperatricē circūualla
ri cuſtodia: maxime vbi eſt in patria nō tu-
ta: ſed inter hoſtes. Decebat igit̄ imperatri
cē orbis circūuallari magna multitudine
exercitus ſupernoꝝ contra inſultus demo-
nū. Jn quo notātur principes qui magnā
habent guardiā corporis; ſed nullā anime.

*F — Maria. De marie cuſtodia angelica.*

¶ Jn ſcd̄a parte tractādū eſt de pulchritu-
dine ſpūali ipſius Marie. Pro quo ſit con-
cluſio: ꝙ Maria tota pulchra eſt nō ſolum
in corpore/ ſed etiā in aīa: ab omni labe pec
cati etiā originalis immaculata. Probatur
primo auctoritate Eſa.xxxv. Gloria libani
data eſt ei. Gloria libani hec eſt ꝙ ligna ei⁹
ſunt cedrina que ſunt imputribilia: igitur
fuit imputribilis per peccatū: ſi hec gloria
data eſt ei. Jnde Cañ.iij. de ea dicitur. Fer-
culū fecit ſibi Salomon de lignis libani. i.
euectoriū fecit quo verus Salomō nouem
menſibus portatus eſt: ſed de lignis libani
incorruptibilibus. Jdeo de ea pōt intelligi
illud Eſa.lx. Nō audietur iniquitas in ter-
ra tua: vaſtitas ⁊ cōtritio in terminis tuis.
Cōgruū eñ erat vt ea naſceretur eterni re
gis filia: nō ſerua vel ancilla. Oēs eñ orti
ſumus ſerui: hec ſola libera. Oēs cū onere
peccati: de quo in Ps̄. Sicut onus graue
grauate ſunt ſuꝑ me. ſ. iniquitates. Jſta ve
ro ſine onere ꝯcepta eſt: que portauit onus
qđ tulit omne onus: qđ quidē onus eſt ad
inſtar auis: que dū plures habet plumas/
magis fertur ſurſum. Stat eñ hmōi one-
re nobili onerata Maria. Ponit enim Ari
ſto.j. Polit. differentiā inter ſeruos et libe
ros: q: ſeruos natura fecit ad portāda one-
ra: nō aūt ingenuos. Scd̄o hoc idē proba-
tur: q: quos deus elegit/ ita appropriat et
diſponit: vt ad id qđ eligit inueniātur ido-
nei. iuxta illud.ij. Coꝝ.iij. Jdoneos nos fe-
cit miniſtros noui teſtamēti. Beata virgo
electa fuit vt eſſet dei mater: igitur non eſt
dubiū quin deus eā per ſuā gratiā ad hoc
idoneā reddiderit: iuxta qđ angelus dixit:
Jnueniſti gratiā apud dñm: ecce idoneita-
tē. Et ſequitur. Ecce concipies ⁊ paries ⁊c.
Ecce diſpoſitionē ad cōcipiendū ⁊ eſſe ma-
trē dei. Nō aūt fuiſſet idonea mater dei: ſi
aliqñ peccato deturpata fuiſſet. Tum quia
ſicut honor parētū redundat in prolem: ſic
etiā dedecus eoꝝ prolē quodāmodo inficit
et dehoneſtat. Tum etiā quia caro Marie
ad carnē chriſti ſingularem affinitatem ha
buit: q: carnem de carne ſua cōtraxit. et.ij.
Coꝝ.vj. Que conuentio lucis ad tenebras
pcti originalis? Tum etiā q: nō ſolū filius
patris qui eſt ſumma ſapiētia habitauit in
aīo virginis: ſed etiā in vtero. Et Sap.j. di
citur. Jn animā maliuolā non intrabit ſa-
piētia: igitur cōuenit dicere eā ſine origina
li fuiſſe cōceptā. Tertio decuit ꝙ ſicut mu-

*G — Marie ꝯceptio. Qr Maria ſine origīali ꝯcepta eſt ꝓbatur multipliciter.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



lier mūda tota ſumpta eſt de viro toto mū
do: ſic et vir totus mūdus de muliere tota
mūda. Sic aūt factū eſt a principio: quādo
Eua ex Adā producta eſt toto mūdo: igitur
ita debuit fieri in ꝓductione ſecundi Adā.
Unde Ariſto. dicit. ij. Meteoroꝝ. ꝙ vas de
cera virginea cōpoſitū natans in mari ſine
ſui perforatione ſuſcipit aquā: ſed ſine ama
ritudine. Sic Maria cuius vas virgineū
poſita eſt in mari huius ſeculi/ſuſcipiēs in
ſe aquam ſapiētie ſalutis: ſed ſine amari
tudine peccati. Qd̄ em̄ in eā ingreſſum eſt
dulcedo fuit. Quarto in lib. de naturis ani
malium dicitur et ita experimur: ꝙ vellus
ouis diſcerpte a lupo trahit corruptionem
ita ꝙ veſtis facta de illo vellere ſcaturit in
vermes. Sic caro noſtra quā diabolus in
primis parētibus quaſi lupus dente tenta
tionis ſue momorderat: in vermes primo-
rū motuū ⁊ cōcupiſcentiarū ſcaturire non
ceſſat. Ideo nil mirū ſi dn̄s deſcendēs ſicut
pluuia in vellus. i. in Mariā corpus: de vel
lere eius accipiēs vellus ipm̄ a lupi denti-
bus voluit eſſe immune: ⁊ ſic illā ſine origi
li conceptā. Et hoc magnū virginis priuile
gium: vt illud in cōceptione ſua remaneret
qd̄ erat ad penā: ⁊ recederet qd̄ erat ad cul
pā. Unde Ps̄. Uenite et videte opera dn̄i:
que poſuit prodigia ſuper terram: auferēs
bella vſqꝫ ad finē terre. Sicut em̄ maximū
fuit prodigiū ꝙ tēpore natiuitatis dn̄i bel
la nō erāt in terra: ſic fuit qn̄ in terra virgi
nis omne bellū ablatū eſt. Eſt em̄ Maria
velut feneſtra vitrea in arca Noe: ad quam
aque diluuij non intrauerūt: ſed ſola lux ꝑ
eā intrauit: que totā arcā illuminabat. Sic
per eam nō trāſierūt aque peccati: ſed ſola
lux que illuminat omnē hominē veniētem
in hunc mundū. ¶ Sed poſſet quis dicere.

V
Oculꝰ. Pluri-
bus mo
dis ap-
ti ſunt
ocli pri
morum
parētū.

Quō primi parentes incurrerūt tenebras
peccati cū eo tēpore quo comederunt aper-
ti ſunt oculi amborū: nō ergo obtenebrati?
Reſpōſio. Quadrupliciter aperti ſunt ocu-
li primoꝝ parentū. Nō em̄ erāt antea ceci:
ſed ideo aperti ſunt. Primo: q: viſu tale q̄d
perceperūt qd̄ nō ante. ſ. diſcōueniētiā nu-
ditatis ſue corporalis. Prius em̄ nulla erat
in genitalibus mēbris diſcōuenientia: nec
erubeſcebāt: ſicut nec pueri ſuā nuditatem.
Scd̄o aperti ſunt oculi interioris cognitio
nis: vt cognoſcerent q̄ꝫ grauiter deū offen-
diſſent. Latebat hominē quantitas diuine
offenſe, de qua dicitur Gen̄. v. ꝙ tactꝰ erat
dolore cordis intrinſecus: donec in eos vin
dicatū eſt. Grego. Qui ſtultus eſt in culpa:
ſapiēs erit in pena. Culpa oculos claudit/
quos pena aperit. vt patuit in Lazaro ⁊ di
uite epulone. Tertio aperti ſunt oculi inte-
riores. i. rimi concupiſcētiarum. Erāt em̄ in
eis prius ſicut in pueris motus cōcupiſcē-
tie clauſi et repreſſi: ſed tunc apparere cepe
rūt: et mēbra videntes contra ſe erigi/eru-
buerūt. Naū. ij. Porte fluuioꝝ aperte ſunt:
et tēplum vſqꝫ ad ſolum diruptū eſt. Por-
te ſunt concupiſcentia carnis: et cōcupiſcē-
tia oculoꝝ. Porta ad voluptatē concupiſcē
tia carnis: porta ad vanitatē concupiſcētia
oculoꝝ. Fluuij enim ſunt tranſitoria vani-
tas: et fluxa voluptas. Dum porte iſte ape
riuntur: templum dei. i. aīa diſſipatur ⁊ de-
ſtruitur. Quarto aperti ſunt oculi interio-
res: vt ſe viderēt oībus virtutibus eſſe nu-
datos. Qd̄ deflens viciata propago ꝑ Pſal
miſtā ait. Cogitaui dies antiquos ⁊c. Uſur
pans enim lignū vetitū tunc diſcretionem
miſerie et beatitudinis habuit: nouitqꝫ ho
mo per experientiam malū qd̄ ante nō niſi
per ſpeculationē nouerat. Per ſpeculatio-
nem em̄ et prudentiā bonum ſcitur et ſenti
tur: malū ſcitur ſed nō ſentitur. Tenebatur
em̄ bonū: ſed nō ſentiebatur malū. Per ex-
perientiā mali malū ſcitur ⁊ ſentitur: bonū
ſcitur et amittitur. Homo enim lapſus co-
gitauit dies antiquos: ⁊ annos eternos in
mente habuit: q: per experientiā deprehen
dit bona que perdidit: ⁊ mala que inuenit:
et quantū diſtarēt dies antiqui. i. antiqua
ti et veteres: et menſurabiles merito pecca
ti. iuxta illud Ps̄. Ecce mēſurabiles poſui-
ſti dies meos: ⁊ ſubſtātia mea ⁊c. ab annis
eternis: quoꝝ dulcedinē iam prelibauerat:
plenius ſi ſtaret adhuc fruiturus: ⁊ ab ani-
mali vita in ſpiritualē transferēdus. Mo-
do tn̄ nec iſta cogitamus. Sumus em̄ ſicut
de filijs Iſrael reedificantibus tēplū. Legi
tur. j. Eſdre. iij. ꝙ quidā flebant qui primi
tēpli magnificentiā viderant. Alij gaude-
bāt qui tantummodo preſentis tēpli et nō
antiqui ſtatū attendebant. Ita qui ſtatum
prime cōditionis noſtre attendūt: dum cō-
ſiderant a quāta felicitate ceciderint/meri-
to lugent: ⁊ exules ac miſeros ſe reputant.
Qui vero tantū preſentia conſiderāt: ⁊ exi-
lium patriam reputāt: in hac miſeria exul-
tant: nec multum de damnis preteritis cu-
rāt: ſicut qui natus eſt in ſeruitute/nō mul



tum curat de libertate: ⁊ qui ſemper fuit in
tenebris: nō multum curat de luce. Qui au
tem preterita non recolūt: nec preſentia cō
ſiderant: nec futura preuidēt: merito iumē
tis aſſimilantur inſipiētibus. Primo quia
nō conſiderant (vt dictum eſt) ſicut nec iu-
mēta dies antiquos. Si em̄ diligēter dies
noſtre antique dignitatis cōſideraremus:
libēter ad recuperationē amiſſe dignitatis
immo multo maioris aſpiraremus: et an-
nos eterne felicitatis in mēte haberemus.
Et ſic accubaremus inter duos terminos:
attendēdo ſtatum prime cōditionis noſtre
et future. Quinto hoc idem deduci poteſt:
q: via omnis iniquitatis eſt originale pec-
catum: quā viam petebat a ſe tolli qui dice
bat. Uiam iniquitatis amoue a me. Quan
doqꝫ enim cōtingit viam fieri per campos
alicuius vbi non debet eſſe via: ideo petit a
iudice viam illam amoueri. Serpens anti
quus fecit viā per hominē. Iob. xix. Latro
nes fecerunt viā per me: quicquid pulchrū
et bonum eſt perdētes. Supra em̄ petram
tranſiens ſerpens ibi derelinquit veſtigiū.
Hec eſt via colubri ſupra petrā. i. hominē:
quam difficilē reputauit Salomon. Ridi-
culum autem eſt dicere et pias aures offen
dit: matrē dei in ſe ſuſcepiſſe ſerpētis veſti-
gium: et in ea fuiſſe viā iniquitatis: igitur
pie credendum eſt ipſam ſine originali con
ceptā. Sexto pie creditur Mariam in mor
tis occaſu ita priuilegiatā ꝙ ab omni dolo
re fuerit aliena: vt vult Hierony. Ergo ⁊ in
ortu eius ab omni cauſa doloris alienam:
que eſt culpa originalis. Celū em̄ duos ha
bet polos tamqꝫ duas extremitates: que
ſunt ſtabiles et immobiles: et totū reſiduū
quod eſt inter duos polos iugiter circūit ⁊
rotatur. Sic vita noſtra duos habet termi
nos immobiles: principium et finē: ortum
et mortis occaſum. Unus eſt oībus introi-
tus ad vitam per portam valde arctam: et
ſimilis exitus per portam arctiorem: quia
per quem locum exeat anima non videtur.
Sed medium quod eſt inter iſtos duos ter
minos: ſcilꝫ tranſitus vite/miſerijs/tribu-
lationibus/moleſtijs corporis/anguſtijs
anime/tētationibus et laboribus cōtinuo
agitatur. quod inſinuat Iob dicēs. Homo
natus de muliere: breui viuēs tēpore. Ecce
duos terminos. Repletur multis miſerijs
Ecce mediū. Primus ingreſſus eſt cū pecca
to: exitus cū maximo periculo. Hec autem
duo ex priuilegio ablata ſunt a matre dei.
De ſecūdo nullus dubitat. De primo autē
pie credendū eſt. ¶ Et ſi dicatur. Cū ſapien

I
Origi-
nale.
Quare
animā
ꝓcioſā
iungit
deꝰ cor-
pori cor
rupto.

tiſſimus deus animā humanā tam nobilē
creaturam tamqꝫ ſibi dilectam corrumpē-
dam preſciat ex coniūctione ad corpus cor-
ruptum: vt quid eam ſibi iungit vel ſociat?
Quis em̄ ſapiens liquorē precioſum ſibiqꝫ
carum in vas corruptum mitteret: ex cuius
corruptione ipſum eſſe corrūpendum pre
noſceret? Quis ſapiens limo et fimo gēmā
immitteret? Preterea infundēdo animam
tali corpori videtur deus eſſe cauſa tāti ma
li ſcilꝫ originalis peccati: deo autem aucto-
re nemo fit deterior. Ad hoc reſpōdet Guil.
Pariſien. in loco allegato. ꝙ non ad hoc vt
corrūpatur ex carne carni cōiūgit aīam deꝰ:
ſed magis vt caro ei ſeruiat et miniſtret de
ipſa corruptione carnis ad multas vtilita-
tes. Eadē em̄ queſtio fieri poſſet cur deus
creauit quos malos ⁊ dānandos fore pre-
ſciuit. Ad hoc reſpōdet Augu. quia ſciebat
de malis eoꝝ quid boni eſſet facturus. Ut
vinum optimum in vas vbi acredine cor-
rumpendum eſt: ſcienter et prudenter mit-
titur a patrefamilias: vt ibi acredine corrū
patur. Scit enim quid boni de acredine il-
la eliciat. Acredo enim neceſſaria eſt ad ſal
ſamenta/condimenta/et medicinam. Sic
malitia reproborum vtilis eſt ad bonorum
condimenta/medicamenta/ et multiplicia
eorum incrementa. Malitia em̄ reproboꝝ
omnes martyres fecit: et patientie ⁊ humi
litates pene omnia merita ex ea ſunt. Hec
Guil. Ad ſcd̄m reſpōdet Richar. de media
villa in quadā expoſitione textus ſentē. ꝙ
deus non eſt cauſa illius originalis pecca-
ti/ſed culpa primi parentis: licet deus non
conferat gratiā. Nam ſi erigamus corpus
opacum in lumine ſolis efficitur vmbra: ad
quā vt efficiatur/neceſſario cōcurrūt duo:
lux ſolis/et erectio corporis opaci: ſed lux
ſolis nō eſt cauſa vmbre. Abſurdum enim
eſſet dicere lucē eſſe cauſam tenebrarum et
cauſam priuationis lucis: ſed illiꝰ cauſa eſt
erectio corporis opaci. Sic delinquētis cul
pa non iuſti iudicis ſnīa vel iuſtitia eſt cau
ſa originalis delicti. Et ſi dn̄s aīam luto vel
limo cōiūxerit/non eſt incōueniens: immo
(vt dicit magiſter ſen.) ꝓpter hoc dn̄s ani
mā limo ſociauit vt oſtēderetur qualis erit
cōiūctio: vbi ſpūs ſpūi diuino cōiūgetur: ſi tā
ta cōiūctio et amor eſt inter ſpm̄ et lutum.

¶ Dñica tertia aduentus. Sermo primus. et in ordine. xxiij. per thema.

A
Aduentus.
De ꝑparatione ad aduentuz dñi.

NOlite iudicare ante tẽpus. j. Cor. iiij. Dñicis precedẽtibus nos hortatur eccleſia preparari in occurſum domini. iuxta illud Amos. iiij. Preparare in occurſum dñi dei tui. Et ne forte ad exteriora ita diſtrahamur vt noſtre conſcientie [illegible]pparatu non prouideamus: per Paulũ [illegible] alũnum nos iubet de alienis: ſed tantũmodo de his que ad nos ſpectãt nihil curare dicens. Nolite iudicare ante tẽpus. i. non alienis negotijs ſed tãtũmodo veſtris intẽdite. Et hoc ideo qꝛ vulgo dꝛ ꝙ in curia regis vnuſquiſqȝ ꝑ ſe agit. Uenturus itaqȝ eſt rex noſter in ſecũdo ſuo aduẽtu in quo quilibet pro ſe ſtabit: nõ pro alio. Tunc em̃ vniuſcuiuſqȝ cauſa agitabitur. Propter qd̃ ſoliciti eſſe debemus de noſtro negotio: non de alieno. Secũdo: qꝛ priores reges diẽ natalis ſui celebrare ſolebant. vt de Pharaone et Herode legitur. Tunc em̃ pro regijs amicis magnũ agebatur cõuiuium et cum magno apparatu. Diẽ natalis ſui acturus eſt de proximo rex regum: in quo ſynceris mẽtibus preparat nobile conuiuiũ ſacramentale vel ſaltẽ ſpũale. Ideo ad iſtud cõuiuium nos qui ſumus vocati tãqȝ regis amici / debemus eſſe parati: ne forte ſine veſte nuptiali ad id veniamus: vt cum opprobrio obmuteſcentes eyciamur. ſicut ſtultus ille de quo ĩ euãgelio legitur. Si em̃ lõge ante nuptias preparãtur ad eas viri ⁊ mulieres in ꝓcioſo ornatu: quãtomagis ad nuptias regis regũ qñ diuinitas noſtre nupſit humanitati? Si tunc laudantur bene veſtiti qui tantũmodo paſcunt oculos videntium: quanto magis tunc erit laus vnicuiqȝ a deo: dum videbuntur chriſtiani tũc ornati virtutibus vt occulos chriſti ⁊ angelorũ paſcant: qui delectantur in virtutũ ornamento. Tunc operiri habemus veſte charitatis ex vellere agni immaculati cõtexta. i. ex amoribus et beneficijs chriſti. que. j. Pet. iiij. operit multitudinem peccatorũ. i. omnem turpitudinẽ noſtram. Sic ſe parauit Maria ad primum eius aduentũ: vt de ea cãtet eccleſia. Ornatam monilib9 filiã Hieruſalẽ dñs concupiuit. Ecce quõ pauit oculos chriſti. Et ſequitur. Et videntes eã filie Sion. i. angeli: beatiſſimã predicauerũt. Ecce quõ oculos angelorũ pauit. Ecce Heſter ornatã: quam pre alijs mulieribus verus Aſſuerus concupiuit. Sic ergo eius adiutorio pro virib9 nos cõponamus. ⁊ vt ita fiat / eam ſalutemus: dicentes Aue.

B
Iudiciũ humanũ.
De duplici tẽpore. ſ. vacationis et iudicij.

¶ In curia parlamẽti / ⁊ quaſi communiter in qualibet curia duplex aſſignat̃ tempus. Unũ vacationis: aliud iudicij. Tempore vacationis nõ fiunt ordinarie iudicia: neqȝ iudicãtur cauſe forenſes. et hoc propter duo. Primo: qꝛ tũc ſenatores ⁊ dñi curie mittũtur ad negotia populi / regis / ⁊ regni proſequẽda. Scd̃o: qꝛ tunc agricole ⁊ viticole et rurales hoĩes vacãt ad frumẽta in horreis recõdenda / ⁊ ad vina locanda in cellarijs: quo tẽpore non poſſunt ad forũ iudicij conueniri: quib9 ceſſantibus ſuperuenit tẽpus iudicij. Sic dñs duplex conſtituit tẽpus. Unũ vacatiõis a iudicio. ſm qd̃ dicit Luce vj. Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini. Et iſto toto tẽpore. i. toto tẽpore vite noſtre vacandũ eſt ſibi ⁊ deo. Iuxta illud qd̃ iubet in Pſ. Uacate ⁊ videte qm̃ ego ſum deus. Et hoc ideo primo qꝛ prelati maiores ⁊ minores mittunt̃ ad negotia populi dei: ad procurandũ ſcȝ ſalutem animarũ tãq̃ fideles miniſtri ⁊ diſpẽſatores. Iuxta principium epiſtole hodierne. Nec habent alios iudicare: niſi vt vices gerunt dei in iuriſdictione: vel in cõfeſſionis ſacramẽto. Scd̃o: qꝛ nũc tẽpus eſt recõdẽdi in horrea celi bona opera noſtra: ⁊ vinũ amoris delectabile. Quod conſulit dñs. Mat. v. Theſaurizate vobis theſauros nõ deficiẽtes in celis. Ideo nũc vacandũ eſt a iudicio ꝓximi ſui. Aliter fieret cõtra inſtitutionem ⁊ ordinationẽ celeſtis curie. Nam ⁊ dñi parlamẽti ſi arreſtis curie cõtrauenirent: grauiter in eis vindicaretur. Tu aũt fidelis chriſtiane dñs es parlamẽti / ſi tu ſis dñs lingue tue. Sis igitur dñs lingue tue: vt nõ cito et indiſcrete proferas iudicium de proximo tuo. Qꝛ ſi oppoſitũ feceris: cõtrauenis arreſto curie celi in quo dicitur. Nolite iudicare ante tempus.

C
Iudiciũ humanũ.
Utrũ ſit ſemp illicitum de primo ſuo iudicare.

¶ Circa hunc ſermonem tractabitur vnica queſtio. videlicet. Utrũ ſit ſemper illicitum de ꝓximo ſuo iudicare? Et videt̃ ꝙ non. qꝛ de hiſque vt in plurib9 fiunt poſſumus iudicare. ſed vt dicit Ariſto. ij. Topicorũ. Homines vt in plurib9 ſunt mali ⁊ in paucioribus boni: igitur poſſumus de eis iudicare. In oppoſitũ eſt thema propoſitum. Nolite



iudicare ante tp̃us quoadusqȝ veniat dñs: ſȝ nõdum venit: igitur nec iudicandũ eſt.

D
Iudiciũ humanũ.
Multiplex diſtinctio iudiciorũ hũanorũ.

¶ Pro huius queſtionis ſolutione notanda eſt prima diſtinctio ꝙ iudiciũ de proximo duplex eſt. Unũ eſt iudicium mentale: quando diffinitio manet in mente iudicãtis: ⁊ in nullo ledit / aut realiter tangit diffamando eũ de quo iudicat. Aliud eſt reale iudiciũ qd̃ per vocem exprimitur ⁊ quo tangitur proximus: vel quo ad ꝑſonam / vel opera eius diffamãdo ip̃m: vel quo ad ſubſtantiã eius ei ſubtrahendo. Secunda diſtinctio ſm Ariſto. ij. Ethi. Quedã ſunt opera que ſtatim noĩata inuolutã habent maliciã: que nullo modo bona intentione fieri poſſunt: ⁊ hec dicunt̃ mala ſm ſe: vt ſunt adulteriũ / periuriũ / blaſphemia ⁊c. Alia ſunt opa de ſe indifferẽtia: q̃ poſſunt ⁊ bene ⁊ male fieri / vt comedere / bibere / ridere / ⁊ ſolatiari. Et adhuc iſta ſunt duplicia. Quedã ſunt ignota: aut quia occulta: aut qꝛ dubia. Alia ṽo ſunt certa ⁊ certitudinaliter cognita. Quib9 ſuppoſitis circa hanc queſtionẽ terminandã quatuor ponemus cõcluſiones. Prima cõcluſio. Iudicare de ꝓximo ſuo ꝙ ſit malus: ſiue tale iudicium ſit mẽtale ſiue vocale tangens ꝑſonam in rebus occultis: incertis: ⁊ dubijs. ſiue illa ſint ſm ſe mala: ſiue indifferentia eſt omnino illicitũ. Ratio eſt: qꝛ talia nũq̃ ſunt debita materia iudicij donec ſint notoria. Et id̃ qꝛ oĩa ſunt deo notoria / hmõi ſunt materia debita diuini iudicij. Nulli aũt iudici licet alterius ſubditũ iudicare. vj. q. iij. iudiciũ. Tales ſunt ceci nõ videntes trabem in oculo ſuo: ⁊ feſtucã in oculo proximi reſpicientes: ſuo oculo aſſimilati qui alios videns ſeipſum nõ videt. Sunt em̃ ſicut baculus in aqua poſitus q̃ videt̃ fractus ꝓpter radiorũ in aqua refractionem. Sic cordi ꝑuerſo ⁊ vitiato oĩa videntur fracta ⁊ vitiata. Eccl's. x. Stult9 in via ambulans cũ ipſe ſit inſipiens oẽs inſipiẽtes exiſtimat. Cadunt aũt ſub iudicio humano facta notoria: ſed ⁊ vbi vehemẽs eſt ſuſpitio põt cadere iudiciũ. Eſt em̃ quodam iudicium ſuſpitionis qñ ex re viſa vel audita de proximo ſubito oritur ſuſpitio. ⁊ ſm quoſdã hoc nullũ eſt peccatũ. Aliud aũt eſt iudiciũ leuis credulitatis: quando aliquis in dubijs malum exiſtimat de ꝓximo: nõ tamen aſſerendo: ſed leuiter credẽdo. ⁊ hoc eſt veniale. Sed eſt ⁊ iudiciũ diffinitionis quando aliquis in dubijs certã ⁊ determinatã ſententiã dat in malo: ⁊ tale iudiciũ ꝓhibet dñs ⁊ apl's. Unde quedã gloſ. ſuꝑ apl'm. Si ſuſpitiones vitare nõ poſſumus qꝛ hoĩes ſum9: iudicia tñ et diffinitiuas: firmaſqȝ ſententias cõtinere debemus. Solus em̃ de occultis habet iudicare deus. Ideo ſi q̃s de eis firmiter iudicet: q̃ ſunt diuine auctoritatis vſurpat. Fluuius ſe ten[illegible] inter ripas vtilis eſt ad portum ⁊ lotionem: ſed exiens dãnoſe diſſipat vias: corrodit flores: euellit arbores. Ripa iudicij eſt certa cognitio ſue proprie iuriſdictionis: puta in iudice quo ad exteriora: ⁊ in ſeip̃o quo ad interiora. Sed hodie riu9 iudicij ita exit ripas: diſſipat vias morꝫ: rodit flores virtutũ: euellit arbores: ꝑſonas magnas oĩa ſubuertẽdo. Si quis aũt vſurparet auctoritatem alicuius iuſticie cito in eum vindicaret̃. Deus ṽo ſue iuſtitie iura bene obſeruabit in eos vindicãdo qui ſibi ſubtrahunt. Unde. vj. q. j. dicit papa Anacletus. Si oĩa in hoc ſeculo vindicata eſſent: locũ diuina iudicia nõ haberent. Ubi ei deus plenã habet iuriſdictionem: ſeculi hui9 iudices nõ habẽt niſi mediam: de exterioribus tm̃modo iudicãdo. Uoluit tñ dñs ſuam plenã iuſtitiã haberi in mũdo: vt de exteriorib9 iudicarent principes: de interioribus ſacerdotes.

E
Iudiciũ humanũ.
Quõ iudicium hũanũ trib9 de cauſis fallit.

¶ Scd̃a cõcluſio: De manifeſtis q̃ ſunt ſm ſe mala reale ⁊ vocale iudiciũ qd̃ tangit ꝑſonã eſt oĩno illicitũ. Fallitur ei iudiciũ opinatiuũ tribus de cauſis. Primo familiaritate. Cõſtat ei ꝙ nobis familiariores ⁊ viciniores ſunt iudicio noſtro imꝑfectiores: ꝙuis in rei veritate ſint ceteris meliores. Uñ poeta. Nimia familiaritas parit contemptũ. Hinc de quadam domicella Francie dꝛ ꝙ dum militem virum ſuũ ſub quodã incognito habitu ſemel videret in q̃dã facto armorꝫ ſtrenuiſſime ſe habere: ipſum de ſtrenuitate ſupra modũ cõmendebat: neſciẽs quis eſſet. Tãdem cõperiens ipſum eſſe virum ſuũ: ſtrenuitatem quã primit9 cõmendabat cepit cõtemnere. Ecce quõ iudiciuȝ illius mulieris precedẽs familiaritas turbauit. Talis em̃ põt dicere illud. j. Cor. x. Libertas mea iudicat̃ ab aliena cõſciẽtia. Quiſqȝ em̃ alteri9 pluſq̃ ſui abominat̃ vermes ⁊ pediculos: ⁊ plus ſordidas alteri9 q̃ ſui veſtes: ⁊ plus alterius ſputũ q̃ ſuũ. Scd̃o ipſum impedit amoris quantitas.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Seneca. Amoꝛ iudiciū neſcit. Illud enim qđ amatur ſemꝑ melius ꝙ̄ ſit iudicat̃. Sicut res ꝓpinquioꝛ iudicatur eſſe maioꝛ: ⁊ hoc falſo ꝙ̄ diſtans. Ut luna ꝙ̄uis minoꝛ ſit oībus ſtellis: qꝛ tñ ꝓximioꝛ videt̃ ⁊ creditur eſſe maioꝛ. Et vnū granū rotūdū videtur eſſe duo: ſi cū duobꝰ pꝛimis digitis immediate tangat̃. Sic ſemꝑ fit ꝙ ille q̄ nobis ꝑ cognitionem ⁊ amoꝛem amplius ꝓximat̃/a nobis maioꝛ ⁊ melioꝛ iudicet̃. Nam ſi oculus coꝛdis ad cōſiderationem bonoꝝ alicuiꝰ ꝑſone ꝑ affectionem exceſſiue ſe dirigat: illud qđ non eſt niſi vnū credet eſſe duo: qꝛ ipſum iudicabit in duplo melioꝛem ꝙ̄ veritas requirat. Qđ videtur in multis pꝛelatis: qui cognatos ⁊ nepotes iudicant melioꝛes: ideo faciunt ipſos in dignitatibus potioꝛes. Quādo eñ parua ⁊ minuta litera videt̃ mediante aliquo groſſo medio: vt cryſtallo ſeu vitro: groſſioꝛ ⁊ apparētioꝛ ab his qui viſum habēt debilem iudicatur: ꝙ̄uis in veritate litera ſemꝑ eadem ꝑſeueret. Sic pꝛelatus vel iudex habens viſuꝫ diſcretionis debilem: cū videt mediāte aliquo groſſo medio .i. mediante carnali affectione: ab ipſo groſſioꝛ: melioꝛ ⁊ ꝑfectioꝛ iudicat̃: ꝙ̄uis in ſe paruus imperfectus ⁊ modicus cognoſcatur. Quibus ita carnaliter iudicātibꝰ dicit ſaluatoꝛ Io. viij. Uos ſm̄ carnem iudicatis. Tales nō in pondere ⁊ menſura iudicant: de quo ait dñs per Eſa. xxviij. Ponā iudicium in pondere. De his que vendunt̃ ad pondus non pōt haberi certitudo niſi ad menſurā. Pondus certiſſimū eſt volūtas ⁊ iudiciū dei qđ errare nō pōt. Hodie ſ͛o iudiciū nō eſt in pondere: ſꝫ in affectu qui habetur ad ꝑſonā: ita ꝙ quando vult iuxta pondus ꝓpꝛie volūtatis perſonā abijcere menſurat ad paruū pondus: quando exaltare ad magnū: ⁊ nō ſm̄ iudicium dei qđ ſm̄ affectū hoīm nō variat̃. Tertio verum iudiciū impedit odij grauitas. Sicut eñ res ꝙ̄uis in veritate ſit magna: rōne diſtantie multoties iudicatur parua. Ille etiaꝫ qui eſt in naui in mari iudicat circūadiacētia littoꝛa moueri q̄ in veritate nō mouent̃/ſed ipſe in naui exiſtens mouet̃ ⁊ agitatur. Sic qui in mari .i. in amaritudine triſtitie cōtra aliquem agitant̃: illos q̄ in veritate ſunt ſtabiles ⁊ magni .i. viri nobiles ⁊ ꝑfecti in moꝛibꝰ iudicant illos eſſe mobiles ⁊ paruos .i. imꝑfectos ⁊ incōſtātes: ⁊ a quātitate virtutū oīmode deſtitutos. Talibꝰ pōt dici qđ dicebat Pilatus iudeis. Accipite eū vos: ⁊ ſm̄ legem veſtraꝫ iudicate. Tales repꝛehēdunt̃ in pſ̄. Uſqꝫ quo iudicatis iniq̄tatē: ⁊ facies pctōꝝ ſumitis. Malū eñ eſt ſm̄ apparentiā ita iudicare: qꝛ ſepe fit ꝙ ille q̄ exteriꝰ apparet ex aliquibꝰ accidētibꝰ eſſe malus: eſt intus in cōſcientia optimꝰ. Si eñ oſſa ex apparentia exterioꝛi iudicarent̃ intus eſſe ſicut extra duriſſima: nō crederentur intus eſſe medulloſa: qꝛ ſepe fit ꝙ q̄ exteriꝰ videtur eſſe durus ⁊ indeuotus: intus eſt in coꝛde ⁊ in cōſcientia optimꝰ: ⁊ medulla charitatis ⁊ gratie plenꝰ. Hec tñ cōcluſio fallit in tribus caſibꝰ. Primo qñ fit iudiciū publica auctoꝛitate ab eo cui ex officio incūbit. Tali eñ auctoꝛitate pꝛecipit̃ oībꝰ moꝛtalibus ſubeſſe. Ad h̄ eñ maxime intēdūt legiſlatoꝛes: vt dꝛ. iij. Ethi. vt puniāt malefactoꝛes: qđ ſine iudicio facere nō poſſunt vñ Guil. Pariſ. de fide ⁊ legibꝰ dicit ꝙ iudices ſunt chirurgici dei: ſcindentes membꝛa putrida a republica: ne cetera mēbꝛa inficiant̃. Rom. xiij. Nō ſine cā gladiū poꝛtat. Scđo hoc pōt fieri pꝛo doctrina ⁊ eruditione. Sicut paterfamilias cognoſcens aliquē ꝑiculoſum in cōuerſatione/pōt moderate docere filiū ſuū ne quouiſmō ꝓpt̃ eiꝰ malitiā cū eo cōmunicet: nō tñ reuelādo particulariter eiꝰ malitiā: qꝛ hoc videretur nō ex amoꝛe iuſtitie: ſed magis odij ⁊ vindicte ꝓcedere. Tertio hoc pōt fieri ꝓ emendatiōe ⁊ coꝛrectione. Ut mulier pꝛudens magr̄o filij ſui reuelat mala q̄ nouit vt puniat̃. Sic veniēs ad iudicē cōqueſtꝰ de ꝓximo q̄ cōtra eū male egit: ⁊ hoc coꝛrectionis cā ⁊ nō aliter: qꝛ ſi in iſtis intermiſceret̃ mala intentio: hoc eſſet illicitū. ¶ Et ſi querat̃. Quō cognoſcā ꝙ ego loquoꝛ bona affectione iudicādo de ꝓximo? Reſpondetur ꝙ in hoc opoꝛtet ſequi regulā beati Grego. in homilia loquētis de Phariſeis inſultantibꝰ chꝛiſto. Ait eñ ꝙ vera iuſtitia habet cōpaſſionem: ⁊ falſa indignationē. Si eñ q̄s de alio malū dicat ⁊ compatiat̃ ei: ſentiens in ſe vnā dulcedinem ⁊ cōpaſſionem circa illum de quo malum dicit: et ꝙ cum triſtitia dicat illud ac ſi de ſeipſo loqueret̃: ⁊ ꝙ mallet ſilere ꝙ̄ loqui/niſi eſſet vtilitatis neceſſitas: ⁊ de hoc non tenet lōgum ſermoneꝫ: eo ꝙ ſibi diſplicet: tunc ſignum eſt bone affectionis. Sicut chirurgi-

F Iudi cū bo manū. Quō pōt p percip ꝙ bo no aff ctu lo tur.



[qui] nō delectat̃ in trūcando: reſcindendo: ⁊ cōmouēdo plagā alterius: niſi pro quanto indiget: ⁊ cū pietate plagā ligat ⁊ vngit. Signa[ti] ſunt in cōtrariū dum in ſua loquacitate delectat̃ ⁊ ꝓlongat malitiā: ita ꝙ verbis nō pōt addi finis: immo aſſimilatur aque molēdini: q̄ obice remoto (vulgo dicto leſuentail) nō reſpicit quo collet vel decidat: nec eſt finis fluxus illiꝰ aque. Et ideo hec loquacitas ſepiſſime male agitur: qꝛ ex ira odio ⁊ detractione frequēter hoc agitur. Ariſto. ij. rhetoꝛice. Ira/amoꝛ ⁊ odium ꝑuertunt iudicium. Et qñqꝫ hoc fit ex loquacitate tranſeūdo tp̄s: vel curioſitate ſciendi noua ⁊ rumoꝛes: ⁊ hoc eſt vitioſum: qꝛ tale verbū nō ſolū ocioſum eſt de quo opꝫ reddere rōnem/ſed etiam ſepe nocet alteriꝰ fame: qꝛ ibi fit ſermo de abſentibus aliter ſepe ꝙ̄ ſi eſſent p̄ntes. Sicut rana coaxat ⁊ clamat in luto vel paludibus: ſed ſtatim tacet cū quis ei appꝛoximat. Scđo qꝛ audientes ſepe cadūt in falſa ⁊ temeraria iudicia de ꝓxīo: ⁊ in īdignationem ꝯtra eū ⁊ eiꝰ ſtatū ⁊ vitā: ⁊ ſic garrulatio cadit in detractionem. ¶ Tertia cōcluſio. De his q̄ ſm̄ ſe mala ſunt ⁊ aperta: iudiciū qđ mentem nō trāſit nō eſt malū. Si eñ viderem hoīem actu adulterantem aut blaſphemantem: ⁊ iudicarem in meipſo ip̄m tunc eſſe malū: nō peccarem. Si tñ iudicarem tunc ꝓpter hoc ipſum determinate foꝛe malum in tp̄e futuro: vel etiā damnandū: tunc eſſet peccatū: etiā in ſpiritum ſanctū: qꝛ hoc eſt mihi penitus occultū: ⁊ etiā in momento ſpūs ſanctus poteſt eum facere bonū: vt patuit in Paulo blaſphemo: ⁊ Magdalena peccatrice. De hmōi tñ quos ſic videt male agere debet iudicare cū pietate. Bern̄. Caue aliene vite eſſe curioſus exploꝛatoꝛ: vel temerarius iudex. Et ſi q̄d ꝑuerſe ⁊ perperā ab eo factum depꝛehendas: nec ſic iudices ꝓximū: magis aūt excuſa intentionem. Si opus nō putas bonū: puta ignoꝛantiā vel ſurreptionem vel caſum. ꝙ ſi oēm diſſimulationem rei certitudo recuſat: dicito apud temetipſum. O ꝙ̄ vehemens nimis fuit illa tētatio. Quid de me illa feciſſet: ſi in me ſimiliter accepiſſet poteſtatem? Hec Ber. Exemplū ad hoc de ſene in vitis patrum. Cui cum delatum eſſet de peccato fratris vt puniretur: cepit flere dicens. Ille hodie ⁊ ego cras. In hoc ſimilis api: q̄ amaros ſuccos ⁊ venenoſos in mel dulce cōuertit. Quicquid in bonū coꝛ cadit ſicut in bonā terrā: totū bonū ⁊ dulce efficit̃. Sꝫ ecōuerſo in coꝛde inuidi vel odioſi quicq̄d cadit inſtar aranee conuertit̃ in venenū. de quo pſ̄. Tabeſcere feciſti ſicut araneā animam eius. Ita ꝙ aīa eius tabida eſt ⁊ venenoſa ſicut aranea: oīa in venenū conuertens. Eccli. xj. Bona in mala cōuertens inſidiatur: ⁊ in electis ponit maculam. Latro vellet ꝙ omnes eſſ[ent] ſibi ſimiles. Chryſoſt. Omnis homo ſm̄ ſe alterū iudicat. Quarta concluſio pꝛo ſequenti ſermone relinquetur diſcutienda.

¶ Eadem dominica tertia Sermo ſecundus. Et in oꝛdine. xxiiij. ꝑ thema precedens.

IN hoc maxime diſtāt oculi carnis ab oculis mētis: ꝙ oculi carnis ſeipſos videre nequeant: ſed alia conſpiciunt: ecōtrario oculi mentis de ſe non de alijs infallibiliter iudicare poſſunt. Ideo qui alios nō ſeipſos iudicant: oculos mentales in carnales ꝯuertunt. de q̄bꝰ Iob. x. Nunquid oculi carnei tibi ſunt? Tales eñ plures hodie inueniunt̃: de quibꝰ Aug. ix. confeſſionū. Curioſum eſt genus humanū ad cognoſcendū vitā alienā: deſidioſuꝫ ad coꝛrigendā ſuā. Et Bern̄. lib. meditationū. Multi multa ſciunt: et ſeipſos neſciunt: alios inſpiciūt: ⁊ ſeipſos deſerunt. Grego. Nazanzenus. Nihil ſuauius videtur hominibus ꝙ̄ aliena loqui ⁊ aliena curare: ſed a cōpoſite mentis arbitrio videt̃ alienum. Iſti ſunt ſicut ſcholaris fatuus: qui habens libꝛum literis latinis conſcriptū: quem bene intelligeret: ⁊ in eo ſtudendo multū ꝓficere poſſet: ⁊ tñ in eo nūꝙ̄ ꝯſpicere vellet: ſꝫ ī libꝛo greco vel hebꝛaico ſibi penitꝰ incognito q̄tidie muſſitaret. Tales etiā vident̃ ſpēm humanā exuere: ⁊ diuinā ſpēm induiſſe: dū dicūt ſe coꝛdiū ſecreta videre: cum tamen dicatur. j. Coꝛinthioꝝ. ij. Quis ſcit hominum que ſunt hominis niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt. Et vere ſtulti ſunt: qꝛ vt dicit Tullius li. de tuſculanis queſtiōibꝰ. Pꝛopꝛiū eſt ſtulti aliena vitia curare: ⁊ ſuoꝝ obliuiſci. Aſſimilātur eñ furibꝰ q̄ arcas apertas negligūt, i.

A Oculꝰ. Dīa inter oculos coꝛpoꝛis ⁊ oculos mētis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



conſciētias ꝓprias que eis aperte ſunt et note: et arcas clauſas.i.aliorū conſciētias quas non vidēt querūt. Seneca. Fures ſignata querūt: aperta pretereūt. Aſſimilātur etiā hmōi dormiētibꝰ. Qui em̄ dormitat ad ſe claudit oculos dum caput inclinat: ſed ad aliuꝫ oculos aperit dum caput erigit. Qui autē vult de alijs bene et recte

B Judiciuꝫ humanū. In iudicio hūano dn̄t eſſe due chorde

iudicare: diſcat ambulare cū deo. Sicut diſcit gradarius ſuus gradatim ābulare. Cū em̄ gradariꝰ ſic diſcit am[bu]lare: due chorde ponūtur in pedibꝰ eius ſic diſpoſite ꝙ vna laxat pedem: alia reſtringit. Sic volēs bene iudicare ⁊ cū deo ꝓficere: debet habere duas chordas in arcu ſuo: ſcilꝫ miām de proximo: ⁊ iudiciū de ſeipſo: verba ſua ⁊ facta dijudicādo. Chorda miē debet laxari ⁊ extēdi: chorda ſ'o iudicij ad ſeipſuꝫ reſtringi. Hoc docet Michee.vj. Indicabo tibi o homo quid ſit bonū: et quid dn̄s requirat a te. Utiqꝫ facere iudiciū ⁊ diligere miām: et ſolicitū ambulare cū deo tuo. Ezechi.j. dicit facies hoīs et facies leonis. Facies hoīs debet ꝓximo: facies leonis ſibimetipſi in rigore iudicij. Quia em̄ diabolus eſt ſicut fur: q̄ dum ſolus eſt peregrinꝰ libēter eum aggredit: ideo bonū eſt vt ſecum habeat peregrinus duos bonos comites ſcilꝫ miām ad ꝓximū iudicādo de ipſo: et iudicium ad ſe/⁊ ſic ſecure cātabit in via. iuxta illud pſ. Miām ⁊ iudiciū cātabo tibi dn̄e que vt cantare valeamus ad reginā miē vt apud regē iuſtitie pro nobis intercedat cōuertamur dicēs Aue.

C Judiciū humanū. Male iudicat homo in quadruplici cā.

¶ Male iudicat homo in quadruplici cauſa. Primo in cauſa ſui in aīe ⁊ carnis litigio dādo cōtra aīam ſententiā: ⁊ carni acquieſcēdo. Eſaie.v. Expectaui vt faceret bonum: ⁊ ecce clamor: et ſubdit quomodo. Ue (inquit) qui cōſurgitis mane ad ſectandā ebrietatē ⁊ potandū vſqꝫ ad veſperā ⁊ vino eſtuatis: ⁊ ſequitur. Et opus dn̄i non reſpicitis.i.opus anime. Inſtar puerorū qui non iudicāt aliq̄d eſſe bonū niſi qđ placet eis. Et quod iſtud iudicium ſit iniuſtū patet: quia eſt contra ius ſcriptū ī veteri teſtamēto. Eccli.xviij. Poſt cōcupiſcētias tuas non eas: et a volūtate tua auertere. Et cōtra ius ſcriptū in nouo. Gal.v. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis non perficietis. ideo pſ. Si vere vtiqꝫ iuſtitiā loquimini: recte iudicate filij hoīꝫ. et ſequit. Iniquitates manus veſtre cōcinnant. Scđo male iudicat in cauſa dei: preponendo deo terrena et eum poſtponēdo. Oculus em̄ videns rem a remotis/iudicat eſſe paruā: ſi ſ'o de prope/magnā. Peccatores ſ'o quia a deo ⁊ celeſti premio plurimū elongati (quia longe a peccatoribꝰ/ſalus) deum ⁊ huiuſmodi premiū paruipēdunt: ⁊ terrena quibus ꝓpinqui ſunt/magnipendunt. Numeri.xxiiij. dixit Balaam homo cuius obſcuratꝰ eſt oculos: qui cadēs apertos habet oculos ſcꝫ ad terrā. Uidebo eū ſcꝫ deū: ſed non modo. Intuebor eū ſed nō prope. Peccatores ſiquidē deiecti ad tēporalia per amorem: oculos ad terrena apertos habēt/⁊ ad celeſtia obſcuratos: ac deū quaſi procul aſpiciūt. Ideo ipſum non ſm̄ magnitudinē eius iudicātes/contēnunt. Sed ecōtrario ſunt qui contēplantur celeſtia: quia tēporalia a ſe diſtantia reputant exigua. In quorū ꝑſona dicit. Eſa.xxxviij. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpiciētes in excelſo. De auaris autē dicit Hiere.xxij. Edificabo mihi domū latam et cenacula ſpacioſa: ⁊ ſequit. Tui em̄ oculi ⁊ cor ad auariciam: a quibus celeſtis domus quaſi procul aſpicitur: ⁊ inde parua contēnitur: cum tamen dicat Baruch.iij. O ꝙ magna domus dn̄i: ⁊ ingens locus poſſeſſiōis eius. Sed ecōtrario celeſtis homo illam domū magnā reputat cuꝫ pſ. Et ego cognoui ꝙ magnus eſt dn̄s. Et iterū. Q̄ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e. Terrena autē eis vidētur parua. Hiere.iij. Aſpexit terrā et ecce vacua erat ⁊ nihili. Tertio male iudicat in cauſa proximi iudicādo ditiorem/meliorem/⁊ honorabiliorē: vt canis ioculatoris melius veſtitum ceteris preeligit. Jacobi.ij. Si introierit in conuentū veſtrū vir aureum anulum habēs ⁊c. Nōne iudicatis apud voſmetipſos/⁊ facti eſtis iudices cogitationū iniquarū? Q̄r autē ſit prauum iſtud iudiciū patet: quia a ſuperiori ⁊ magno iudice quaſſabitur in magnis aſſiſijs. quia Eſaie.xj. Non ſm̄ viſionē oculorum iudicabit: neqꝫ ſm̄ auditū aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes: et arguet in equitate pro manſuetis terre: vt patuit in diuite ⁊ Lazaro. Luce.xvj. Ideo Hieronymꝰ. Nolite iudicare ſm̄ faciem ſicut illi iudicabāt dicētes. Promptuaria eorum plena ⁊c. et ſequit. Beatum dixerunt populum cui hec ſunt. Sed fallit hec opinio: quoniā magis beatus populus cuius dn̄s deus eius. Quarto in cauſa proximi ⁊



ſuſpectus. Proximi quidem cōſcientiā iudicando: ⁊ ſuā nō. Ro.ij. Inexcuſabilis es o homo oīs qui iudicas. In quo em̄ aliū iudicas: teipſum condemnas. Et mirū eſt ꝙ peccata ſua ſibi proxima nō vident contra naturam viſus: ⁊ remota proximi vident. Et hoc iudicium prohibet apl'us per verba propoſita. Nolite iudicare ante tēpus.

D Judiciū humanū. Quō licitū eſt iudicare de ꝓximo.

¶ Mane ad queſtionem ꝓpoſitā tres concluſiones poſuimꝰ: ſupereſt quartā addere cum expoſitione ep'le hodierne. Quarta igit cōcluſio talis erit. De manifeſtis operibus q̄ tn̄ indifferentia ſunt: q̄ bene ⁊ male fieri poſſunt: nō ſine graui pctō pōt fieri certum iudiciū: ſiue mentale ſiue vocale q: tam cito deberent illa iudicari bona ſicut mala: immo iudicia maxime trahi debent in meliorem partem cū iudicat de ꝓximo. Incertū em̄ eſt quo aīo iſta fecit: idō de illis nō eſt certitudinaliter iudicandū: ſed hoc derelinqui debet iudicio dei q̄ oīa nouit. Pōt tn̄ circa hoc haberi aliqua mala ſuſpitio vel aliqđ leue iudiciū: q: hic eſt hūana tentatio ſicut dicit gloſ. hoc tn̄ melius eſſet vitare. Et in tali caſu cuſtodiat ſe homo ne aliū diffamet ꝓpter talem ſuſpitionē. Hanc aūt concluſionem maxime proſequit apoſtolus in epiſtola cū dicit. Nolite iudicare ante tp̄s. Et ꝙ ita ſit probat ſex rōnibus. Prima rō tangit ibi: ſic nos exiſtimet hō vt miniſtros chriſti ⁊ diſpenſatores miniſteriorū dei. Ac ſi diceret: chri-

E Judiciū humanū. Sex rōnes ex ep'la ꝙ non eſt iudicādū de primo

ſtus in hunc mūdū nō venit iudicare. Inde eſt ꝙ de duobꝰ cōtendentibꝰ Lu.xij. dicit. Quis me cōſtituit iudicem inter vos. ⁊ Matth.ix. Diſcite q̄d eſt miām volo.i.hic tm̄modo veni facere miāꝫ ⁊ nō iudiciū: ſꝫ ipſe venit iudicari. Et Jo.viij. Uos ſm̄ carnem iudicatis: ego nō iudico quēq̄. Nos aūt debemꝰ eſſe ſerui eiꝰ ⁊ miniſtri ⁊ diſpēſatores fideles in diſpenſando bona data nobis in honorē ſui: ⁊ ſi nō ſumꝰ tales/tn̄ tales exiſtimari debemꝰ ab hoībꝰ: ideo debemus poſt eū ambulare vt ſimus eiꝰ imitatores. Sed ipſe nō venit hic iudicare ſꝫ iudicari: igit nō debemꝰ proximū iudicare ſed magis patienter hoīm iudicia ſuſtinere: ſicut dicit Ambro. lib. de officijs. Opꝫ eſſe cōtentū grauitate morū ſuorū. Nec ei talis debet eſtimare plus ponderis in alieno eſſe cōuitio q̄ in ſuo teſtimonio. Et ſi querat vtrum quis poſſet iudicare de interioribus cordis alteriꝰ: q: ſcientia inuenta nō eſt inutilis: ſed Ariſto. ſcripſit librū de phyſionomia: ꝑ quē legit in facie hoīs cuius ꝯditionis ſit: ⁊ ad hoc eſt ſcriptura. Prouer.xxvij. Quō in aquis reſplendent vultus proſpicientiū: ſic corda hoīm manifeſta ſunt prudentibꝰ: igit homo pōt cognoſcere occulta cordis alteriꝰ ⁊ de his iudicare. In oppoſitum dicitur.j. Regum.xvij. Homo videt ea que patent: deus autem intuetur c[or]. Et Actuum.j. Tu ſolus noſti corda filiorum hominū. Pro ſolutione queſtionis dr̄. Primo ꝙ homo iudicare

F Judiciū humanū. Utruꝫ q̄s poſſit iudicare de interioribꝰ cordis ꝓximi.

pōt ꝑ phyſionomiā hoīs ⁊ ꝑ opa eius q̄ſi ex quadā cōiectura ⁊ preſumptione de inclinatiōe hoīs. hoc docet ſcriptura.j. Eccli.xix. Ex viſu cognoſcit vir: ⁊ ab occurſu faciei cognoſcit ſenſatus. Et Prouerb.xx. Ex ſtudijs intelligit puer.i.preſumitur. Inde Ariſt. Ethi.j. dicit ꝙ pueros beatificamꝰ in ſpe.i.ex operibꝰ iudicamꝰ futuros bone vite ⁊ felices: ⁊ hoc iudicio preſumptiōis ⁊ cōiecture. Et illa manifeſtatio qua corda dicunt eſſe nota prudētibꝰ: nō eſt niſi quedam notitia ſm̄ cōiecturā: ꝓpter quā nō debet homo ꝓcedere ad iudiciū ſm̄ certitudinem. Siliꝛ habet Mat.vij. ꝙ a fructibus eorū cognoſcetis eos. Et hoc loquēdo de hypocritis qui apparent exterius boni ⁊ interius ſunt mali. de quibꝰ ſaluator cōcedit iudiciū. Sed ꝑ fructꝰ intelligit dn̄s iudicia manifeſta vel pctā: vt videt dicere gloſ. ſuꝑ illud Ro.xij. Manducantem nō iudicet. Et ad vtriuſqꝫ probationē eſt exēplum ex vitis philoſophorū. Nā cuꝫ quidā phyſionomꝰ per arteꝫ ſuā iudicaret de ſingulorū conditiōibꝰ. pinxerūt diſcipuli hippocratis faciem eiꝰ ſuꝑ vino: portanteſqꝫ illi phyſionomo effigieꝫ eius interrogauerunt de magr̄o: q̄ iudicauit eū eſſe furem/latronem/lubricū cum pluribꝰ alijs malis cōditionibꝰ: quibꝰ auditis voluerūt ipſuꝫ verberibꝰ afficere dicentes ipm̄ eſſe mentitum/deceptorem ⁊ fallacem. Et redeūtibꝰ illis cuꝫ interrogati eſſent ab Hippocrate quenā de eo preſagijſſet: ⁊ narraſſent audita quō eum latronem/blaſphemū ⁊ lubricū iudicaſſet. Rn̄dit. Sum: ſed ꝯtineo. Ex quo patet ꝙ de inclinationibꝰ cōiecturare poſſunt per lineamenta ⁊ protractiones figurales faciei hoīs: nō tamē de operibus eius certitudinaliter iudicare. Secūda rō tangit ibi: hic querit inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur: q: qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



alium iudicat debet eſſe immunis a deli-
cto. Ambro. ſuper beati immaculati. ⁊ reci-
tatur. iij. q. vij. Judicet ille de alterius er-
rore: qui nō habet qḋ in ſeipſo cōdemnet:
ne cum de alio iudicat: de ſeipſo ſententiā
ferat. Et dicatur illi qḋ ſcribit Lu. xix. De
ore tuo te iudico ſerue nequā. Sic depre-
henſus eſt Alexander magnus: qui cū in-
terrogaret aliquem Piratam noīe Diome
dem in materia criminis [illegible] furaret naui
culas mercatoꝝ ſuorū ſibi ⁊ ſuo exercitui
eſcas deportantiū: libere multū reſpondit
ꝙ qꝛ furabat paruas naues Pirata dice-
batur: ipſe vō Alexander ſe ita libere re-
prehenſum cōtinuit a vindicta: eūqꝫ ſuum
domeſticū fecit. In hac aūt vita nemo mū
dus a crimine. j. Jo. j. Si dixerimꝰ qꝛ pec-
catū nō habemꝰ: ipſi nos ſeducimꝰ. Unde
G ⁊ hic querit inter diſpenſatores vt fidelis
Judiciū humanū. quis inueniat: quaſi dicat nullus. Nullus
igit ex propria auctoritate debet ſibi de al
tero vſurpare iudiciū. Signū em̄ eſt per-
Signū puerſe mentis eſt de alia re male iudicare. uerſe mentis ſic alterū iudicare. Sap. xvj.
Semꝑ preſumit ſeua ꝑturbata cōſcientia
ſcꝫ de alijs iudicare. Uitium em̄ oculi facit
ipſum male de alijs rebus iudicare. Uirga
recta oculo infirmo videtur curua: oculis
ſanguine plenis videntur celum ⁊ alie res
viſe rubee exiſtentibus in naui mota vidē
tur montes moueri: cū tamen in veritate
ſtent immoti. Sic fumus malitie exiſtens
in oculis mentis mentē ꝑuertit. Sic phre-
neticus in parietibꝰ iudicat eſſe imagines
que tamen ſunt intus in phantaſia ſua in
cerebri concauitate. Sic mali iudicant de
negocijs alioꝝ ſm̄ ſuā malam opinionem
⁊ qḋ in ſe ſentiunt / in alijs eſſe credūt. Ad
hoc eſt exemplum in vitis patrū. Cum ſe-
nex probatiſſimꝰ grauiſſimā ⁊ longiſſimā
incurriſſet infirmitatem: nec haberent fra
tres vnde ei ſubuenirent: quedam ancilla
dei habitans in ciuitate rogauit patrem
monaſterij vt eius curam ei committeret.
Qḋ cum feciſſet ⁊ ad eius cellam deporta
tum reuerenter tractaret: ⁊ neceſſaria ei lo
co chriſti miniſtraret: ⁊ hoc per triennium
hoīes corporei mente ceperunt male iudi-
care de ſene ⁊ virgine. Senex hoc audiens
rogabat deū vt virgini retribueret ⁊ ſuſpi
tionem tolleret. Cūqꝫ in eius obitu multi
fratres conueniſſent: rogauit eos vt bacu
lum ſuū ſupra ſepulcrū ſuū plantarent: di
cens ꝙ ſi radices miſerit ⁊ fructum fecerit
ꝙ ſcirent cōſcientiā ſuam mundā a famu-
la dei. Qḋ cum factum fuiſſet eo mortuo
baculus fronduit ⁊ floruit ⁊ ſuo tp̄e fru-
ctum fecit: ⁊ ſubdit Hiero. Ad hoc miracu
lum multis de vicinis vrbibus venienti-
bus: noſipſi vidimus miraculū: ⁊ cū ipſis
glorificauimus deū. Tertia ratio tangit H
ibi. Mihi aūt pro minimo eſt vt a vobis Judiciū humanū.
iudicer aut ab humano die: qꝛ rationabi-
lis homo nō debet tp̄s ſuū occupare in re- Judicare de occultis ſimile ꝙ dānoſum.
bus inutilibꝰ ⁊ nullius valoris: alioquin
fatuus reputaret: ſed iudicia humana de
proximo in rebus incertis / dubijs / aut oc
cultis nullius ſunt reputatiōis apud deū:
⁊ hoīes: propter qḋ dicebat Paulus. Mi-
hi aūt pro minimo eſt vt a vobis iudicer.
id eſt non multum curo de iudicio veſtro.
Sententia em̄ a nō ſuo iudice lata nō te-
net. Geñ. xlix. Dan iudicabit pplm ſuū nō
alienū: igit nō debet homo facere iudicia
iſta cum ſint temeraria ⁊ inutilia. Minor
aūt huius rationis patet: qꝛ tales iudicāt
cito ⁊ indiſcrete ⁊ inaudita parte. Propter
qḋ vulgo dicitur: de fatuo iudice procedit
breuis ſententia. In quo iudicio deus ha-
bet magnū intereſſe: qꝛ talis ſepe iudicat
qḋ dei eſt / eſſe diaboli: ſicut qui deuotū ho
minem iudicat hypocritā. Deus autē ab
illa ſententia appellat: ⁊ ſemel dicet. Ma
le iudicatum ⁊ bene appellatum. Primo qꝛ
hoc iudiciū fit ſine examinatione teſtiū: ſcꝫ
cōſcientie proximi ⁊ dei quem te non licet
examinare. Cum ei quidā monachus bea-
tum Baſiliū iudicaret eſſe ſuperbū: qꝛ ma
gnum apparatū in epatu ſuo videbat ha-
bere: dictum eſt ei ab angelo ꝙ de eo non
iudicaret: qꝛ plus delectabat monachus
ille iudicans in ſuo cucullo q̄ ille in ſuo or
natu. Secūdo qꝛ de incertis iudicant tāqꝫ
de certis: qꝛ qui hodie optimꝰ eſt: cras for-
ſitan fiet peſſimꝰ. j. Cor. x. Qui ſtat videat
ne cadat: ⁊ econuerſo: qꝛ hodie peſſimꝰ eſt:
cras pōt fieri ſummꝰ: vt Paulus qui deo
operante factus eſt de Saulo Paulus: de
lupo agnus: de perſecutore predicator: ⁊
Mattheus de teloneario euangeliſta: ecō
trario Judas de apoſtolo diabolus. Ro.
ix. Uaſa ire apta in interitu fecit deꝰ vaſa
glorie que preparauit in gloriā. Tertio qꝛ
qḋ optime fit deo iudicante iudicio hoīm
male fit: vt factū Oſee ſumēdo fornicariā.
Oſee. j. Et factū Samſonis ſumendo de fi
liabus Philiſtinoꝝ. Quarto qꝛ beate trini



tati iniuriā faciunt eius potentiā / cogni-
tionem / ⁊ clementiam vſurpando: colligē-
tes mala in vaſis ſuis ⁊ bona foras mittē
tes cōtra doctrinam chriſti. Quinto qꝛ ſic
iudicando laqueū ſibi acquirunt damna-
tionis. Sufficit vnus laqueus ad ſtrangu
landam auem: ⁊ vnū foramen ad ſubmer-
gandum nauem: ⁊ vnū malū iudiciū ad ſe
damnandū. Lu. xviij. Phariſeus alium iu
dicans: licet gulam / cupiditatē / ⁊ alia ma
la obturaſſet: vnico tamen iudicio ſe preci
pitauit. Stultū em̄ eſt habenti mortuum
ſuum ire ad flendum alienū. Sexto qꝛ mo
re capre ioculatoris ſtulte iudicant: qꝛ me-
lius veſtium parentibus ⁊ amicis excelſio
rem vrbis iudicant: nudum vō talibus ni-
hilū. Fatuus eſt aūt qui empturus equū
nō magis conſiderat equum q̄ ſellam vel
frenū. Sic qui hoīem ex veſte precioſa vel
exteriori cōuerſatione conſiderat: qꝛ frenū
ex auro non meliorat equū: ⁊ ſub vili ſar-
pilena latent merces precioſe: ⁊ ſub pictu-
ra aurea lignum putridum. Quarta ratio
tangitur ibi: ſed neqꝫ meipſum iudico. Ni
hil mihi conſcius ſum: ſed nō in hoc iuſti-
ficatus ſum. Et ſic formari pōt ratio. Nul
lus alius a deo me ſic poteſt iudicare ſicut
ego: qꝛ nullus ſic me nouit ſicut ego: ſꝫ ego
me nō poſſuꝫ bñ iudicare. i. aſſerere eſſe iu
ſtum: qꝛ nihil mihi cōſcius ſum. i. nullius
peccati cōſcientiam habeo de quo nō pe-
niteam: aut de quo remordeat cōſcientia:
vel quod cōmiſiſſe credam: nec ꝑpter hoc
iuſtificatus ſum. i. iuſtus apud deū. Pſal.
Delicta quis intelligit. q. d. nullus: ꝑpter
hoc rogat ab occultis meis munda me. Et
tamen nō habere remorſum cōſcientie ali
cuius criminis eſt argumētū maius ꝙ ho
mo poſſit habere ī hac vita de iuſtitia ſua:
ergo a fortiori nec alius. Exemplū ad hoc
de ſancto eremita Agathone qui veniens
ad extrema vite ſtetit tremens ⁊ īmobilis
⁊ cū a fratribꝰ ei diceret. Tu times pater.
ait. In veritate timeo. Et cū iterū ei dixiſ-
ſent fratres. Nūquid cōfidis in operibus
tuis? Reſpondit. Nō vtiqꝫ: ſed in dño meo
qꝛ alia ſunt hoīm / alia dei iudicia. Quid
ergo querimus de alioꝝ cōſcientia iudica
re: qui de noſtra nō poſſumus? Chryſoſto
mus. Sic cupiditate iudicandi iudex eſſe
velis: ſedem ego tibi oſtendam que ma-
gnū queſtū tibi cōferet: ⁊ nulla criminis
ſorde maculabit. Sedeat mens atqꝫ cogi
tatio tua iudex in aīam: atqꝫ cōſcientiam
tuā adducas oīa delicta: ſcrutare ⁊ ſingu-
loꝝ penas: ⁊ dicas tecū aſſidue: quare hoc
atqꝫ hoc feciſti? Et ſi querat. Utrū hō po-
teſt iudicare de occultis cordis ſui? Et vi-
detur ꝙ nō: qꝛ dicit apl's in ep'la hodier-
na, neqꝫ meipm̄ iudico: vbi gloſ. Periculo-
ſum eſt nobis de occultis cordis noſtri vel J
alioꝝ iudicare. Tanta enim ꝓfunditas cre Judiciū humanū. Quō pōt qs iudicare de occultis cordis ſui.
denda eſt in ip̄o hoīe: que etiā lateat ip̄m
hoīem. Et hoc [illegible] endit p Petrū qui dixit.
Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te: ego
nūq̄ ſcandalizabor: qui tñ ſcandalizatus
eſt. Ad oppoſitū. j. Cor. ij. Quis ſcit hoīm
q̄ ſunt hoīs: niſi ſpūs hoīs qui in ipſo eſt.
Si ergo ſciat q̄ ſunt in ipſo: de ipſis pote-
rit iudicare. Scḋo ibidē ḋr ſpūalis homo
oīa iudicat: igit. Rñdet Alex. de Hall. in
ſcḋa pte ꝙ duplex eſt iudiciū: quoddā exa
minatiōis quo pōt ⁊ dꝫ hō iudicare occul
ta cordis ſui pñtia ⁊ preterita. iuxta illud
j. Cor. xj. Si noſip̄os iudicaremꝰ: nō vtiqꝫ
iudicaremur. Aliud eſt iudiciū diffinitio-
nis de re pñti: ⁊ de re futura: qñ qs diffi-
nitiue ſentētiat. Si de re futura aut de eo
qḋ ꝑtinet ad fragilitatē ſuā: vt eſt labi in
pctm̄ vel eſſe variabilem: ⁊ ſic de alijs: ⁊ ſic
ſatis de ſe certā poteſt proferre ſententiā.
Aut eius qḋ ꝑtinet ad virtutē: vt ꝙ tunc
ſit bonus vel virtuoſus: ⁊ ſic vix aut nūq̄
pōt de ſe ferre ſniam. Hiere. xvij. Prauū
cor hoīs ⁊ inſcrutabile: ⁊ qs cognoſcet il-
lud? Ego dñs ſcrutās corda. Tante em̄ te-
nebre poſite ſunt ſuꝑ faciem abyſſi. i. cor-
dis humani: vt nec etiā hō propriā poſſit
ſcrutari cōſcientiā. Prouerb. xx. Quis pōt
dicere mundū eſt cor meū: purꝰ ſum a pec-
cato. ⁊ poſt pauca. Quis hoīm pōt intelli
gere viā ſuā? Si de pñti fiat iudiciū diſcre
tionis: aut quantū ad factū ⁊ opus: ⁊ ſic
certā pōt dare ſententiā ꝙ opus factū eſt
bonū malum vel indifferens. Sic quo ad
perſonam an ſit bona an mala poteſt iu-
dicare ꝙ ſit mala: ſed nō diffinitiue de bo
no: niſi hoc fuerit a domino datum ſpecia
liter: ſicut quādo dixit apoſtolus. Certus
ſum ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita neqꝫ preſen-
tia neqꝫ futura ſeparabunt nos a charita
te que eſt in chriſto Jeſu. Dicitur ſecūdo ꝙ
ſpiritualis homo iudicat oīa que ad ſalu-
tem ſuā ꝑtinent ſufficiēter iudicio exami-
nationis. Nec eſt ɔ̄triuꝫ ei qḋ dixit apl's.
Sꝫ neqꝫ meip̄m iudico. i. nō me diffinio eē

bonum: etiã ſi nõ habeã conſcientiã ma⸗
li. Poteſt tamẽ homo habere certitudinẽ
cõfidẽtie de futuris: ⁊ ſi nõ certitudinẽ iu
dicij. iuxta illud. j. Joan. iij. Si cor noſtrũ
nõ reprehẽderit nos: fidutiã habemus ad
deum ꝙ quicqd petierimꝰ accipiemꝰ. Uel
bis iudicer/ aut ab humano die. ſed neq;
meipſum iudico. Qui autẽ me iudicat dñs
eſt. Quaſi diceret illud Eccleſ. viij. Ego os
regis obſeruo. i. timeo iudicium dei in quo
iudicabit: et ꝓferet ſniãm contra malos: et
ſua vereor cõſilia: nõ impiorũ qui detrahũt
iudicãt/ et obloquũtur. Illa eñ non obſer-
uo nec curo. ¶ Tertiũ conſilium eſt qđ debe-
mus tegere quãdo tp̃s eſt: ⁊ poſſumus de-
tegere opportunitate occurrente. Et primo
ſunt opa noſtra bona que a ſpũ ſancto ꝓce-
dunt q̃ eſt ſpiritus cõſilij: ⁊ illa debemꝰ te-
gere ⁊ abſcõdere. Primo vt femella pauo-
nis abſcondit oua a pauone querẽte illa vt
ſue vacet libidini. Et ideo dr̃ i figura Mat-
thei. ij. ꝙ Maria fugit in Egyptũ: ne He-
rodes occideret puerũ. i. ne diabolus face-
ret perdi meritũ operis. Sed multi ſunt vt
ſtruthio. de quo Iob. xxxix. Derelinq̃t oua
ſua in terra: et poſt obliuiſciꝛ ꝙ pes concul-
cet ea: aut beſtia agri cõterat. Secundo vt
ſemen ne volucres celi. i. ne adulatores cõ-

G
Subli-mare. Diffe-ter ſu-limat et ele-uat mũ-dus ⁊ deus.

H
Abſcõ-dere. Debe-mꝰ ab-ſcõdere bona noſtra miſeri-cor.



ſumãꝛ. Matth. xiij. et Mar. vj. Attendi-
te ne iuſtitiã veſtrã faciatis corã hominibꝰ
Tertio vt lumen in manibꝰ ne vẽto inanis
glorie extinguaꝛ. Iob. xxxvj. In manibus
abſcondit lucẽ. Quarto vt trutãnus p̃mã
eleemoſynã vt aliã accipiat. Et ideo Luce
xviij. Phariſeus iactãs ſe de bonis operibꝰ
ſuis nõ habuit eleemoſynã ſed Publicanꝰ
Quinto vt theſaurus in via propter latro-
nes Grego. Depredari deſiderat: q̃ theſau-
rum publice portat in via. Sexto vt quis
nares ab anhelitu leproſi ne corrumpatur.
In figura huius Exo. iij. Manꝰ Moyſi in
ſinu eius erat ſana: extracta leproſa ⁊ alba
vt nix q̃ modico tactu exterminatur. Sed
quidã vt negociatores ad feneſtrã nobilita-
tem et ſciam oſtendunt. vnde pꝫ ꝙ eã ha-
beant advendendũ: qualis putabaꝛ ille cui
dicitur Iob. xxvj. Prudentiã oſtẽdiſti plu-
rimã. Septimo vt denarius a malis paga-
toribus. qꝛ ſm Grego. valde bona ſua vili-
pendunt: qui ad remunerationẽ hominem
ſufficere credũt. Scđo celanda ſunt cõſilia
et ſecreta ſocialia amicorũ quando tp̃s eſt.
Nam Prouerb. xj. Qui ambulat fraudulẽ-
ter reuelat arcana: qui aũt fidelis eſt celat
amici cõmiſſum. Sicut eñ celũ celat et oc-
cultat nobis gloriã: ita ꝙ eã nõ videmus:
licet ab eo multas cõſolationes recipiamꝰ:
ſic debet celari cõſiliũ vt nõ videatur et vt
a conſiliario conſolatio reportet. Et in hoc
adhibẽda eſt bona cuſtodia cordi: vt ſit ſic-
ut illud de quo Eccli. xxij. Cor cõfirmatum
in cogitatione cõſilij nõ diſſolnetur. Sicut
aũt ſera nõ habẽs bonas gardas nõ bene
firmari poteſt: ſic nec cor hoĩs habẽs malã
gardam. i. malam linguã. Et quẽadmoduꝫ
de re diſſoluta videtur interiora: ſic in cor-
de non habẽte bonã ſeram lingue videtur
oĩa que intus latent. Tale fuit conſiliũ dñi
noſtri Ieſu Chriſti ſuper ſalute generis hu-
mani qđ fuit ſacramentũ abſconditũ a ſe-
culis. Sacramẽtũ illud de quo angelus ad
Tobiã eiuſdẽ. xij. Sacramentũ regis abſcõ-
dere bonũ eſt. Et ꝓpterea dicebat Paulus
Nolite iudicare ante tẽpus quoaduſq; ve-
niat dñs. Erit eñ tũc tẽpus reuelandi oĩa
abſcõdita: et oĩa cõſilia cordiũ: nõ aũt nũc.
¶ Quartum conſiliũ qđ debemus detege-
re eſt conſiliũ diaboli/ mala deſideria/ cogi-
tationes praue in confeſſione. Si aliquis
diceret mihi in cõſilio ꝙ vellet me occidere
nõ deberẽ illđ celare: ſed deberẽ illđ dicere

I
Pctm̃.
Detege-re debe-mꝰ pctã

illi q̃ poſſet mihi ſuccurrere. Sic qñ diabo-
lus mihi cõſulit pctm̃: debeo ſacerdoti illđ
dicere. Eccli. xxv. Qñ ſpecioſũ ẽ preſbyteris
cognoſcere conſiliũ. Talibus eñ [.] confeſ-
ſio facienda. Sed mirũ eſt ꝙ aliqui ſciẽter
eligũt malos cõſiliarios ⁊ ignorãtes. Mi-
rabile eñ eſſet ꝙ quis q̃reret viam a ceco:
et certe talis male dirigeretur. Unde debe-
mus detegere peccata noſtra: nec ea abſcõ-
dere. Primo ſicut nec ignẽ. Ignis eñ in ſtu-
pis cito inflãmat [.]et totum comburit: nec
poſtea facile extinguitur. Sic nec pctm̃ diu
abſconditũ. Prouerb. vj. Nunq̃d poteſt q̇s
abſcondere ignẽ in ſinu ſuo: vt veſtimenta
eius nõ ardeant? Secũdo ſicut nec latroci-
nium poſitum in domo ſua. Tales eñ ſunt
rei ſicut ipſi fures. Iob. xxxj. Si abſcondi
ſicut hõ pctm̃ meum: et celaui in ſinu meo
iniquitatẽ meã. Tertio ſicut nec infirmita-
tatẽ. Que eñ in principio ſanari poteſt fa-
ciliter: diu abſcondita ſit inſanabilis. Pro-
uerb. xxviij. Qui abſcondit ſcelera ſua non
dirigeꝛ: qui autẽ confeſſus fuerit ea miãm
conſequeꝛ. Iſta bene cõſiderauerat Pſal. q̃
ait. Delictũ meum cognitũ tibi feci: et iniu-
ſtitiam meã non abſcõdi. Et certe ſi nũc nõ
detegamus ea: veniet dñs in iudicio et ad
confuſionẽ noſtrã illuminabit tunc abſcon-
dita opera tenebrarũ: et manifeſtabit con-
ſilia cordiũ. Tunc enim vbi erit laus bonis
a deo: erit nobis confuſio inexplicabilis: ſi
inueniamur cum peccato abſcondito. Hec
predicta ſunt que debent diſcere ſcholares
in iſta vniuerſitate ⁊ opere complere. ⁊ tũc
de ea v̇ificabiꝛ illud Pſal. Adiuuabit eam
deus vultu ſuo: deus in medio eius nõ cõ-
mouebitur. Quõ eñ in medio veteri vniuer-
ſitatis cõmoueretur dñs: vbi de ignorãti-
bus generãtur ſciẽtes: de aſinis hoĩes. Dat
eñ bona mr̃ ſuis alũnis butyrũ et mel: vt
ſciant reprobare malũ et eligere bonũ. Et
hoc faciũt boni filij/ non adulterini.

in con-feſſiõe multi-pliciter

¶ Sermo Quintꝰ Tertie dñice aduẽtus. et
in ordine. xxvij. per thema euangelij.

BEatus q̃ non fue-
rit ſcãdalizatꝰ in me. Matth. xj.
In p̃ſenti aduẽtu nõ ſine cã reci-
taꝛ q̃ ptinẽt ad laudẽ regꝭ aduenientis. Et
qꝛ laus p̃curſoris laus ẽ regꝭ. Glioſus eñ
eſt deꝰ i ſctis ſuis. Idõ in hac tertia dñica le-
gitur euangelium in quo laudaꝛ eius pre-
curſor in cuius laude continẽtur quatuor

A
Ioan-nes ba-ptiſta. De lau-de Ioã-nis ba-ptiſte ſm q̃tu-or virtu-tes car-dinales.

cardinales virtutes. Primo fortitudo:cum
negatur arūdini ſimilis. Scḋo tēperantia:
cū ab eo mollicies veſtium remouetur. Ter
tio pru[illegible]a:cū dicitur eſſe pluſꝙ̄ prophe-
ta. Quarto iuſtitia:cū dicitur eſſe angelus
miſſus ad preparandū viā ante chriſtū. Ad
iuſtitiā em̄ pertinet fidele miniſteriū. Mat
thei.iij. Sic decet nos implere oēm iuſtitiā
He virtutes ſunt vere diuitie:qꝛ ab his ha
bet homo precioſitatē ſuā. Se em̄ habēt in
hoīe ſicut virtutes in g[illegible]is:que nulliꝰ pre
cij ſunt ſine virtutibꝰ. Plus em̄ valet vnꝰ
lapis precioſus ꝙ̄ multi magni cōmunes.
Sic vnus hō habēs virtutes iſtas ꝙ̄ mul
ti nō habentes. Eccli.xvj. Melior eſt vnus
timens deū ꝙ̄ mille filij impij. Scḋo qꝛ ab
hmōi habet homo ꝙ temporalia ſint ei bo
na. Seneca. Nihil eſt homini bonū ſine ſe
bono. Tēporalia ei qui nō habet gratiam
ſunt materia infirmitatis et ruine:ideo nō
ſunt ei bona: ſicut ſanguis nō eſt bonꝰ ho-
mini qn̄ eſt ei infirmitatis materia. Ei aūt
qui habet gratiā ⁊ ſm̄ gratiam ipſam illis
vtitur:bona ſunt tēporalia. Indigentes er
go iſta gratia ad illā recurramus cuius me
dio acquiritur dicentes Aue.

¶ In hoc ſermone dicetur ſm̄ euangelium
quō dn̄s duo deſtruit ſcādala. Primo ſcan
dalū euacuat diſcipulorū Joānis qui in eo
erāt ſcādalizati. Scḋo aufert ſcandalū po-
puli ꝗ poterat ſcādalizari de doctrina Joā
nis. ¶ Quia igitur diſcipuli Joānis nō cre
debāt de chriſto ꝙ eſſet filiꝰ dei: immo nec
ꝙ maior ipſo Joāne:ideo hoc vidēs Joan
nes cum eſſet in vinculis Herodis miſit ad
eū diſcipulos ſuos ad tollēdū ſcandalū ip-
ſum. In quo notatur ꝙ qui curijs regū et
principum deſeruiūt/ſunt oēs in vinculis:
nec audēt profiteri veritatē. Cū Achior lo-
cutus eſt veritatē in cōſpectu Holofernis:
irati ſunt oēs magnates ipſius. Judith.v.
Et ideo Eccli.xxxij. Docētur aulici qd age-
re debeant:vt inde aliquod officiū aut ali-
quā bonā penſionē conſequātur. Audi (in-
quit) tacēs ſimul ⁊ querēs: quia niſi quere
ret nihil haberet propter multitudinē que
rētiū. Et ſequitur. In medio magnatorum
loqui nō preſumas: qꝛ loquēdo forſitan ni
mium diceret de veritate. Eſt enim veritas
aqua que mixta vino mēdacij quo potātur
maiores:ſepius reijcitur. Pſ. Veritas de
terra orta eſt.ſ.cordis nr̄i: ſicut fons de ter
ra oritꝰ. Fuit aūt Joānes in vinculis poſitꝰ

B
Vincu-
la.
Exiſten
tes i cu
rijs ple
rumqꝫ
ſunt in
viculis
ne di-
cāt veri
tatem.

duplici de cauſa. Prima fuit occaſionalis/
ſcꝫ correctio Herodis:non quidā in palā fa
cta/ſed ſepiſſime clam et in occulto. Secun
da fuit principalis quam tāgit Joſephus:
ne populꝰ eū exaltaret in regē. Poterat em̄
dicere Herodes. Forte iſte ad quē ſic cōcur
rit populus eſt ille quē pater meus voluit
zelo regni interficere:⁊ nō potuit ſꝫ euaſit.
¶ Multiplicia aūt vincula inueniūtur qui
bus ligatur Joānes.i.quilibet homo. Pri
ma ſunt vincula nature.ſ.penalitates ⁊ mi
ſerie quas natura nobis īfligit. Et ſm̄ Au
gu.compedes ⁊ vincula iſta magis aggra-
uat homo quanto diuitias vltra neceſſaria
ſibi magis accumulat. Qui em̄ multa poſ-
ſidet:in multas miſerias īcidit vt apparet
in regibus ⁊ principibus. Secūda vincula
ſunt vincula chriſti precepta.ſ.quibus non
ſolū vinculatus erat Joānes:ſed etiam do
ctrina ſua ⁊ vita ceteros ꝓ viribus alliga-
bat. Hec nō ſunt rūpēda:quia nō ſunt vin
cula ſeruitutis:ſꝫ potius ſanitatis quibus
vulnera ligātur peccatoꝝ. Eccli.vj. Vincu
la illius alligatura ſalutaris. Et ideo ꝗ vin
cula iſta diſrūpit: ſignū ē ꝙ furioſus ſit vel
demoniacus:ſicut ille de quo Luc.viij. Ru
ptis vinculis agebatur a demonio in deſer
tū. A diabolo enim et cōtra rationē eſt iſta
preceptoꝝ fractura. Pſ. Ad alligandos re-
ges eoꝝ in cōpedibus. Quibus voluit Joā
nes alligare regē Herodē nec potuit. Sic-
ut em̄ vincula materialia ligāt hominē ne
poſſit ire quo velit:ſic precepta mentem ne
poſſit ire poſt ꝯcupiſcētias ⁊ deſideria ſua.
Tertia vincula ſunt pctōꝝ vincula:de qui-
bus Pſ. Funes peccatoꝝ circumplexi ſunt
me:et hec ſm̄ vitioꝝ varietatē multiplican
tur. Quidā em̄ vinculātur cupiditate: que
ligat cor et burſam. Diues em̄ qui pauperi
denegat eleemoſynā: nōne corde ⁊ burſa li
gatur:nonne ipſe eſt Joannes in vinculis?
Nec ſolū cor ⁊ burſam ligat:ſed etiā quan-
doqꝫ os:qꝛ ꝓpter officia ⁊ beneficia quidā
ſic vinculātur ꝙ cū magnatibus deberent
dicere veritatē/ tacēt: habētes ſicut catulꝰ
os in ore ad rodendū: ꝓpter qḋ loqui non
audēt:et ibi inuenitur Joānes in vinculis.
Non ſic Joānes qui ꝓpter veritatē regi di
ctā vinctus eſt materialibus vinculis. Li-
gātur em̄ cupidi ſicut aſini mercatorū:qui
capiſtris ſuis qn̄qꝫ taliter inuoluūtur ꝙ a
comedēdo coercētur. Ita vinculū tenacita
tis ⁊ auaritie ſic homīes ligat; ꝙ de bonis

C
Vincu
la.
Multi
plicia
ſunt vi
cula q̄
bus li
gaꝛ Jo
annes
id eſt q
libet ho
mo.



ipſis ad ſatietatē comedere non ſunt auſi.
Non ſic Paulus qui dicebat. Ephe.vltio.
pro quo legatione fungor in catena iſta:ita
vt ipſo audeā prout opꝫ me loqui. Aliquā-
do vinculantur carnalitate que ligat corpꝰ
et carnē:in Samſone ligato a Dalila figu-
rati:qui tondentur per depaupatiōnē: ce-
cātur per obſtinationē:incarcerant ꝑ malā
conſuetudinē. Eccles.vij. Inueni amariorē
morte mulierē: vīcula ſunt manꝰ illiꝰ. His
vinculis nō erat alligatꝰ Joannes:quibꝰ li
gatur leno cū meretrice ſua:ſicut maſtinus
cū liciſſa:ſꝫ vt diſſoluere vincl'a illa meretri
cia/alligatus eſt. Alij tepiditate vīculātur
⁊ pigritia.de quo Matt.xxij. Ligatis pedi
bus ⁊ manibꝰ mittite eū ⁊c.. Sicut em̄ hō
ligatꝰ non pōt ſe mouere nec fugere/ nec la
borare:ſic ꝗ vitio deſidie ſunt ligati ad nul
lū bonū opus ſe mouere pn̄t. Qui eni ſtertit
in lecto nec venit ꝓut debet ad dei ſeruitiū
Nōne Joānes eſt in vīculis? Prelatꝰ ludēs
ad tallos/nec faciēs ad qḋ tenet: nōne ipe
eſt Joānes in vinculis? Artifex qui artē ſuā
nō exercet vt comedat panē ſed ludit ⁊ ine
briatur:nōne ipſe eſt Joānes in vinculis?
Et generaliter cū aliqua gr̄a aliquo vincu-
lo carnis mūdi vel pctī ligata tenet ne ꝓfi
ciat:tunc Joānes in vinculis tenet: vt nūc
in pluribꝰ locis videmꝰ. Roma.j. Qui veri
tatē dei in iniuſtitia detinēt. Hec aūt vincu
la quādoqꝫ ſunt ſoluenda/ qn̄qꝫ rūpenda:
qn̄qꝫ preſcindēda. Hiero. Si nō potes ſol-
uere/rūpe. ſi nō potes rūpere:incide. Si in
preſenti ruperis vincula culpe: rūpētur in
futuro vincula pene. Soluta vincula ma-
nent integra ⁊ adhuc pōt quis illis ligari.
Rupta vero nō ſunt apta ad ligandū:niſi
reuniātur partes et innodētur:pciſa vero i
minimas ptes oīno ſunt ad ligandū inuti
lia. Soluit homo a pctīs/cū ea ad tempus
dimittit:ſed ſemꝑ remanet iclinatio ⁊ prō-
ptitudo ad peccandū qua facile iterū liga-
tur. Rūpunt autē cū per cōtraria oꝑa pec-
catis quodāmodo deſtruit conſuetudo : ni
hilominus opibus bonis derelictis reno-
dantur:⁊ ſic iterū ligāt hoīem. Sed cū con
ſuetudine bonorū operū totaliter diſſoluit
cōſuetudo cōtraria pctōrū: tūc pſcindūtur
pctā in minutias: vt nihil remaneat quod
amplius ligare poſſit. Et valde vituperabi
le eſt talibus vinculis hoīem arctari : quia
vincl'a pctōꝝ ſunt tele aranearū. Eſa.xxix.
Telas aranee texuerunt; que nō dicam pul

D
Vincl'a
Vincl'a
pctōꝝ
ſunt ſol
uenda/
rūpen-
da/ vel
preſcin
denda.

ſu aut aliquo diſtractu ſed ſola voluntate
rumpūtur. Quis autem dubitaret eis poſ-
ſe teneri inuitum? Qui autem ſe tenere eis
patiuntur non dubium eſt eos n[illegible] eſſe mu
ſculis fortiores. Et valde erubeſcendum eſt
homini filis aranearū vinctum teneri : nec
ab hiſ ſe explicare:aut ea diſrumpere poſſe
Non enim fortitudine vinculorum tenetur
ſed infirmitate et peruerſitate voluntatis:
⁊ tādē ab araneis diabolicis tales ſe deuo
rari patiunt. ¶ M[illegible]it autē duos ex diſcipu
lis ſuis vt interrogarent eum. Tu es ꝗ ven
turus es ⁊c. Non ꝙ dubitaret de chriſti ad
uentu ad inferos:licet hoc velit Gregoriꝰ:
ſed magis ad tollendā dubitationē ſuorū
diſcipulorū:qui pro magiſtro ſuo zelantes
inuidebāt chriſto. Unde Joāni dicūt illud.
Joā.iij. Rabbi qui erat tecū trans Jorda-
nem.cui tu teſtimoniū perhibuiſti : ecce hic
baptizat:et oēs veniūt ad eum:ſicut ⁊ Jo
ſue zelauit ꝓ Moyſe. Nūeri.xj. Cum Hel-
dab ⁊ Meldab ꝓphetarent in caſtris:licet
enim Heliſeus.iiij.Reg.ij. nō dubitauerit
Heliā in celū raptū: tamen ad tollendā du
bitationē filiorū prophetarū et ad inſtātiā
eorum miſit qui quererent Heliā in mon-
tibus. Mirabile enim eſſet ꝙ tantus pro-
pheta ⁊ pluſꝙ̄ propheta neſciuiſſet ꝙ alij
prophete priores viderunt:vt de Zacharia
eiuſdē.ix. Tu aūt in ſanguine teſtamēti tui
emiſiſti vinctos de lacu in ꝗ nō erat aqua
ideſt de inferno. In hoc ſunt ſimiles Joāni
multi:qui in latitudine ꝓſperitatis ambu-
lantes:bene dicunt veritatem:ſed in carce-
re et ꝑiculis aduerſitatis poſiti nō audent
eam profiteri:ſicut Joannes in latitudine
deſerti oſtendit chriſtū venturum et digito
demōſtrauit:in carcere vero poſitus viſus
eſt dubitaſſe. Petrus in proſperitate pala-
cōfeſſus eſt chriſtū eſſe filium dei:qui in do
mo Anne negauit. Duo autē diſcipuli miſ
ſi ad inueſtigandū veritatē de chriſto/ poſ-
ſunt dici abſtinentia ⁊ deuotio orationis.
De abſtinentia dicitur. Eccles.ij. Cogitaui
in corde meo abſtrahere a vino carnem me
am:⁊ animū meum transferrem ad ſapien
tiam. Et in Daniele ſimiliter legit de pue-
ris:qui propter abſtinētiam parati fuerūt
omnem ſuſcipere ſapientiam. Danielis.j.
De oratione dicit Auguſtinus ꝙ oratione
melius ſoluūtur dubia ꝙ̄ inꝗſitiōe aliena.
¶ Reſpondit Jeſus. Ite renūtiate Joanni
que vidiſtis ⁊ audiſtis. Illa enim teſtimo-

E
Mira-
cula.

Mira- cla chri- ſti vera ſcʒ ꝙ ce ci vide- ant/ſur di audi ant ⁊c. quō effi giat mū dus.

nium perhibent de me. Ceci vident ⁊c. Hec autem miracula que realiter operatus eſt chriſtus: nunc velut ſimia effigiat mūdus. Nam apud mūdanos ceci in ſpūalib⁹: opti me vident in tēporalibus: quia ꝗ nihil ſciūt de his ꝗ ad ſalutē anime pertinēt: bene tē poralia dirigūt. Talpa infra terrā exiſtens ſe bene dirigit: extra vero nihil oīno agere nouit. Sic multi in terrenis habiles: de ce leſtibus nihil curāt. Multi aduocati bene ſciunt proceſſus dirigere: cū autem ad mor tem venerint iam pene in aliud ſeculum po ſiti: de ſua ſalute nihil oīno procurare ſciūt. Secundo ſurdi audiunt. Surdus em̄ eſt in cauſa pauperis iudex vel aduocatus: ꝗ ad ſonitū auri vel argenti ꝓtinus audit: et in iniuria optimū intelligit ius. Tertio claudi ambulant: qui quidem duplices ſunt. Qui- dam ex vtraq; parte claudicant: vt adula- tores qui ad vtrāq; partē tendūt: nunc ſen tentiā pro vna parte proferētes ⁊ dicētes: hic bn̄ nobiſcū: nūc ex alia ſiłr: quaſi vulga- ri ſermone dicētes. Il fait bon deca: il fait bon dela. Iſti raro curantur aut recte ince dunt: niſi forte ponaꝶ emplaſtrū in aurib⁹: ita vt eis denegetur auditus ſiue claudaꝶ auris audientiū ad blanditias eorum. Alij ſunt ex vno latere claudi: qui q2 in iure ſuo claudicant: data iudici pecunia ſtatim recte incedunt. Quarto mortui reſurgunt. i. qui deberent morti adiudicari ꝓpter eorum fo refacta reſuſcitātur per pecuniā. Inde ē ꝙ malefactores nō cito puniūtur nec cito in eos vindicaꝶ: quia forte iterim veniūt ami ci non ſolum hoīes ſed denarij aurei vt pro eis intercedant. Propter qđ abſq; vllo ti- more mala vbiq; facile ꝑpetrantur. Eccles viij. Quia nō cito ꝓfertur cōtra malos ſen tentia: filij hoīm abſq; vllo timore perpe- trant mala. Quinto paupes euāgeliʒantur eo ꝙ diuites raro audiūt aut ſequūtur euā gelium ſed magis paupes. Sermo enim dei vt frequentius auditur a pauperibus: et magis in eo proficiunt ꝙ̄ a diuitibus. Primo quia pauperes liberiores ſunt a cu ris huius ſeculi: ⁊ alterius felicitatis faci- lius inueſtigatores: cum hic ſint in ꝯtinua miſeria: vbi diuites preſenti vtuntur felici- tate. Hinc Tobias eiuſdē. ij. Filij ſanctorū ſumus: ⁊ vitam illam expectamus: quam deus daturus eſt his qui fidem ſuā nunq̄ mutant ab eo. Inde eſt ꝙ Mat. xix. cū au diſſet adoleſcens verba chriſti de ſequen- do eum relictis omnibus: abijt triſtis ⁊ me rens: vbi pauperes piſcatores relictis om- nibus ſecuti ſunt eum. Hoc tamen dixit do minus diſcipulis Ioānis: vt ſe oſtēderet il lum eſſe Meſſiā in prophetis ꝓmiſſum: de quo longe ante ꝓphetauerat. Eſa. eiuſdeʒ. xj. pauperib⁹ euangeliʒare miſit me. Se- cundo quia de paupere pauperes loquunꝶ diuites nūq; libenter audiūt loqui de pau peribus: chriſtus autem ē pauper: ideo nō libenter audiunt loq̄ de chriſto diuites ipſi nec de verbo chriſti. Tertio q2 đr vulgo ꝙ duo trutāni nūq; ſe īueniūt in eodē oſtio. Diues aūt in affectu ſemꝑ querit tꝑalia: et ſatis eſt ꝙ illa habeat: ideo relinquiꝶ pau- peri ꝙ coquinet a deo ſpūalia et euāgeliʒe tur. ¶ Sed queriꝶ quō poterat eſſe Ioan- nes in carcere vinctus: et tamen habere di ſcipulos. Vincti enim in carcere cōmuniter priuātur hoīm cōicatione. Diciꝶ ad hoc ꝙ cū maxima cauſa (vt dictū eſt) quare incar ceratus eſt Ioānes ſit ne populus eū con- ſtitueret in regē: credendum eſt Herodē vi taſſe ne Ioānes in carcere ꝑdicaret. Expe- diebat em̄ orto ſole lunam tendere ad occa ſum: et Luciferū obtenebrari. Pauci tamē ꝑmittebātur ad Ioannē accedere. Tyrāni em̄ timent ſctōs viros: ⁊ ſub chlamyde ali cuius manſuetudinis aut rectitudinis ſuā quandoq; exercent crudelitatē. Propterea permiſit Herodes diſcipulos ſuos ad eum accedere: ne crudelitatem in eum videretur exercere. Et beat⁹ homo qui non fuerit ſcā- daliʒat⁹ in me. ¶ Sed hic queriꝶ quō dn̄s beatificauit eos qui nō ſunt in ipſo ſcanda liʒati: cū Eſa. viij. dictus ſit lapis offenſio- nis ⁊ petra ſcandali. Ad quid petra ſcāda li: niſi ad officiū ſuum qđ eſt eſſe ruine occa ſio: ſi ergo ſit ruine occaſio nō videtur inī- quū ruere in ipſo dn̄o qui dedit occaſionē. Reſpondeꝶ ꝙ ſcandalū ſm̄ Origenē ſuper librū Numeri. xxv. nihil aliud ē niſi ſicut in via poniꝶ aliqua pedica vel deceptio vel la pis vel aliqđ aliud offenſiuū. Sic ſcādaluʒ eſt dictū vel factū minus rectū prebēs oc- caſionē ruine: ita ꝙ ſicut ad impactionē pe dis cōtra lapidē q̄s ruit corꝑaliter: ſic ſpiri tualiter q̄s ruit ad dictū vel factū alterius inquantū ſua admonitiōe/inductione/ vel exēplo intēdit aliū ad peccandū inducere. Et iſtud eſt ſcandalū datū et actiuū et non ſolū acceptū: ⁊ eſt grande pctm̄. Scđo mō ſcādaliʒat q̄s aliū: quādo facit aliqđ opus

Scāda lum. Quid ſit ſcan daliza- ri an chri ſtus ſcā daliʒa- uerit.



quod ex ſe inductiuū eſt alterius ad peccā dum: q̄uis non intendat: vt ſi ante filium ſuum vel filiam ſuā quis ſuū matrimoniū frangat: vel ſi ante eos cōmittas vſurā: q̄ſi docens eos q̄d in futurū agere debeāt: vel ſi blaſphemes corā eis: ⁊ talis peccat: non tū nouo pctō/licet aggrauet: nec tamē ita grauiter peccat ſicut qui primo modo ſcan daliʒat. Et ſic prouidēdū eſt nobis ne quē- quā ſcandaliʒemus: immo ſecundū doctri nam chriſti cauere debemus: ne ſub nobis aut ſub vmbra noſtri aliquem habeamus: qui alteri ꝑbeat occaſionē ruine. Cryſoſto- mus. Vult chriſt⁹ vt nō ſolū de ꝑiculo no- ſtri pctī curemus: ſed etiā circa pertinentes ad nos: ne aliquid turpe agaꝶ: vtputa ſi ha beas amicuʒ qui res tuas bene dirigit q̄ſi proprius oculus/aut ꝓcuret res tuas q̄ſi propria man⁹ eſſet: ſi eū cognoueris aliq̄d turpiter agere: proijce eū abs te: quia ſcan daliʒat te. Non em̄ ſolum ꝓ noſtro pecca- to ſed etiā proximoꝝ quos ꝓhibere poſſu- mus: dabim⁹ rationē. Si em̄ iudex qui eſt reipublice oculus vel man⁹ ad ꝓcuranduʒ ⁊ tutandū ius ſubditorum ſcandaliʒat te: proijce eū abs te. Pedes autē dicūtur po- puli baſſe cōditiōis ꝗ furanꝶ et ilico ſuſpē- duntur. Manus defendētes ſunt gentes armorū et nobiles. Oculus aūt raro tāgiꝶ quia nō permittit ſe tāgi. Si tamē tangaꝶ vel eruaꝶ: non ſit ille ſtrabo vel monocul⁹ qui rēpublicā torue reſpiciat: aut ꝗ ꝑ cau- telas ⁊ ad ſuū cōmodū dirigat. Sed modo oculus ꝓfundat⁹ in caput. i. bene ſenſat⁹ ⁊ doctus ⁊ qui recte aſpicit: citius eijcitur: q2 boni iudices ⁊ directores vix tolerantur. Nec ꝓpterea debēt populi in ipſis ſcanda liʒari ſi plures habeant diuitias: aut ſplen didius epulētur: q2 ſicut natura mittit ca- piti oculis et ſuꝑioribus partib⁹ hominis nobilius ⁊ purius nutrimentū: ſic tales de bent honeſtius ſuſtentari. Et iſtis duobus modis nunq; chriſt⁹ ſcandaliʒauit: nec ꝓ- pterea diciꝶ lapis offenſionis ⁊ petra ſcan dali. Tertio dicitur quis aliuʒ ſcandaliʒare improprie loquendo: quādo ꝑter intentio nem operantis et conditionē operis aliq̄s male diſpoſit⁹ induciꝶ ad peccādū: et iſtud eſt ſcandalū Phariſeoꝝ: vtputa quādo q̄s inuidet bonis aliorū: qui bona agit nō dat ei occaſionē ruine: vt quando quis ex veri- tate doctrine predicata quia repꝛehēdiꝶ in ſermone/aſſumit occaſionē male loquendi vel cogitandi: ſicut ex doctrina chriſti ⁊ mi raculis ſcandaliʒati ſunt Phariſei ex mali tia ſua: ⁊ ideo dicit chriſt⁹. Beatus eſt qui non fuerit ⁊c.

¶ Sermo Sextus eiuſdē. iij. dn̄ice aduen- tus: ⁊ in ordine. xxviij. ꝑ thema precedens.

SI beatus eſt qui non fuerit ſcandaliʒat⁹ in chri- ſto/credendo ſcʒ ipſum eſſe ve re redemptorē mundi: beat⁹ etiā eſt qui nō fuerit ſcandaliʒat⁹ in Ioāne: cre dendo videlicet ipm̄ eſſe vere precurſorem chriſti. Primo q2 hoc honore dignus erat Ioānes: quem rex ipſe chriſt⁹ ſic voluit ho norare. Hoc em̄ aſſerit in euāgelio allegan do illud Malachie ꝓphete. Ecce ego mit- to angelū meū ante faciē tuā: qui prepara- bit viā tuā ante te. Secūdo dicit. Inter na- tos mulierū nō ſurrexiſſe maiorem Ioāne: quo ſit vt inter ceteros eſſet maxime dign⁹ tanto officio. Tertio oſtendit eum beate tri nitati aſſimilari: et per conſequens ꝙ eſſet potiſſime dignus vt in hoc excellentiſſimo opere trinitatis ſcʒ redēptione generis hu mani famulareꝶ trinitati precurrēdo ⁊ pre coniʒando illud. Scđm em̄ Aug. in rebus per tempus ortis nulla maior gratia appa ruit: q; ꝙ deus fieret homo ⁊ homo deus: ⁊ ſic nullum opus ad extra ē opere redem- ptionis excellenti⁹. Primo quidē oſtendit chriſtus ꝙ aſſimileꝶ trinitati in potētia cū diciꝶ. Sed q̄d exiſtis in deſertū videre arū- dinem vento agitatā? In hoc eſt ſilis patri cui attribuiꝶ potētia. Potens erat Ioānes vētis tētationū reſiſtere. Nō ſic impij non ſic: ſed tāq; puluis quē proijcit ventus a fa cie terre. Iob. xxj. Erunt ſicut palee ante fa ciē vēti. Scđo aſſimilaꝶ in bonitate: ibi. ho minē mollibus veſtitū. In hoc eſt ſimilis ſpūſancto cui bonitas appropriaꝶ. Ioan- nes em̄ amorē ⁊ ſuauitatē bonoꝝ tꝑalium ꝯtēnebat dicēs cū Dauid. Mihi adherere deo bonū ē: pōere ī dn̄o deo ſpem meā: nec vlla carnis mollicie alliciebaꝶ: ꝗ dulcedine ſpūſſcti trahebaꝶ. Nā guſtato ſpū deſipit oīs caro. Tertio aſſimilaꝶ ī ſapīa: ibi: ꝓphe tā. In h̄ em̄ erat ſilis filio cui ſapīa appro- priaꝶ. ſm̄ Bedā pluſq̄ ꝓpha fuit ꝗ nō tm̄ futura dixit ſed etiā demōſtrauit. Nō ergo erat Ioānes mutabilis aut flexibił vt arū do: ſed fide/ſpe/⁊ amore firmus fuit ī deo. Eccli. xv. Firmabiꝶ in illo et non flectetur.

A Ioan- nes ba ptiſta. Ioānes dignus erat vt eſſet p̄- curſor chriſti.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et in eodem.v. Nō te vētiles in oēm vētū.
Et eiuſdē.xxvij. Stultus vt luna mutatur.
Nec etiā more curialiū erat Joānes delica-
te nutrit[us] ⁊ veſtitus. Sciebat em̄ impoſ-
ſibile eſſe de delicijs hui⁹ mūdi ad delicias
eternas trāſire. Sʒ nec erat de numero in-
ſipiētiū qui dicūt in corde ſuo nō eſt deus.
Nō de numero illoꝝ quib⁹ exprobrat dn̄s
Hiere.viij. Turtur ⁊ hirūdo ⁊ ciconia cuſto-
dierūt tēpus aduētus ſui: populus autem
meus nō cognouit iudiciū dn̄i. Illud vide-
licet iudiciū qđ fecit dn̄s venit in terrā: quo
iudicatus eſt princeps huius ſeculi: et eie-
ctus foras cū omni ſuo vitioꝝ exercitu. Il-
lud aūt optime cognouit beatus Joannes
vt pote propheta ⁊ pluſq̄ ꝓpheta: et ideo
dicebat de chriſto. Ille eſt q̄ baptiʒat in ſpi-
ritu ſancto ⁊ igni. Per baptiſmū aūt expel-
litur diabolus cū pōpis ſuis. Et propterea
in principio ſue predicationis hortabat po-
pulum parare viā dn̄o venturo in carnem.
Inter oēs aūt qui ſe preparauerūt ad chri-
ſtū ſuſcipiendū/ Maria amplius ſe prepa-
rauit: adeo vt nō ſolū in mēte/ ſed ⁊ in vte-
ro eius hoſpitaretur: et ex hoc conijciēdum
eſt ꝙ ipſa melius nouit modū ſe preparā-
di q̄ alij quicūq;. Ut ergo nos inſtruat quo-
modo preparari debeamus ita vt merea-
mur chriſtū ſuſcipere: ⁊ ſic digne eius aduē-
tum celebrare: ad eam recurremus. (Ipſa
em̄ eſt doctrix diſcipline dei et electrix ope-
rum illius. Sapieñ.viij.) preſentātes ei an-
gelicum illud oraculum Aue.

¶ Mane diximus quō dn̄s abſtulit ſcāda-
lū diſcipuloꝝ Joānis qui erāt ſuper doctri-
na eius ſcādaliʒati. Nūc dicem⁹ primo quō
abſtulit ſcādalum populi ſuper doctrina ⁊
vita Joānis: qđ poterat oriri ex eo ꝙ cōfi-
dēter multum de principibus locutus fue-
rat: vnde vinctus erat in carcere. Secundo
qui ſunt qui ſolent faciliter ſcandaliʒari.

B
Arūdo Pctōr arūdini cōparatur.

¶ Quo ad primū abſtulit dn̄s ſcādalū po-
puli circa Joānē laudādo eū ⁊ oſtendendo
eſſe irreprehēſibilē in vita et doctrina. Pri-
mū ſcʒ ꝙ eſſet irreprehenſibilis in vita: de-
clarat ex duobus que faciūt vitā irreprehē-
ſibilē. ſ. ex eo ꝙ quis declinat a malo: et ex
eo ꝙ facit bonū. Qđ aūt declinaret a malo
ſeu immunis eſſet a pctō patet ex duobus.
Primo qꝛ Joānes nō erat arūdini ſimilis.
Peccator autē arūdini in multis aſſimila-
tur. Primo qꝛ arundo radicē habet in luto
vel fluido: non in terra ſolida. Sic peccator
nō habet intētionis vel amoris radicem in
terra viuētiū: ſed in re tranſitoria quod eſt
principiū omniū maloꝝ. Augu. Amor mū-
di eſt totū ⁊ ſolū malum hominis. Radicē
in ſolido voluit figi deus cū dixit. Primū
querite regnum dei. Radix oſtēdit de qua
terra ſit arbor. Multū timēdum eſt homi-
ni qui inuenit radicē cordis ſui fixam in re
tranſitoria. Primū eſt ſi nimis profunde fi-
xa ſit vt res illa deo preponatur: et ſi illam
plus diligit q̄ deū pro illa deū negat. Hoc
em̄ ab hoīe colitur qđ pre ceteris diligitur.
vt dicit Augu. ſuper illud. Quoꝝ deus ven-
ter eſt. Ideo bene dicitur Mat.v. Bti pau-
peres ſpiritu: qꝛ ſcilʒ parū fixerūt ſpiritū in
terrenis iſtis. Scōm eſt ſi radicē cordis in
multis reb⁹ trāſitorijs poſuit: ſicut ille qui
multas habebat poſſeſſiones. Matth.xix.
Occaſione huius dicit dn̄s verbū illud. Di-
ues difficile intrabit in regnū celoꝝ. Si fu-
niculus triplex difficile rūpitur: multo for-
tius funiculus decuplex. Tertium eſt ſi diu-
turnitate tēporis radices corroborate ſunt
Nō enim trāſfertur arbor poſtq̄ ſenuit: ſic
nec homo recedit a peccato vel ſaltem vix:
ſi cōſuetudinem habuerit in eo. iuxta illud
Hiere.xiij. Si mutare poteſt Ethiops pel-
lem ſuā: aut pardus varietates ſuas: ⁊ vos
poteritis bene facere cū didiceritis malū.
Secūdo arūdo exterius habet nitorē: inte-
rius vacuitatē. Sic ſm Augu. Cū iniquis
oīa pulchra ſint: ipſi ſoli remanent turpes.
Tertio arūdo habet debilitatē: ideo nō eſt
ſecurū ei inniti. Sic nō eſt in peccatore con-
fidendū licet ſit potēs. Hiere.xvij. Maledi-
ctus qui cōfidit in hoīe. Eſa.xxxvj. Ecce cō-
fidis ſuper baculū arūdineū confractū iſtū
ſup Egyptū: cui ſi innixus fuerit homo in-
trabit manū eius et perforabit eā. Quarto
arūdo de facili mouetur. Sic pctōr ad oēm
vētū tētationis mutatur. Eccli.xxvij. Stul-
tus vt luna mutatur. Quinto arūdo habet
lanuginem ꝓ fructu: ſic peccator in fine nō
inuenit fructū operū ſuoꝝ. Sap.v. Spes
impij quaſi lanugo que a vēto tollitur. Ro-
ma.vj. Quē fructū habuiſtis in illis in qui-
bus nūc erubeſcitis. Joānes aūt arūdo nō
fuit: qꝛ radicē amoris in mūdo nō habuit:
nec vacuus ſed repletus ſpū ſancto ex vtero
matris: nec flexibilis ad malū: qꝛ nec mors
eū a veritate deuiare fecit: nec gloria qua
chriſtus reputari potuit. Elegit em̄ ſolide
ſubſiſtere in ſe: ne inaniter raperetur ſupra



ſe: nec fuit ſine fructu: cū habuerit tres au-
reolas: qꝛ fuit virgo/ predicator/ ⁊ martyr:
et mentē fixā habebat in celo. Phil.iij. No-
ſtra cōuerſatio in celis eſt. Scdo Joannes
declinabat peccata carnalium. Nō em̄ erat
mollib⁹ veſtibus aut delicate nutrit⁹ ſicut
carnales. Triplex aūt reperiri poteſt molli-
cies. ſ. veſtium/ ciboꝝ/ et verboꝝ. De prima
dicitur Threñ.iiij. Qui nutriebātur in cro-
ceis amplexati ſunt ſtercora. De ſcđa dicit
ibidē. Qui veſcebantur voluptuoſe interie-
rūt in vijs ſuis: ita ꝙ ad patriam paradiſi
non venerūt. Aſſueti em̄ in delicijs cū in pe-
regrinatione vinū non inueniunt nec panē
triticeū: egrotant ⁊ moriūtur. Ideo dicitur
Eccle.x. Proſperitas ſtultoꝝ perdet illos
qui neſciūt in ciuitatē pergere: quia ꝓpter
proſperitatē precedentē qn̄ veniūt in viam
dn̄i aſperitate deficiūt. De tertia dicit Eſa.
iij. Popule meus qui te beatū dicūt ipſi te
decipiūt. Et Prouer.xxvij. Qui bn̄dicit ali-
cui voce grādi: maledicenti ſimilis eſt. Si-
cut em̄ auis implicata reti ſe nō poteſt ex-
plicare: ita pauci poſſunt laqueū adulatio-
nis effugere: qn̄ in verboꝝ ſuauitate ⁊ lau-
dū vanitate conletentur. Sed mirū eſt quō
nō cauētur adulatores cum ſint maledicti.
Hiere.xx. Maledictus homo q̄ nūtiat pa-
tri ſuo natus eſt tibi puer maſculus. i. adu-
lator qui nūtiat illi qui male fecit ꝙ puerū
maſculū genuit. i. ꝙ virile opus cōpleuit:
ſicut cū aliquis fornicationē vel adulteriū
cōpleuit dicitur ei ab adulatore: q̄ viriliter
feciſti: ex quo cū tā pulchra commixtus es.
Et ſic adulatores venenū vulnerib⁹ infun-
dūt ne vulnerati ſanētur: mortui ſepeliunt
mortuos ne reſuſcitentur. Oſee.ix. Egypt⁹
cōgregauit eos. i. tenebre peccatoꝝ congre-
gauerūt peccatores: mēphis (que interpre-
tatur ex ore) id eſt adulatio vocis ſepeliet
eos. Unde aſſimilātur adulatores locuſte:
qꝛ bona multoꝝ et maxime principū et ma-
gnatū deuorāt et cōſumunt: et ideo de tali-
bus qui recipiūt adulatores dicit Pš. De-
dit erugini fructus eoꝝ: ⁊ labores eoꝝ locu-
ſte. Nulla autē iſtarū mollicierū Joānē ma-
culauerat. Nō prima: qꝛ non erat veſtitus
purpura et byſſo: ſed pilis chameli et ʒona
pellicea circa lūbos eius. Nec ſecūda: qꝛ nō
perdices aut phaſianos/ aut huiuſmodi ci-
baria delicata: ſed locuſtas et mel ſylueſtre
edebat. Nec etiā tertia: quia nullius vitia
adulādo palpabat: ſed conſtāter reprehen-

C
Mollicies. De triplici mollicie.

D
Adulator. Adulatores ſunt fugiendi.

debat peccata oīm etiā maioꝝ: ſicut Pha-
riſeoꝝ quibus dicebat Mat.iij. Genimina
viperarū quis vos docuit fugere a vētura
ira: ſimiliter Herodes dicens ei. Nō licet ti-
bi habere vxorē fratris tui. ¶ Scdo nō ſo-
lum Joānes declinabat peccata/ ſed etiam
opera excellentia faciebat. Et hoc oſtendit
chriſtus: cū ſm prophetiā Malachie cōpa-
rat eū angelo. Unde Joānes fuit angelus
Primo pure ⁊ caſte viuēdo: in cuius ſignū
dicitur chriſti ami[cu]s. Joā.iij. cum dicitur.
Amicus autē ſponſi qui ſtat et audit eum:
gaudio gaudet propter vocē ſpōſi. Et ideo
ſcribitur Prouerb.xxij. Qui diligit cordis
mūditiam propter gratiā labioꝝ habebit
amicū regē. Similiter habuit exteriorē pu-
ritatem: qꝛ fuit virgo et magne abſtinētie.
Mat.xj. Uenit Joānes neq; manducans
neq; bibēs ⁊c. Et linguā ſuam qua debuit
prenūtiare ſaluatorē adeo cuſtodire voluit
ꝙ in deſertū fugit: ne leui ſaltem macula-
re vitā famine poſſet. Noluit etiā vanitatē
mundis illis oculis inſpicere quibus viſu-
rus erat ſaluatorē. Deo etiā vacauit ſicut
angeli. Mat.xviij. Angeli eoꝝ ſemꝑ vidēt
faciem patris mei. Ideo elegit habitare in
deſerto: vt melius cōtēplationi celeſtiū in-
tēderet. Hiero. O deſertū familiarius deo
gaudēs. Miniſterium etiā ad modū ange-
liſad populū habuit. Sūt em̄ angeli admi-
niſtratorij ſpūs in miniſteriū miſſi: ꝓpter
eos qui hereditatē capiunt ſalutis. Heb.j.
¶ Scōm aūt ꝙ eſſet Joānes irreprehenſi-
bilis in doctrina oſtendit dn̄s cū dicit eum
eſſe prophetā ⁊ pluſq̄ prophetā. Nam pro-
pheta nō loquitur a ſemetipſo: ſed ꝑ inſtin-
ctū et inſpirationē ſpūſſancti: qui eſt ſpūs
veritatis: ⁊ mentiri nō poteſt: nec doctrinā
falſam ſuggerere. Propterea dicebat Da-
uid propheta. Lingua mea calamus ſcribe
velociter ſcribētis. i. ſpūſſancti. Et.ij. Pet.
ij. Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſan-
cti dei hoīes. Nō ergo debebant Judei ſcā-
daliʒari: nec de vita nec de doctrina Joan-
nis: quia tale ſcandalū fuiſſet paſſiuū ⁊ nō
datū/ ſed acceptū. Scādalū aūt paſſiuū vi-
tare non tenemur/ ſed bene actiuum: ita ꝙ
ſumme cauere debemus ne ꝑ dicta vel fa-
cta noſtra demus directe et immediate oc-
caſionē ruine in peccatū. Et hoc oſtenditur
multipliciter. Primo exēplo chriſti qui ma-
gis elegit ſe ⁊ ſuos diſcipulos tributarios
eſſe q̄ tributa petentes ſcādaliʒare; vt pa-

E
Joannes baptiſta. Joānes baptiſta fuit angel⁹.

F
Scādalum. Debemus vitare ſcādalum actiuū.

Universidad de Deusto Biblioteca



ſet per queſtionē factā Petro ꝑ eis qui exi-
gebāt didrachmā Mat.xvij. In quo doce-
tur homo quātūcūq; liber vel nobilis quā-
doq; cōtra libertatē/nobilitatē/ vel digni-
tatē propriā multa diſſimulare ⁊ facere: vt
ſic alioꝝ offendiculū euitetur: et ne ſit litiū
cauſa et diſcordie: qꝛ ve homini illi per quē
ſcandalū venit. Secūdo exēplo ſanctoꝝ vi-
roꝝ: vt patuit in Eleazaro qui potius ele-
git mori ꝙ adoleſcentibus malū exēplū re-
linquere.ij.Macha.vi. Et ad hoc nos mo-
net ſcriptura Romā.xiiij. Ne ponatis offen-
diculū fratri vel ſcādalū. Magnā em̄ iniu-
riā facit opifici qui deſtruit opus ſuū: ho-
norē facit ei qui nititur illud conſeruare et
augere. Sic qui cuſtodiūt ſe a ſcādalo alio-
rū. Roma.xiiij. Que edificationis ſunt in-
uicē cuſtodiamus. Noli ergo ꝓpter eſcā de-
ſtruere opus dei: noli cibo tuo illū perdere
pro quo mortuus eſt chriſtus. Et.j.Corinꝫ.
viij. Uidete ne licentia vr̄a offendiculū fiat
infirmis. Et ſequitur. Peribit in tua cōſciē-
tia frater: ꝑ quo chriſtus mortuus eſt. Se-
cūdo ad hoc nos mouet vinculū charitatis
qd̄ eſt mēbroꝝ chriſti vnio. Unū em̄ mem-
brum cauet periculū alterius. Roma.xiiij.
Si propter cibū frater tuus cōtriſtatur: iā
nō ſm̄ charitatē ambulas. Ideo pax mul-
ta diligētibus legē tuā.ſ.charitatis: et non
eſt illis ſcādalū. Tertio ꝓpter nocumētum
multiplex. Primo qꝛ offendit deū quē facit
blaſphemari aliū ſcādalizādo. Eſa.lij. Do-
minatores tui inique agunt dicit dn̄s: iugi-
ter tota die nomen meū blaſphemaꝫ. Hinc
a Nathan correctus eſt Dauid: eo ꝙ in ho-
micidio Urie fecerat blaſphemari dn̄m ſcā-
dalizando populū. Scd̄o tales apoſtatare
faciūt a deo. Hieroboā em̄ fecit duos vitu-
los aureos: quoꝝ alterū poſuit in Dan: al-
terum in Bethel: et factū eſt in ſcādalum in
Iſrael ⁊ in peccatū apoſtaſie ⁊ idololatrie.
Iſti vituli ſignāt ſcādala duoꝝ maloꝝ: ſciꝫ
principum terrenoꝝ ⁊ prelatoꝝ. Tertio per
mala eoꝝ exempla reddūtur ſacra dei loca
officia ⁊ ſacramēta contēptibilia ⁊ abomi-
nabilia. Pſ. Corrupti ſunt et abominabi-
les facti ſunt in ſtudijs ſuis. De q̄bus Eze-
chieꝫ.viij. Uiolabūt arcanū meū ⁊ intrabūt
in illud emiſſarij ⁊ cōtaminabūt. Hec ſunt
idola abominabilia depicta in parietib⁹ et
in circūitu tēpli per totū. Ezechieꝫ.viij. In
vitis patrū et in hiſtoria tripartita lib.vj.
legiꝫ ꝙ beatus Antonius vidit burdones
occupātes eccleſias ⁊ altaria calcibus con-
culcātes ⁊ euertētes et dn̄m dicentē. Abo-
minor altare meū. Per qd̄ ſignificabaꝫ Ar-
rianos hereticos debere ſubuertere eccle-
ſiā: et ſacerdotes per mala exempla debere
ſacra loca et ſacramenta reddere cōtēptibi-
lia et abominabilia in oculis intuētiū eoꝝ
malā vitā. Quarto hoc ſcādalū actiuū no-
cet ſanctis viris: quos malū exēplum afflu-
git. Pſ. Tabeſcere me fecit zelus me⁹. Au-
gu. Peccata maloꝝ frixoria ſunt bonoꝝ.j.
Coꝛ.xj. Quis ſcādalizatur et ego nō vror?
Sūt enim hmōi ſimiles buboni circūdato
laqueis aucupis: quē de die ponunt aucu-
pes inter laqueos: ad quē accedētes auicu-
le capiūtur in laqueis circūpoſitis exēplo-
rū maloꝝ. Quinto ſcādala iſta intuentē ea
faciunt durū/ſtupidū et inſenſibilē. Inſtar
monſtri meduſe: de quo dicūt poete ꝙ qui
viderunt lapides quaſi diriguerūt. Inſtar
etiā ſyrenum: de quibus dicitur a poetis ꝙ
faciunt hoīes ita attētos cantui et ornatui
ſuo ꝙ propterea ſe proijciūt in maris peri-
culis. De quibus Hiero. dicit ꝙ erāt mere-
trices quedā in inſulis que ornatu ſuo me-
retricio nauigantes et eis intēdētes hoīes
reddebant ſtupidos et mēte captos. Unde
ſm̄ Iſidoꝝ. Oīs ſerpens naturaliter frigi-
dus venenū frigidū infundit: nec nocet niſi
cū ſanguinē tāgit: et tunc per venas diſcur-
rēs hominē ſtupidū reddit: ⁊ ſui frigidita-
te calorem naturalē fugans obrigeſcere fa-
ciēs hominē occidit. Sic peccator dū vene-
nū mali operis infundit: dū in aſpiciēdo il-
lud homo delectatur: fugato calore chari-
tatis moritur. Exo.xv. Obriguerūt oēs ha-
bitatores Chanaā. Et ſequitur. Fiāt immo-
biles quaſi lapis. Inde tenebre Egypti: id
eſt mala exēpla reddunt hoīes immobiles.
Exo.x. Scādalū aūt paſſiuum non vitauit
chriſtus nec Ioānes. Unde cū diſcipuli di-
xiſſent chriſto predicāti contra Phariſeos.
Scis quia Phariſei hoc verbo ſcādalizati
ſunt. Reſpōdit. Sinite illos: ceci ſunt ⁊ du-
ces cecoꝝ. ¶ Queritur ergo vtrū ꝓpter ꝓ-
ximi ſcādalū bona ſint dimittēda: vt predi-
catio/iuſtitia/et ſic de alijs: et veritas ſilen-
da? Et videtur ꝙ ſic: quia correctio frater-
na (vt dicit Augu. in de ciui. dei.) dimitten-
da eſt ꝓpter ſcādalū. Sicut Dauid per to-
tā vitā dimiſit Ioab impunitū ꝑ duobus
homicidijs per eum factis. Similiter elee-
moſynarū largitio ⁊ punitio pctōꝝ ꝓpter

b Scādalū. Que ri per bo na ſunt dimittē da ꝓp pter ſcā dalū quenij



periculū ſchiſmatis. Ad hoc dr̄ primo ſm̄
Tho.ij.ij.q.xliij.articl.viij. ꝙ duplicia ſunt
hoīs bona: quedā tēporalia: quedam ſpūa-
lia. Spiritualiū aūt quedā ſunt de neceſſi-
tate ſalutis: vt ſubuenire pauperi in neceſ-
ſitate: diligere ꝓximū: corrigere eū frater-
naliter: et ſic de alijs. Et iſta nullo mō ſunt
propter ſcandalū dimittēda: qꝛ nullus de-
bet mortaliter peccare vt alterius pctm̄ im-
pediat: qꝛ ſm̄ ordinem charitatis plus de-
bet homo ſue aīe ſalutē diligere q̄ꝫ alteri⁹.
Alia ſunt ſuperogationis: que non ſunt de
neceſſitate ſalutis: et tūc aut tale ſcandalū
oritur ex malitia. Sicut ſi in ſolēnitatibus
quis ꝯfiteatur/aut recipiat corpus chriſti:
vel dicat horas ſuas deuote: et alius ſcan-
daliſetur vocās eū hypocritā: et tale opus
nō debet dimitti ꝓpter ſcādalū: qꝛ illud ex
malitia procedit. aut illud ꝓcedit ex infir-
mitate vel ignorātia: vel ex ſuſpitione: ⁊ il-
lud docet dn̄s vitare. Mat.xviij. et Apl̄us
Roma xiiij. et.ij. Coꝛ.viij. Sicut ſi q̄s de-
uotione motus aliqua ſigna in eccleſia vel
motus faceret publice vnde alij ſcādaliza-
rentur: vel vadit ad aliquā peregrinationē
vel domū: vbi forte facit aliqua opera ſup-
erogationis: vt dare eleemoſynā: vel viſita-
re infirmos: et alius ꝓpter hoc de ipſo ma-
le ſuſpicatur et iudicat: tūc ſi hoc percipiat
debet ab illo ceſſare: quouſq; ali⁹ informe-
tur per eū: vel per aliū de veritate rei. Or ſi
nō velit quieſcere: debet nihilominus per-
ſeuerare: qꝛ tūc non ex ignorātia/ſed ex ma-
litia ſcādalū procedit. Si aūt bona ſunt tē-
poralia/aut ſunt noſtra: ⁊ tūc aliquādo ꝓ-
pter ſcādalum vitandū ſunt penes alios di-
mittēda ad tēpus: nec tūc repetenda: maxi-
me ſi ſcādalū oriatur propter ignorātiā vel
infirmitatē: quouſq; ſedetur ſcandalum ⁊
admonitione erudiatur. Si aūt ſint nobis
cōmiſſa: ſicut bona eccleſie prelatis cōmit-
tūtur: ⁊ bona reipublice rectoribus eiuſdē:
tūc talia nō ſunt propter ſcādalū dimitten-
da. Sicut ſi quis per malitiā bona eccleſie
vel pupilloꝝ ſibi vſurpare velit: tunc tuto-
res et procuratores tenentur ea ſeruare et
defendere: nec propter ſcandalū dimittere.
¶ Dicitur ſcd̄o ſm̄ eūdem ꝙ propter ſcāda-
lū nō debet dici falſitas: qꝛ nō ſunt faciēda
mala vt inde eueniāt bona. Roma.iij. Po-
teſt tn̄ veritas ad tēpus nō doceri vel tace-
ri ſicut expedit. Amos.v. In tempore illo
prudēs tacebit: qꝛ tēpus malū eſt. Ubi tn̄
propter veritatē dicendā maius bonū oriri
q̄ ſcandalū naſci crederetur: immo putare-
tur emergere magna vtilitas/ debet dici ve-
ritas: vt patet in predicatoribus culpanti-
bus pctā: in quo pauci ſcādalizātur ſcanda-
lo accepto: et tn̄ multi inde proficiunt. Ubi
tamē maius ſcādalū oriretur/tacēda eſſet.
Poeta. Et q̄nq; nocet oīa vera loqui. Sic-
ut ſepe multi de principib⁹ et ſuis ſuperio-
ribus obloquūtur/ nec inde meliorantur:
ſed magis plebe. docētur inde contra eos
oblatrare. Nō tamē ſunt dimittēda eorum
peccata a predicatoribus quin cōtra ea re-
clamēt: ſed hoc fiat prudēter. Nec em̄ predi-
canda ſunt pctā minoꝝ: vt plebis que ſunt
minora: et omittēda peccata maioꝝ q̄ ſunt
grauiora: ne ſimus de illis de quib⁹ Mat.
xxiij. Qui excolant culicem et glutiunt cha-
melū.i. extra collum cordis expellūt pecca-
ta parui pōderis: et nullā de maioribus cō-
ſcientiā faciūt. ¶ Circa ſcd̄m aduertēdū eſt
ꝙ quatuor genera hominū vt plurimū ſcā-
dalizari ſolēt. Primo et maxime inter oēs
ſuperbi: qui iuxta eoꝝ iudiciū ſi nō honorē-
tur vt appetūt/iudicant ſe deſpici: ideo ſcā-
dalizātur. Pſ. Opprobriū abundātibus ⁊
deſpectio ſuperbis: cōtingit ſcꝫ ſi nō hono-
rentur. Sic ſcādalizatus eſt Amā Mardo-
cheo nō aſſurgēti ei. Heſter.iij. Inde Pro-
uerb.xvj. Ante ruinam exaltabitur ſpūs.
Sicut em̄ fortis ventus magnas arbores
q̄uis videātur fortiter radicate ruere facit:
ſic ventus diabolice tētationis quādoq; a
ſtatu gratie ruere facit hoīes ſublimes qui
alios excedere videbātur dignitatibus vel
virtutibus: qꝛ nō bene fundātur in humili-
tatis fundamento: vt qui de ſeipſis nimiū
preſumunt/⁊ alios corruentes contemnūt.
Prouerb.xvij. Qui in ruina letatur alteri⁹
non erit impunitus. Matth.vij. Uenerūt
flumina et flauerunt venti: et irruerunt in
domum illam et cecidit: et fuit ruina illius
magna. Secundo faciliter ſcandalizantur
qui magna felicitate potiūtur: et protinus
ruunt. Sic ſcandalizati ſunt diſcipuli do-
mini qui in proſperitate ſtantes cum chri-
ſto/in tribulatione defecerunt. Sic mali de
quibus ſaluator in pſona diaboli dicit. Ui-
debam Sathanam ſicut fulgur de celo ca-
dentem. Luce.x.ca. Fulgur enim in ruendo
non ſolum vſq; ad terram cadit: ſed etiam
ſe profundat infra terram. Sic peccator
de altitudine dignitatis vel proſperitatis

b Scādalizari. Quatuor gn̄a hoīꝫ ſolēt ſcandalizari.

finaliter ruit: non ſolũ ad terram ſed etiam infra terrã vſqꝫ in infernũ. Et ſicut ĩ ruina magnoꝝ edificioꝝ fit magnus ſtrepitus ⁊ tumultus: ſic in ruina talium clamat et tumultuat: loquitur ⁊ murmurat totus mundus ⁊ ſcandalizatur. Hiere. xlix. A voce ruine eius commota eſt terra. Et hoc maxime propter offenſam ⁊ dei iniuriã. pſ. Irritauerunt eum in adinuentionibꝰ ſuis: ⁊ multiplicata eſt in eis ruina. Adinuẽtiões ſunt quibꝰ grauant populum [illegible] ledunt ꝓximũ. Et de talibus cũ eis contingit infortuniuꝫ: iudicat populus propter hmõi adinuentiones hec accidere. Nihilominꝰ tales q̃ diuitijs abũdant non multũ patiũtur ſcandalum: qꝛ cato aſſimilãtur: qui cũ ab alto cadit ſemꝑ ſuper pedes ſuos recte cadit. Sic illi amicis ⁊ pecunia vndiqꝫ appodiati: vix aliter ꝙ ſuper ſuos pedes cadũt. Tertio facile ſcãdalizant ſubditi quibꝰ preſidẽt mali. Prouer. xxviij. Regnãtibus impijs ruine hoĩm: tam maloꝝ: vt patuit in regibus Iſrael q̃ ſua malitia ruere faciebãt populũ in idololatriã: ꝙ etiã bonoꝝ qui multa patiuntur ab impijs: quos dñs in fine cõſolabitur faciendo iudiciũ et iuſtitiã. pſ. Iudicabit in nationibꝰ implebit ruinas: cõquaſſabit capita ſcꝫ maloꝝ ĩ terra multoꝝ. i. reproboꝝ qui multi ſunt vbi electi ſunt pauci. Quarto facile ſcãdalizãtur qui ab altitudine virtutis in foueã maloꝝ profundã cadunt. Sic ſcandalizati ſunt Iudas ⁊ diſcipuli qui ab altitudĩe fidei lapſi ſunt in infidelitatẽ. quidã pro ſemꝑ: vt Iudas. alij ad tp̃s: vt ceteri diſcipuli. Et iſtud ſcandalum aliquando eſt alicuius boni cauſa: qꝛ ſcandalizatis ſepe aperit oculos intelligẽtie: vt Petrus ſcãdalizatꝰ in chriſto ⁊ ceteri diſcipuli poſt ſcandalum ſeipſos cognouerunt Sic Balaam Numeri. xxiiij. Uir cuius obrutus eſt oculus. et ſequitur. Cadit et aperiuntur oculi eius.

¶ De ſctõ Thoma apl̃o. Sermo primus. et in ordine. xxix. per thema euangelij.

# Affer digitũ tuum

huc: et mitte manũ tuam in latus meum: ⁊ noli eſſe incredulꝰ ſed fidelis. Ioan. xx. Per verba predicta q̃ dixit dominꝰ beato Thome hortatur nos in hac ſolẽnitate mater eccleſia ne ſimꝰ beneficijs dei: incarnatiõis videlicet ⁊ natiuitatis increduli: ſed ꝑ verã fidẽ preparemꝰ hoſpitium cordis noſtri dño venturo: ſicut beatꝰ Thomas ꝑparauit habitaculum ſeu palatiũ Gõdoforo regi Indie. Unde fides nos incitat ad tria hodie conſideranda: vt melius ꝑparemur q̃ (ſcdm̃ Bernar. in ſermonibus) in ſctõꝝ ſolẽnitatibꝰ cõſiderare debemus exemplũ ſancti: eius auxilium: et confuſionẽ noſtrã. Primo conſiderandum eſt quõ beatꝰ Thomas tandẽ ꝑ fidẽ verã ⁊ charitatẽ placuit deo: ⁊ ꝑ quã viã ad gloriã peruenit: qꝛ per varias tribulatiões et penalitates. Illa enĩ eſt via aſcendẽdi in celũ hec eſt regula generalis a qua nullus vnq̃ ſanctus fuit exceptꝰ. Nam Heſter. viij. Omnes q̃ dño placuerunt ꝑ multas tribulationes tranſierũt fideles. Sed nõ ſufficit iſta cogitare mente: ſed oportet inferre digituꝫ ſuũ illuc. i. ſimilia oꝑari ſicut beatus Thomas: et ſe ꝑparare ad ſimilia patienduꝫ vt ad ſimilẽ gloriã ꝑueniamus. Dicebat enim Scipio africanꝰ nihil eum magis aĩare ad virtutẽ ꝙ ſuoꝝ maioꝝ exẽpla: quoꝝ imagines in foro depictas videbat. Unde Paſchaſius diaconꝰ in epl̃a ad Euagiũ pbr̃m Qꝛ ſctõꝝ exẽpla multũ cõmoueãt ad virtutem videt̃ inſinuare. Matathias morti appropĩquãs / filijs ſuis hereditario iure ſanctoꝝ exẽpla derelinquẽs: quoꝝ certaminibus admirãdis excitati aĩas ſuas ꝑ legibꝰ dei: ſctitatis feruore cõtẽpſerũt. Tantũ enĩ eis ꝓfuerũt facta maioꝝ: vt armatos principes apta fide deterrerẽt. Hinc Aug. Qđ nobis beatꝰ martyr imitandũ propoſuit in ſua paſſiõe: hoc attẽdere: hoc ĩplere vere ẽ martyris ſolẽnia celebrare. Scḋo ſi ſecuti fuerimus btm̃ Thomã debemꝰ ab eo auxilium ſperare: ⁊ oratiõe et obſeq̃o illḋ impetrare. Solent enĩ hoĩes benigni ſequẽtes ſe iuuare: cũ ad locũ difficilẽ trãſeũdum veniũt. Sic beatꝰ Thomas dabit auxilium et porriget manũ: ſicut pr̃ ſolet porrigere filio ſuo exiſtẽti in paſſu ꝑiculoſo. Et p̃ſertim qꝛ ipſe expertꝰ eſt periculũ: cũ videlicet ruit in infidelitatẽ: ⁊ ideo patior erit ad ſuccurrendũ nob̃. Propt̃ea enĩ dicebat Apl̃s chriſtuꝫ citiꝰ nob̃ miſerturũ: qꝛ ip̃e circũdatꝰ fuit ĩfirmitate: carnis ſcꝫ ⁊ penalitatis: nõ peccati. Heb. iiij. Nõ enĩ habemꝰ põtificẽ q̃ nõ poſſit ꝯpati ĩfirmitatibꝰ nr̃is. Tẽtatũ aũt per oĩa ꝑ ſimilitudĩe abſqꝫ pctõ. Unde recitat Epiphanius magnus Hieremiã cũ eſſet in Egypto oratiõe ſua fugaſſe aſpides ⁊ crocodylos q̇bꝰ antea vaſtabat̃ Egyptus. et ſm̃



Hebreos adhuc crocodyli de puluere eius fugãtur: ⁊ aſpidum percuſſura ſanatur. Et dicit idẽ ſe audiuiſſe a ſenioribus viris qui ꝯ ſtirpe Ptolemei deſcẽderãt ꝙ Alexãder magnus ad ꝓphete tumulũ veniẽs: et loci myſteriũ cognoſcẽs: trãſtulit corpus eiꝰ in Alexãdriã ipm glorioſe ſepeliẽs: et ex tunc crocodyloꝝ ⁊ aſpidũ qui ciuitatem infeſtabãt: ceſſauit rabies. Sic puluis beati Thome. i. memoria et oratio eiꝰ oẽs demonũ tẽtationes et tribulationes mũdi ꝓfugabit: ſi ſyncero corde interpelletur. Tertio conſiderãda eſt cõfuſio noſtra. Cũ enĩ btũs Thomas noſtri ſimilis fuerit / ⁊ ex eadem materia ſicut ⁊ nos: et nõ de ferro vel calybe plꝰ ꝙ nos / cõfundi debemus qꝛ nõ eũ inſequimur: ſed otio torpeſcimus: et maxime cum primo habeamus plura exempla ⁊ adiutoria ſanctorũ q̃ꝫ tũc haberẽtur. Scḋo qꝛ via paradiſi eſt lõge amplius trita ꝙ tũc eſſet. Uſqꝫ adeo enim nũc trita eſt vt vix ſtultus erret per eã. Hinc eſt ꝙ inducit nos dñs ad conſiderandũ cõfuſionẽ noſtrã: cũ precipit prophete Ezechiel. xliij. Dic filijs Iſrael vt metiãtur fabricã: et confundãtur ab iniquitatibus ſuis. Si enĩ metiamur fabricã in qua fabricatũ eſt ſupra dorſum beati Thome: certe tũc inueniemus occaſionẽ cõfuſionis noſtre: ꝙ ita delicati ſumus vt pauciſſima refugiamus pati ꝓ chriſto: ⁊ iſta cõfuſio erit adducẽs gloriã. Eccli. iiij. Sed precipue metienda eſt fabrica illa in qua fabricatũ eſt corpus chriſti. ſ. beata virgo: qꝛ nec illa quidẽ expers fuit tõſionum preſſurarũ et tribulationum: immo in paſſione chriſti aĩam eius doloris gladius pertrãſiuit. Ut aũt melius capiamus menſurã eius: oportet nos illi appropinquare per deuotionẽ cordis ⁊ orationẽ. Qđ vt melius fiat / offeremus ei ſalutationẽ angelicã que ſibi maxime grata eſt: dicentes Aue.

¶ Iuxta thema noſtrũ tria dicemus. Primo qualiter ſm̃ iuſſionẽ chriſti debemꝰ cũ beato Thoma inferre manus ⁊ digitos in latus eiuſdẽ chriſti. Scḋo ꝙ nõ debemus eſſe increduli / ſed fideles: hoc eſt cõſtãter et perſeuerãter ſeruãtes fidem chriſti: ſicut fecit beatꝰ Thomas. Tertio ꝙ debemꝰ cũ eodẽ eſſe fideles a fidelitate: hoc eſt cõſeruantes fidelitatẽ ad chriſtũ: ſicut boni ſerui ad dñm. De duobꝰ primis diſſeretur in ſermone p̃nti. De tertio aũt ĩ ſubſequẽti ſmone.

ſaccus ſtercorū/cibus vermiū. Es rōnalis
ſm̄ aīam vt ſurſum cōuerſeris: non in ter⸗
renis per auaritiā: nec in luto per luxuriā.
Si aliter facias/agis cōtra naturā tuam.
Alia aīalia declināt vultū in terra: q̄2 hec
eſt eorū patria. tu ꝟo ſurſum: vt ſurſum co
neris ad patriā tuā. Sed ſunt multi q̄ hāc
queſtionē male ſtuduerūt: q̄ ſeipſos nō co⸗
gnoſcūt. Aliqui em̄ ſunt q̄ nec ſe nec ſuum
proximū cognoſcūt: puta eleuati de paruo
ſtatu nō cognoſcūt ſeipſos/nō cognoſcūt
quid fuerūt. Sic monebat Placella Theo
doſium vt huic ſtuderet q̄ſtioni: vt recitat̃
in hiſtoria tripartita. lib. ix. c. xxxj: dicens.
Oportet te ſemꝑ marite cogitare quid du⸗
dum fuiſti: quid modo ſis. Hec ſi ſemꝑ co⸗
gitaueris: ingratus bn̄factori non eris; ſed

D Cognitio ſui. Quiſq; dʒ ſtudere ad cognitionem ſui.

tu quis es.

imperiū quod ſuſcepiſti legaliter guberna
bis: et harū rerum placabis auctorē. Sed
nec ꝓximū: q̄2 pudet eos ꝙ cognoſcant̃ ve
niſſe de tam baſſo loco: vbi eſt eis maximꝰ
honor. Alij bene cognoſcūt alios: ſʒ ſeipſos
neſciūt: q̄ de ꝓximo iudicāt: et ſeipſos non
iudicāt. Hāc q̄ſtionē queret a te deus. Tu
quis es o ſupbe? denaturaſti. nō es terra:
quia te exaltas: terra cadit deorſum. nō es
ſpūs querēs ſpūalia: ſed caro ſapiēs terre
na. nō homo rōne vtens: ſed beſtia brutali
ter viuēs. Scđo pōt fieri hec q̄ſtio. Tu q̄s
es in ꝑſona? Et hoc queret̃ a te cū pulſaue
ris ad ianuā paradiſi: dicēs illud pſ. Aperi
te mihi portas iuſtitie. vel illud Matthei
xxv. Dn̄e dn̄e aperi nobis. Tūc em̄ te inter⸗
rogabit dn̄s loci ⁊ dicet. Tu quis es? For⸗
te reſpondebis diſcipulus chriſti ⁊ chriſtia
nus. Sed reſpōdebit illud Ambroſij. Mē
daciū eſt ſe chriſtianū dicere: ⁊ opera chri⸗
ſti non facere. Et illud Matth. x. Qui non
tollit crucē ſuam ⁊ ſequit̃ me: non pōt meꝰ
eſſe diſcipulꝰ. Ubi eſt ſignū chriſtiani. i. cru
cis ſignū ſcilʒ penitētie qđ debes portare?
Certe ſi nō inueniat: dicet tibi. Neſcio vos.
Et tunc ſicut dicūt pueri artiſtarū cum ne⸗
ſciunt reſpōdere. Tu eris reus. Si reſpon⸗
deas amicus: dicet. Uos amici mei eſtis ſi
feceritis q̄ ꝑcipio vobis. Joan. xv. Et ita ſi
nō feceris: dicet tibi neſcio vos. ¶ Et cōfeſ⸗
ſus eſt ⁊ nō negauit: ⁊ ꝯfeſſus ē q̄2 nō ſum
ego chriſtus. Ter dixit ad oſtendendū ma⸗
gnā Joānis cōſtantiā: ꝙ cū poſſet reputa
ri chriſtus nullatenꝰ voluit. Cum em̄ eſſet
tante auctoritatis vt poſſet credi chriſtus:
non tn̄ eſt eleuatꝰ in ſupbiā vſurpādo ſibi
talem honorē. Sed hanc Joānis humilita
tem Lucifer ⁊ primi parētes nō habuerūt
qui honorē diuinū appetierūt. Sed modo
ſunt multi Luciferi q̄ per fas ⁊ nefas anhe
lant ad honores ⁊ beneficia: ⁊ tanta mala
ſuſtinēt ⁊ perpetrāt: ⁊ tantis dolorib⁹ affli
guntur vt vſurpēt ſibi gloriā quā deꝰ ſibi
ſoli retinuit. Utinā tantū laboris aſſume⸗
rent ad lucrandū honorē eternum: ſicut fa
ciunt trāſitoriū. Sed ſicut excecati fuerūt
Judei in hoc ꝙ credebāt Joānē eē chriſtū:
⁊ noluerūt credere Joāne atteſtāte Jeſum
eſſe ſaluatorē tot virtutibꝰ ⁊ ſignis appro⸗
batū: ſic nec iſti honoribꝰ dediti credūt eſſe
aliū honorē ab iſto tranſitorio: ⁊ forte nec
aliud ſeculū. ¶ Dicūt ei. Helias es tu? Ju⸗
dei tres ꝑſonas inter ceteras maiores ex⸗

E Johannes baptiſta. De humilitate Joānis baptiſte.

A tres perſonas inter ceteras nobiles



pectabant. Primā magne nobilitatis ſcilʒ
chriſtū. Aliā magne ſanctitatis ſcʒ Heliā.
Aliā magne ſapiētie quā dicūt fuiſſe pro⸗
phetam Heliſeū in quo ſpūs helie gemi⸗
natus eſt. Reſpōdit eis. Non. Sed contra
dixit dn̄s Matth. xj. Et ſi vultis recipere
ipſe eſt Helias. Dicit̃ ꝙ non erat helias in
perſona ⁊ corpore: ſed in ſpū ⁊ ꝟtute. Chri
ſtus em̄ dicit eū heliā eſſe: q̄2 in ſuis opibꝰ
ſimilitudinē oſtendebat helie. Ambo nēpe
fuerūt in deſerto cōuerſati. Jbi em̄ Helias
ieiunauit quadraginta diebꝰ. Ambo veſti
tu inculti. Tertio ille precurſor: vēturꝰ eſt iu
dicis: iſte fuit redēptoris. Quarto Helias
magni zeli fuit zelando legem dei: ⁊ Joan
nes zelo veritatis mortuꝰ eſt. Quinto ābo
reges arguebāt: ⁊ cum hoc iſte Phariſeos
dicēs. Genimina viperarū ⁊c̄. Jlle iordanē
celū petiturꝰ dimiſit: hic ad lauacrū quo ce
lum petit̃ multos cōuertit. ¶ Propheta es
tu? Reſpōdit non. Cōtra Luce. j. Tu puer
propheta altiſſimi vocaberis. Reſpōdet̃ ꝙ
non de quolibet ꝓpheta loquebant̃: ſʒ vel
de Heliſeo ꝓpheta q̄ inter eos reputabat̃
maior: q̄2 in eo fuit geminatꝰ Helie ſpūs.
Uel de illo de quo Deut̃. xviij. Prophetam
ſuſcitabo eis de medio fratrū ſuorū ſimilē
tui: ⁊ ponam verba mea in ore eius: loque
turq; ad eos oīa q̄ precepero illi. Qui autē
verba eius q̄ loquet̃ audire noluerit: ego
vltor exiſtam. Noluit autē ſe talem iactare
cōtra eos qui de ſciētia: genere: ⁊ vita ſe ia
ctant. Quid ergo dicis de teipſo: vt reſpō⸗
ſum demus his q̄ miſerūt nos? Uide q̄ʒ be
ne ſtuduerat reſpōdere ad iſtam q̄ſtionē.
Tu q̄s es? Rn̄dit. Ego vox clamantis in de
ſerto: parate viam dn̄i: rectas facite ſemi⸗
tas dei noſtri. Ecce q̄n̄o ſe humiliauit: q̄ ſe
quaſi nihilū eſſe recognouit in ꝯſpectu dei
ſciēs illud pſ. Uerūtamen vniuerſa vani⸗
tas oīs homo viuēs. Reputauit em̄ ſe eſſe
minus q̄ꝫ ſubſtantiā ⁊ infimā creaturā: ſcʒ
accidēs cum ait. Ego vox ⁊c̄. Ecce teſtimo⸗
nium Joānis de ſeipſo. ¶ Scđo vidēdū eſt
ꝙ Joannes de chriſto teſtimonium ferat.
Et qui miſſi fuerāt erant ex Phariſeis: ſm̄
gloſ. Gen̄. penul. talis ſecta īcepit modicū
ante chriſtū tēpore Alexandri. Hircani: et
Ariſtoboli: ⁊ fere magno Herodi erat con
tēporanea. Audiētes autē ꝙ Joānes ſe di
xerat vocē clamātis in deſerto: reputaue⸗
runt hoc modicū non intelligentes diuina
myſteria. Jdeo indignati ⁊ quaſi ipſuʒ red

arguendo inuidēdo ſanctitati et fame eiꝰ.
Et q̄2 non erat de eorū ſecta: faciūt ei que⸗
ſtionē de ſuo officio. Quid erg[o] baptizas
nouū ritū inducēdo ⁊ alienū officiū vſurpā
do: cū vicē perſonarū q̄bus ſcriptura bapti
zare cōcedit: ſcʒ chriſti: helie ⁊ ꝓphete non
geras? Magna em̄ ſupbia et preſumptio
eſt tibi facere opus tāte nouitatis: ſi tu nō
es chriſtus: neq; helias: neq; ꝓpheta. Jſta
queſtio poſſet form[a]ri epis: ⁊ iudicibꝰ: ⁊ re
ctoribus ciuitatū [⁊ re]gni. Cur vis eſſe pre
latus ſi nō imitaris vitā chriſti? Cur iudex:
ſi non virtute valeas irrūpere iniquitates:
ſicut Helias? Cur rector regni ⁊ reipublice
niſi ꝑſpicaci rōne futura mala preuideas:
quibꝰ tua prudētia ſubuenire poſſis? Tātū
indigeremus vno chriſto: vno helia: ⁊ vno
ꝓpheta ſi eſſet aliq̄s. Reſpōdit Joannes.
Ego baptizo in aqua. q. d. Hoc nō eſt auda
cie baptizare ſicut ego baptizo: licet non
ſim ego chriſtus: q̄2 baptiſmꝰ meus ſolum
eſt in aqua: ⁊ ideo lauat tantū corpus exte
rius: ⁊ pctōꝝ remiſſionē non tribuit. Sed
doceo vos penitere: ⁊ nō potēs abſoluere.
Non em̄ cōferebat baptiſmꝰ Joānis gra⸗
tiam: nec ſufficiebat ad ſalutē. vn̄ Actuū
xj. Oportuit baptizatos baptiſmo Joan⸗
nis iterū baptizari. Sed cur ergo baptiza⸗
bat Joānes? ſm̄ Augu. ſup Joā. hoc fuit
vt ſignaret baptiſma chriſti: ſed ſm̄ Chry⸗
ſoſtomū vt ex noīe baptizādi plures cōue⸗
nirent ad Joānē: q̄bus annūtiaret de chri
ſto. Uel ſm̄ Greg. vt baptiſma Joānis aſ⸗
ſueſceret ad baptiſmū chriſti. Mediꝰ autē
ſtetit quem vos neſcitis. i. preſens eſt inter
vos quē predico: qui eſt mediator dei ⁊ ho
minis quē vos neſcitis: ⁊ ad illū cognoſcē
dum ego vos preparo. Un̄ ſm̄ Augu. hu
milis chriſtus non videbat̃: ⁊ propterea lu
cerna accenſa eſt. pſ. Paraui lucernā chri⸗
ſto meo. Joā. v. Jlle erat lucerna ardēs et
lucēs. Hoīes em̄ parui ſtatꝰ vix ab hoībus
cognoſcūtur: ſed magni hapelopiui bene
cognoſcūtur. Uel ſm̄ Originē: quē vos ne
ſcitis: quia expectātes Phariſei chriſti ad
uentū nihil tam arduū de eo contēplaban
tur: ſolum hoīem ſanctū non deū exiſtimā
tes eū eſſe. Sed multi nūc neſciūt chriſtū:
quia neſciūt potentiā eius in malis: q̄2 hic
dimittit eos ꝓſperari: ⁊ ad libitū ſuū pec⸗
care: ſicut neſcitur virtus ſolis cū ſub nube
eſt: nec ictus gladij cū eſt in vagina. Nunc
em̄ tenet chriſtus iuſtitiā ⁊ potentiā ſuam

Universidad de Deusto Biblioteca



in vagina miẽ et nube patiẽtie: ſed virtus
eius in iudicio ſcietur. Pharao in pſperi-
tate dixit. Neſcio dñm. qui poſtea flagella
tus dixit. Peccaui. Cogitet ergo impiꝰ ꝙ
non eſt ita languidus ſi videret ictũ arcus
vel balliſte imminere: vel etiã claudus qui
non cito declinaret. Multo plus debere-
mus niti vt illum ictum vitaremꝰ. ¶ Ipſe
eſt qui poſt me venit ſm Remigiũ ſcʒ na-
ſcendo/predicãdo/bap[illegible]ʒãdo/moriẽdo/et
ad inferos deſcenden[illegible]. Ac ſi diceret ſm
Chryſoſto. Ne eſtimetis aliquid magni in
meo baptiſmate cõſiſtere. Si em̃ meũ ba-
ptiſma perfectũ eſſet: alius poſt me non ve
niret aliud baptiſma daturus: ſed hoc eſt
preparatio illius: ⁊ trãſibit in proximo vt
vmbra ⁊ imago: ſed oportet eũ qui verita
tem imponet venire poſt me. Qui ante me
factus eſt: nõ loco vel tẽpore ſed ordine per
fectionis ⁊ dignitatis. Vel ante me factus
eſt vir plenus gratia ⁊ virtutibꝰ. In princi
pio em̃ incarnatiõis factꝰ eſt talis vir: qua
lis poſtea nũꝙ fuit Joãnes. Vel ſm Ori-
genem. Ante me factus eſt. i. factum eſt vt
eſſet ante me. Et per hoc ſoluit argumẽtũ
Arrij. Unde ſicut pictor primo figuram de
ſcribit: ⁊ poſtea colores ponit: ſic baptiſmꝰ
Joãnis erat figura baptiſmi chriſti. Et ſi-
cut Lucifer ſolem precedit. Quia prior me
erat: non ſm humanitatẽ ſed ſm deitatẽ.
Ille dñs/ego ſeruus. Ille imperator/ego
miles: ⁊ fortior me eſt: qꝛ ille deus oĩpotẽs
ego autẽ fragilis ⁊ impotẽs. Cuiꝰ nõ ſum
dignus procũbens ſoluere corrigiã calcia-
menti eius: qđ eſt humile officiũ. Intantũ
enim eſt ante me dignitate: vt ego neqꝫ ſer
uire ei/neqꝫ in vltimis miniſtrorũ eius vo
cari dignus ſim. Nec mirũ ſi Joannes hoc
dixit: qꝛ quãtũcumqꝫ magnꝰ deo cõparatꝰ
nihil eſt niſi puluis ⁊ cinis. Nec etiam ali-
qua creatura eſt ei digna ſeruire/niſi ꝑ gra
tiam aſſumat. Sed modo multi ſunt q̃ ſe
dignos reputant: etiã ipſum diſcalciare in
mẽbris ſuis. Calcei em̃ fiunt ex pellibꝰ ani
maliũ mortuorũ. Sic ⁊ eccleſia et paupes
qui ſunt pedes chriſti cũ ſint vltima pars:
calciati ſunt ex ſpolijs mortuorũ. Sed nũc
predones nõ timẽt diſcalciare ⁊ eccleſias/
et hoſpitalia: ⁊ domos pauperũ. Mirabi
le eſt ꝙ ſe ita reputãt magnos: ⁊ tñ nõ ve-
rentur calciari calceis pauperũ. Vel ꝑ cal-
ciamentũ humanitas: per pedes deitas in
telligitur: et per corrigiã que calciamenta

F Chriſtus. Chriſtꝰ nunc te net iu- ſtitiam quaſi in vagina ſʒ reue- labit in iudicio

G Diſcal- ciare. Multi nunc di ſcalciãt chriſtũ in mem bris ſuis.

iungit/vnio anime ⁊ corporis ad diuinita
tem: quã nec Joãnes: nec aliqs alius ſuffi-
ciens eſt vel dignus explicare. Hec eſt expo
ſitio Gregorij. Hec in Bethania facta ſunt
trãs Jordanẽ: vbi erat Joãnes baptiʒãs.
Exẽplaria magis certa habẽt in Bethabo
ra: quia bethania erat ꝑpe hieroſolymã.
Vel ſunt due Bethanie: vna ꝑpe Hieruſa-
lem: alia trans Jordanem.

¶ Eadem dñica quarta. Sermo ſecundus
et in ordine. xxxij. per thema precedens.

MAle nobis accide
ret: ſi talem ac tantũ hoſpitẽ q̃
heurtat ad oſtium noſtrũ dedi
gnaremur recipere: immo ma-
le gratioſi: ⁊ hoc ꝑpter duo. Primo qꝛ diu
eſt ꝙ eccleſia mater noſtra cepit eum inui-
tare vt ad nos veniat ſcʒ a principio aduẽ
tus: ⁊ a poſt non fuit dies in qua non inui
taret eum. vñ dixit. Veni dñe viſitare nos
in pace: veni dñe ⁊ noli tardare: veni ad li-
berandũ nos: veni ad docendũ nos: ⁊ par-
ui pueri nõ ceſſauerũt clamare Nouel. Tã
tum em̃ clamat Nouel ꝙ venit. Bene autẽ
poterit dicere ſe quaſi deriſum ab eccleſia:
ſi non bene receperimꝰ eum: ⁊ ſi fecerimus
eum muſare ad oſtiũ. Et forte ſi facias eũ
muſare ⁊ non aperias ei: certe et ipſe idem
tibi faciet cũ veneris ad hoſpitiũ ſuũ. Sa-
tis em̃ habemꝰ de tẽpore ad preparandũ
nos. Inſtãtia em̃ inuitatiõis requirit dili
gentiam preparatiõis. Viſo etiã ꝙ appro
pinquante feſto cum tanta ſolẽnitate eum
inuitamus per antiphonas q̃ incipiũt O.
Scđo: quia niſi hunc hoſpitẽ habuerimꝰ/
peſſimũ hoſpitẽ habebimꝰ ſcʒ diabolũ: qꝛ
omnia bona rapit ⁊ deſtruit. Ve illi cuius
hoſpitiũ ſpiritus immũdus in tanta ſolẽ-
nitate inquinabit. O qualis erit illi male-
dictio. Sicut vides ꝙ tãta bñdictio venit
Marie ex eo ꝙ prebuit ſibi hoſpitiũ: vt di
cat. Ex hoc beatã me dicent oẽs generatio
nes. Ita etiã tibi tanta maledictio ꝙ oẽs
te maledictũ ⁊ dignũ ſuſpẽdio eterno iudi
cabunt. Oẽs ſcʒ nationes celi ⁊ terre: quia
tam ingratus es de beneficijs dñi tui. In
hac em̃ ſacra ſolẽnitate futura tanta bene
ficia tibi dereliquit. Seipm̃ donauit tibi:
vt faceres quicqđ rationabiliter velles: et
adhuc nõ vis dimittere pctã tua in illo fe-
ſto. Ut ergo nos poſſimꝰ digne preparare
ad hoſpitã q̃ eum tam diligẽtiſſime rece-

A Aduen tus. Propt duo de bemus chriſtũ veniẽtẽ ſuſcipe.



pit: ſupplicationẽ noſtraʒ porrigemus: vt
nos doceat qualiter eum recipere ⁊ illi ſer
uire debeamus. Ipſa enim eſt doctrix diſci
pline dei: ⁊ electrix operũ illiꝰ. Hoc eſt ipſa
cognoſcit qualiter cũ diſciplina ſibi ſeruiẽ
dum eſt: ⁊ quales cibi electi ſibi ſint prepa
randi. Ut igitur nos doceat aliquid dicere
ad ſalutẽ noſtrã: nos ad eam cõuertemur:
dicẽtes Aue. ¶ Mane iterrogationẽ Pha
riſeorũ ad Joannẽ de aduẽtu chriſti in car
nem expoſuimꝰ. Nunc de aduẽtu chriſti in
mẽtẽ ex teſtimonio Pauli dicamꝰ. ¶ Juxta
textũ epiſtole quinqꝫ cõditiones requirũ-
tur ad hoc ꝙ dñm venturũ ad hoſpitiũ de
bite cuſtodiamꝰ: ⁊ ei obſequioſe ſeruiamꝰ.
Prima tãgitur ibi. Gaudete in dño ſemꝑ:
iterũ dico gaudete. Sciebat em̃ Paulus q̃
erat magnꝰ fourrier de domo chriſti: quid
oportet facere ad eum hoſpitãdũ. Primo
itaqꝫ oportet ꝙ ſibi fiat hilaris vultꝰ abſqꝫ
rechinatiõe. Dicit em̃ Gaudete: non in ſuo
hoſte vel cũ ſuo hoſte: ſed in dño: non in ſe
culo: ſed in dño: non in bonis tranſitorijs:
ſed in eternis: non ad horã: ſed ſemꝑ tam
in ꝓſperijs q̃ in aduerſis: non ſemel: ſʒ ite
rum dico gaudete. Unde lata eſt differẽtia
letitie ⁊ exultatiõis bonoꝝ ⁊ malorũ. Ma
li em̃ gaudẽt in ꝓſperitate: qui ont le vent
a gre: qui ont le bruit. de q̃bus pš. Qui cõ-
fidunt in vanitate ſua: ⁊ in multitudine di
uitiarũ ſuarum gloriant: de q̃bus. j. Ma-
cha. ij. Gloria impij ſtercus ⁊ vmis hodie
extollit ⁊ cras nõ inuenief. pš. Vidi impiũ
ſeperexaltatũ ſuꝑ cedros libani: tranſiui ⁊
ecce non eſt inuẽtus locus eiꝰ. Iſti autẽ nõ
cantant nec letantur niſi ſicut a lauda: que
non cantat niſi tempore pulchro. Letãtur
etiã in vanis laudibꝰ: ⁊ qđ deterius eſt ſe-
pius de malitia ⁊ impietate eorũ. Prouer
biorũ. j. Letãtur cũ malefecerint. Et maxi-
me letant de ſue malitie impunitate. Sed
Eccles. ij. dicit ſapiẽs. Riſum reputaui er-
rorem ⁊ gaudio dixi: q̃d fruſtra deciperis?
Gaudiũ autẽ huiꝰ ſeculi ꝑpter tria maxie
vitandũ eſt. Primo qꝛ maledictũ a deo et
excõmunicatũ. Luce. vj. Ve vobis diuitibꝰ
qui hic habetis conſolationẽ veſtrã. Quis
audeat cõmunicare cũ excõicato ⁊ cum ma
ledicto? pš. Renuit conſolari aĩa mea: ſcilʒ
bis delectatiõibus. Vñ letitia huiꝰ ſeculi
ſm Augu. eſt impunita nequitia: ſcʒ luxu-
riari: iurgari: ebrioſitate ſe ĩgurgitare: tur
pitudinẽ facere: ⁊ nihil mali pati. Secũdo

B Gau- dium. Differẽ tia ẽ in ter gau diũ bo- norũ et maloꝝ.

quia gaudiũ huiꝰ mundi hoĩem infatuat.
Mulieres cõſueuerũt dicere ſuis filijs: ꝙ
nõ nimis ſtudeant quia infatuar[illegible]nt. Sed
ſic eſt de his qui ſtudẽt vanitati huius ſe-
culi. Mulier q̃ ſtudet ad ornatũ ſuum mil
le modis ornabitur: ⁊ ſi quid noui ſit in cu
ria oportet ꝙ veniat ad ludũ: ⁊ ꝙ domina
mea ſit parata in die natalis dñi: et tũc de
ea ceteri ridẽt: cum credit ꝙ de ea magna
dicantur: ſicut eſt de [illegible]tuis. Sed qđ plus
eſt: aliqui fatui cog[illegible]ſcũt ſe per internal-
la eſſe fatuos: ſed iſti non: immo inſaniũt:
vnde Augu. Gaudiũ tale phreneticoꝝ eſt.
Phrenetici em̃ ſuaʒ infirmitatẽ nõ cogno
ſcentes gaudẽt ⁊ cantãt: cum amici eorum
fleant qui eorũ infirmitatẽ agnoſcũt. Sic
tales gaudẽt cum mater eccleſia orat pro
eis ⁊ plorat. Immo filius dei periculũ eo-
rum plorauit. Similiter cognoſcit homo
fatuus dum ſibi preſentato pomo ⁊ auro:
preaccipit pomũ. Tu vero q̃ in veritate non
ſunt bona preaccipis: ⁊ regna celeſtia tibi
oblata pro ipſis derelinquis. Tertia ratio:
quia huiuſmodi gaudiũ breue eſt ⁊ dolo-
ri immixtum: immo in triſtitiam vertitur.
vnde Boetius. Dulcedo felicitatis huma-
ne multis amaritudinibꝰ reſperſa eſt. Hinc
cõmuniter dicit que la chãſe retourne. Et
mirabile eſt quomodo mali in talibus gau
dere poſſunt: cum nihil boni habeãt. Nam
Seneca teſte. nihil eſt homini bonũ ſine ſe
bono. Et ſicut oĩa bona cum deo veniunt
ad hoĩem. iuxta illud Sapiẽtie. vij. Vene-
runt mihi oĩa bona pariter cum illa: ſic re-
cedente deo recedũt ab eo oĩa bona q̃ ſint
ei vtilia: quia quecũqꝫ bona ſibi remane-
bunt: clamabũt contra eum in die iudicij.
¶ Sed ſancti viri in dño letantur in qua-
tuor. Primo in tribulatiõe: qꝛ cognoſcunt
ꝙ hoc eſt ad meritũ ⁊ ad coronã: quia non
coronabit niſi qui legitime certauerit. pš.
Letati ſumus pro diebus quibus nos hu-
miliaſti: annis q̃bus vidimꝰ mala. ⁊ Jaco. j.
Omne gaudiũ exiſtimate fratres: cũ in va
rias tentatiões incideritis. Unde in euan
gelio hodierno. Medius veſtrũ ſtetit quẽ
vos neſcitis. Stat enim vobiſcũ in tribula
tione. iuxta illud pš. Cum ipſo ſum in tri-
bulatione. Sed nos neſcimus bonũ quod
in nobis operatur: ſicut circa infirmũ nul-
lus ſcit niſi medicus quãtum prodeſt illa
potio amara quam dat: ſed hoc cognoſcit
infirmus quãdo ſanus factus eſt. ¶ Scđo

C Gau- diũ mũ di. Gau- diũ mũ di ẽ fu- giendũ ꝑpter multa.

Universidad de Deusto
Biblioteca



in deuotionē ⁊ lachrymis ⁊ laude diuina. Pſal. Beatus ppl's qui ſcit iubilationem. Aug. Dulciores lachryme orantiũ ꝙ̄ gaudia theatroꝝ. Diabolꝰ aũt eſt ſicut ioculator vel oubliator: q̄ nũꝗ̄ intrat domũ plorantiũ / ſed ridentium. Sed deus ecõuerſo eſt ſicut bonus medicus qui intrat domos infirmoꝝ: vbi ſepe nõ fit magnꝰ vultꝰ ſed fletus. ¶ Tertio gaudent in ſecuritate conſcientie. ij. Coꝝ. j. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniũ cõſcientie noſtre. Jam em̄ iuſtus cognoſcit ſe habere theſaurum in arca cordis ſui: ſperans ſe in futuro habiturũ illũ ꝑ gloriā. Mirabilem theſaurũ habet qui dñm habet in corde ſuo. Nõ eſt mirũ ſi letetur ſic: qñ multũ letatur paup inueniēs vnā burſam plenā auro. Si em̄ totũ mundum haberet: nõ eſſet ita diues ſicut ſi haberet deũ. vnde Aug. Qui verā fidem habet: nõ querit in his miſerijs fieri diues. Maius eſt em̄ deus ꝙ̄ mũdus. Et iõ pſ. dicebat. Deus cordis mei: ⁊ pars mea deꝰ in eternũ. ¶ Quarto gaudent in dño in ſpe de bonis eternis. Luc. x. Gaudete: q: noīa veſtra ſcripta ſunt in celis. ⁊ Joã. xvj. Uidebitis me ⁊ gaudebit cor veſtrum: ⁊ gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis. Et principaliter in aduentu iſto gaudent iuſti: q: prope eſt dñs ad redimendũ hereditatem noſtrā quā vendiderat Adā pro morſu pomi. Nunꝗ̄ em̄ aliq̄s leccator vēdiderat ita miſerabiliter ſuā hereditatem. Hoc tñ nõ obſtante dñs poſtea multũ comparauit ⁊ emit. Sed multi vellent iſtā hereditatem habere / ⁊ querũt ſicut catus piſcem: q̄ bene vellet manducare / ſed nõ vellet laborare ad piſcandũ. Uñ ſicut tꝑalia bona non habent volũtate ſola ſine labore: nec aīalia vtilia vt oues ⁊ boues: ſed bene inutilia vt pulices ⁊ pediculi velimꝰ nolimus oriunt. Silr male herbe: vt ſpine: vrtice: et vepres ſine ſumptu fructificant: ſed bone vinee nõ ſine magnis ſumptibꝰ multitudinē fructuũ apportāt. Silr credendũ eſt ꝙ mala ꝑpetua faciliter lucrari pñt: bona ſꝫo eterna nõ ſine magnis ſumptibꝰ ⁊ magnis laboribꝰ. Alioquin deus viliora reputaret celeſtia ꝙ̄ terrena: ideo ad ipſa plus exigit ꝙ velle habere illa. ¶ Scḋa conditio eſt ꝙ ſit honeſta cõuerſatio in domo in qua remanere debet dñs: q: ſi domꝰ eſſet male famata: nunꝗ̄ ibi ꝑmaneret tam honeſtus hoſpes. Ideo ſubditur. Modeſtia

D Modeſtia. De modeſtia ſuāda.

veſtra nota ſit oībus hoībus. i. rationabilis cõuerſatio que ponit modũ in dictis: ita ꝙ homo loquat modeſte ⁊ tēperate de ſuo proximo. Et etiā in factis. Qui em̄ ſequitur impetũ animi ſui: inter bruta reputandus eſt. Uel etiā in veſtibꝰ pompaticis ⁊ in expenſis ſupfluis ſit modeſtia. Modeſtia nota ſit oībus hoībus ad oſtendendũ ꝙ vita noſtra lucere debet quo ad proximũ: nõ quo ad oſtentationem ſed ad exēplum ⁊ primi edificationē. Unde chriſtiano neceſſaria eſt bona conſcientia propter ſeipſum: ⁊ bona fama ꝓpter primũ. Ideo baptizati inungunt criſmate q̄ḋ cõficitur ex oleo ⁊ balſamo. Oleum ꝑtinet ad nitorem cõſcientie: balſamũ ad odorem bone fame. Ro. xij. Prouidētes bona nõ tm̄ coram deo: ſed etiā corā hoībꝰ. Ubi gloſ. Auguſtini. Propter nos cõſcientia noſtra ſufficit nobis: ꝓpter vos aũt fama noſtra nõ polluī: ſed pollere debet in nobis. Quādo em̄ dñs aliquis venit ad aliq̄ḋ oppidũ inquirit vbi eſt melius hoſpitiũ: ſtatim noti dicũt. Ite ad talem locum: vos inuenietis optimũ hoſpitiũ ⁊ gentes bonas ⁊ honeſtas. Et hoc q: modeſtia taliũ fuit vicinis nota. Uel modeſtia veſtra. i. in gaudijs ſeculi cõuerſatio ſit honeſta ⁊ modeſta ⁊ tēperata ⁊ nõ male famata: quia difficile eſt trāſire in hoc ſeculo ſine aliqua letitia terrena: ſꝫ tñ ſit modeſta. Sicut cũ ſcholares vel ſerui colletant vel ludũt: ſcientes quia dñs vel magiſter eorum prope eſt / ſtatim dicunt. tenete vos in pace: q: ecce magiſter venit. Ideo dicit pſal. Exultate ei cum tremore. Inde ſubditur. Dñs prope eſt vt letitiam illam modeſte ducamꝰ. Itaꝗ̄ oportet ꝙ ſit honeſta domus: ⁊ bene famata: Ideo oportet primo ꝙ ſit bene mundata per confeſſionem. pſ. Confeſſio ⁊ pulchritudo in cõſpectu eius: id eſt confeſſio primũ: ⁊ exinde pulchritudo. Et deinde ſequitur. Sanctimonia ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius: id eſt in honeſta conuerſatione eius. Pſal. Exercitabar ⁊ ſcopebā ſpiritum meum. Magna ruſticitas eſt eorum qui regem glorie volũt recipere in domum ſuam inquinatam immundicia peccati vſꝗ̄ ad feneſtras ſenſuũ: vel abſꝗ̄ aliqua mundatione domus. Uidetur ꝙ non ſufficiat eis ꝙ filius dei cum eſſet paruulus pro eis in ſtabulo iacuit: immo mõ ponũt eũ in ſtabulo cuꝫ iam glorificatus eſt.

E Modeſtia. Quis requirit vt domus ſit honeſta ⁊ modeſta [illegible]



Oportet ergo reuoluere domũ mentis: et ſi quid fecis eſt in aliquo angulo remouere. Ita etiam faceres ſi aliquid amiſiſſes: nihil eſſet in domo tua q̄ḋ non reuolueres: et tu amiſiſti regem glorie: oportet ergo ꝙ reuoluas mentē tuam. Scḋo oportet ꝙ ſit bene ornata / ⁊ varijs tapetis. i. varijs virtutibus decorata. Et maxime in hoc feſto: quia ibi erunt tria genera perſonarũ / neceſſariũ erit triplex genus ornatuũ ſeu virtutum. Primo quidē ibi erit deus: et ideo neceſſaria eſt hũilitas qua ſibi placeamꝰ. Judith. ix. Humiliũ et manſuetorũ: ſemꝑ tibi placuit deꝑcatio. Hoc modo Maria placuit deo. Luce. j. Reſpexit humilitatem ancille ſue. Et Canticoꝝ. j. Cum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea. i. humilitas dedit odorem ſuauitatis. Nardus em̄ eſt herba humilis et parua. Scḋo neceſſaria erit caſtitas ⁊ puritas qua angelis placeamꝰ. Caſtitas enim facit hoīem angelis ſimilē. Immo ſm Bernar. de hoīe angelũ facit. Similitudo aũt placere facit ⁊ amari. iuxta illud Eccli. xiij. Oīe animal diligit ſibi ſimile. Tertio neceſſaria erit charitas q̄ hominibus placet: quia vnit hoīes adinuicē in pace ⁊ concordia. Pro iſtis tribus ornamentis dicit dñs. Cāti. v. Dilectꝰ meus candidus ⁊ rubicũdus / electus ex milibꝰ. Hoc eſt mihi dilectus eſt cādidus per caſtitatē et puritatē: rubicũdus per charitatē: electus ex milibus per humilitatē: q: de mille vix eſt vnus q̄ non tendat ad honoris ambitionē in quocũꝗ̄ ſtatu ſit: vt appareat ⁊ de eo habeat magna eſtimatio. Uix reperitur q̄ ſe vilem reputet in cõſpectu ſuo. Honor certe eſt quaſi diabolus impennatus. Tertio oportet ꝙ ſit bene munita: ⁊ preſertim cibis ⁊ alimētis delicatis. Specialiter autē in hoc feſto laus ⁊ glorificatio eſt apponenda deo pro cibis delicioſis. pſ. Nũquid mãducabo carnes tauroꝝ ⁊c̄. Sequitur. Immola deo ſacrificiũ laudis. Ad hoc facit ꝙ illa die apparuit multitudo laudātium deum: vt ad ſimilē operationē qualē faciũt angeli in celo ꝓuocarētur hoīes in terra. Berñ. Nihil ita repreſentat in terris quendā celeſtis habitationis ſtatum: ſicut alacritas laudantiũ deum. Sed quale vinum propinabimus? Dico ſm Berñ. ꝙ lachryme ſancte deuotiõis et cõpunctionis ſunt optimũ vinũ ⁊ dignum dilecto ad potandum: ⁊ illis reficit deus. ¶ Tertia cõditio ꝙ ſibi fiat prõptũ ſeruitiũ: quia ſi alijs plus obſequiũ fieret / ſtatim diſcederet. Inde ſubdit. Nihil ſoliciti ſitis. i. circa iſta mũdana nõ ita cõuertatis intētionē veſtrā ꝙ dimittatis ei ſeruire. Si em̄ rex veniret in domũ tuā: oēm ſolicitudinē poneres ad ei ſeruiendũ ⁊ complacendũ vt poſſes eſſe in gratia regis. Dicit autē Matth. vj. Nemo poteſt ſeruire deo ⁊ mãmone. ¶ Sed nõne debet eſſe homo ſolicitꝰ de neceſſarijs vite ſue? Expectabit ne quales q̄ dicũtur Roupie gallice / cadent ſibi in ore aſſate. Dicit etiā Apl's ad Roma. xij. Solicitudine non pigri. Reſpõdetur primo principalis hoīs ſolicitudo debet eſſe de ſpũalibus bonis: quantũ aīa prepõderat corpori: et periculum anime ꝑiculo corporis. Et ad hoc nos hortat dñs dicēs. Matth. vj. Primũ querite regnũ dei. Dicitur ſecũdo ꝙ licet poſſimus ſolicitudinē moderatā: que ſcꝫ eſt prouidentie habere circa tēporalia: contingit tamē tripliciter peccare in ſolicitudine tēporaliũ ſm Tho. ij. ij. q. lv. arti. vj. Primo quando quis ſic eſt de eis ſolicitꝰ: ꝙ in eis cõſtituit finē ſuũ vltimũ. Sicut auari qui ſunt viri diuitiarũ: q: poſſidētur a diuitijs ſuis / ⁊ ſe reputāt eſſe ꝓpter diuitias: amātes ſcꝫ diuitias pluſꝙ̄ ſaluteꝫ propriā. De iſta ſolicitudine dicit Eccl'es. iij. Peccatori dedit deus afflictionē ⁊ curā ſuperfluā: vt addat ⁊ cõgreget ſcꝫ tēporalia: ⁊ tradat ei qui placet in cõſpectu ſuo: vt religioſis vel hoſpitalibꝰ teſtamēto aut al's. Et ſubdit. Et hec vana ⁊ caſſa ſolicitudo eſt. Caſſa: q: non quietat animũ diuitis prout eſtimabat: ſed valde inquietat. Unde ſolicitudo inquietudo mentis dicit. Similis enim eſt aranee que ſe euiſcerat ad faciendũ ſubtiles telas / q̄bus muſcas capiat: ſed de facili cum ſuis telis a ceteris aīalibus deſtruitur. Sic talis mentē euacuat omni vigore ſapientie et iuſtitie ad cogitandũ ſubtiles vias ad decipiēdũ incautos: ſed ipſe ab hominibus vel ſaltē diuino iudicio atteritur. Dicit autē vana ſolicitudo: quia nõ affert ſibi fructũ quē credit: ſcꝫ vitā eternā: etiā pauperibus dimittēdo: niſi ipſum vere peniteat: et q̄bus debet ſatiſfaciat. Scḋo talis ſolicitudo eſt illicita quādo eſt tanta et tam inordinata ꝙ a ſpiritualibꝰ ſaluti ſue neceſſarijs retrahit homo ea omittēdo vt lucretur: puta ſi ita inſiſtit occupatiõibus negociatiõis artificij: recollectioni meſſiũ

F Tēporalia. Solicitudo. Sollicitudo tꝑaliũ triplici tereſt illicita.

Universidad de Deusto
Biblioteca



et vindemie/ꝙ omittat ſeruare feſta/ieiu-
nare dieb⁹ preceptis/ audire miſſam dieb⁹
feſtis/cõfiteri/ cõmunicare et huiuſmodi.
De hac Luce.viij. Solicitudo huius ſeculi
ſuffocat verbũ ſcz auditũ vel inſpiratũ ne
fructificet in mẽte. Jnde Grego.xix.mora.
et diſtin.xlvij.oẽs. Omnes huius ſeculi di
lectores in terrenis rebus fortes ſunt: ſcilz
ad ſolicite laborandũ pro eis/ in celeſtib⁹
debiles. Nam pro tẽporali gloria vſqꝫ ad
mortem deſudare ap[...]tunt: ⁊ pro ſpe per
petua nec parum in labore ſubſiſtunt. Si
quis autẽ ex nimia ſolicitudine quã gerit
ad tẽporalia non omittit ſpiritualia ad ſa
lutem neceſſaria: ſed diminuit in deuotiõe
et tepeſcit a feruore debito/ veniale erit.
Tertio eſt illicita quãdo procedit ex timo-
re ſuperfluo: quãdo ſcilz quis timet ne ſibi
bona deficiant/etiã ſi faciat qđ debet. Si-
cut ſunt frequẽter ſenes q̃ ſunt mali ſpei:
et ideo multũ ſoliciti de neceſſarijs. Hiero
nymus. Labor exercẽdus eſt: ſolicitudo vi
tanda: ſcz que prouenit ex diffidẽtia boni-
tatis ſeu ꝓuidentie diuine. Qđ admonet
Apoſtolus dicẽs. Uolo vos ſine ſolicitudi
ne eſſe. Et chriſtus Matth.vj. Nolite ſoli-
citi eſſe in craſtinũ. Per craſtinum. intelli-
gendo tempus futurum ſm Hieronymũ.
Unicuiqꝫ eñ tẽpori congruit propria ſoli-
citudo: ſicut tẽpori eſtatis ſolicitudo metẽ
di: ⁊ tempori autũni ſolicitudo vindemie.
Si quis ergo in tẽpore eſtatis ſolicit⁹ eſſet
de vindemia: ſuperflue preoccuparet futu-
ri tẽporis ſolicitudinẽ. Et ꝓpterea huiuſ-
modi ſolicitudinẽ prohibet dñs dicẽs. No
lite ſoliciti eſſe in craſtinum: ⁊ rationẽ ſub
dit. Craſtin⁹ eñ dies ſolicitus erit ſibiipſi:
id eſt propriã ſolicitudinẽ habebit q̃ ſuffi-
cit ad affligendũ animã: et hoc eſt qđ ſub-
iungit: ſufficit diei malitia ſua.i. afflictio
ſolicitudinis. Sumitur eñ ibi malitia nõ
pro peccato: ſed pro malo pene ſolicitudi-
nis q̃ affligit mentẽ. Non igitur debẽt ho-
mines ſoliciti eſſe ad acquirẽda tẽporalia:
quãdo vident tẽpus opportunũ ad acqui
rendum regnũ celeſte ⁊ ipſum deum. Fa-
tuus eñ eſſet ad quẽ pertineret regnũ vnũ
ex parte patris: ⁊ terra alicuius pauperis
militis ex parte matris: ſi adhereret here-
ditati materne neglecta hereditate patris
ex quo ſperaret ad hereditatez paternam
poſſe peruenire. Sic valde fatuus eſt qui
huic valli miſerie in qua Eua mater noſtra
nos poſuit adheret: celeſtib⁹ neglectis. De
huiuſmodi dicitur in Pſal. Turbati ſunt ⁊
moti ſunt ſicut ebri⁹. Maxime autẽ appro
pinquãte tanta ſolẽnitate ⁊ aduenĩẽte tan
to dño debemus dimittere ſolicitudinẽ de
alijs rebus ⁊ intẽdere circa tantũ hoſpitẽ.
Eccli.ij. Qui timent dñm preparabũt cor-
da ſua: et in cõſpectu illius ſanctificabunt
aĩas ſuas. ¶ Quarta cõditio eſt ꝙ in collo
cutionibus cum tanto dño cum timore re-
uerentiali/ ⁊ cum prudẽtia magna habea-
tur ſermo: quia ſtultos deſpicit neqꝫ cum
fatuis habitare poteſt. Nõ eñ oportet ſibi
precipere ſed in omni oratiõe deuota pete-
re ab eo: nec ꝓpter ſua merita q̃rere quic-
quã ab eo/ ſed in omni obſecratiõe: hoc eſt
propter ſua beneficia. Jnde eccleſia cõſue-
uit orare per dñm Jeſum: nec oportet eſſe
ingratũ: ſed cum gratiarũ actione petitio-
nes veſtre innoteſcãt apud deũ: quia non
eſt dignus dãdis: qui non agit gratias de
datis. Et non ſolum debet homo gratias
agere quando eſt in ꝓſperitate: ſed etiã in
aduerſitate. Aliter faciẽtes diligunt deum
ſicut canis oſſa. ¶ Quinta conditio ꝙ ſit     B
pax in domo: ita ꝙ hic hoſpes dormiens     Pax.
non euigilet. Debet autẽ homo primo ha-     De tri
bere pacem in cõſciẽtia ſua vt ibi quieſcat     plici pa
deus. Et ideo de iuſto dicitur Eſa.lvij. Ue-     ce habẽ
niat pax/ requieſcat in cubili ſuo: q̃ ambu-     da.
lauit in directione ſua. Pax iſta eſt quies
anime in conſciẽtia pura ⁊ iocũda: de qua
dicit Augu. in de ciui. dei: ꝙ pax anime ra-
tionalis eſt cogitatiõis actioniſqꝫ ordina-
ta cõſenſio. Ad hanc pacẽ niti debem⁹ pro
pter iocundã dei inhabitationẽ: q: in pace
fact⁹ eſt locus eius.i. in aĩa pacifica: quã ſi
habuerimus deum habebim⁹.ij.Cor.xiij.
Pacem habete: ⁊ deus pacis erit vobiſcũ.
Secũdo debet homo habere pacẽ cũ deo:
de qua Roma.v. Juſtificati per fidem pa-
cem habeam⁹ ad deum: q̃ qualiter acquiri
tur patet per Bernar. ſup cãtica. Si (inq̃t)
iniquitates noſtras dimiſerim⁹: inter nos
et deum noſtrũ tollatur qđ intereſt et pax
erit: hoc autẽ aliter melius tolli non poteſt
ꝙ per confeſſionẽ: ⁊ pro tanto dicit deus.
Eſa.lvij. Creaui fructũ labiorꝫ pacem. Ter
tio debet haberi pax cum ꝓximo. Roma.
xij. cum omnibus hoĩbus pacem habẽtes.
Et.j.Theſſa.v. Propter opus illorum pa-
cem habete cum eis. Hanc pacem dimiſit
deus apoſtolis pro teſtamẽto tãꝗ aliquid



optimũ et potiſſimũ donũ ſuum: cum ait.
Joã.xiiij. Pacem relinquo vobis: vt ea ha
bita illi ⁊ nos ſimiliter poſſemus perueni-
re ad pacem celeſtem.

¶ Eadẽ dñica quarta Sermo tertius fa-
ctus in quadã ꝓceſſiõe generali Pariſius.
Et in ordine.xxxiij. per thema euangelij.

## Quid dicis de teipo

A
Clamor.
De mul
tiplici
clamo-
re hui⁹
ſeculi.

Ego vox clamãtis in deſerto. Jo
annis.j. Multi ſunt clamores
in hoc deſerto. Prim⁹ eſt clamor
iuſtorũ in deſerto huius ſeculi qui primo
clamãt ad ppl'm pro peccatis: vt ſcz vnuſ-
quiſqꝫ cõuertatur a via ſua mala/ ⁊ prepa
ret hoſpitiũ dño venienti: quorũ quilibet
dicere põt verbũ aſſumptũ originaliter ex
Eſa.xl.c. Ego vox clamãtis in deſerto: diri
gite viam dñi. Scđo clamant iuſti ad dñm
gratias agendo pro beneficijs adeptis: de
quib⁹ Pſal. Clamabo ad deum altiſſimũ:
deum q̃ benefecit mihi. Et iterum Ualles
abũdabunt frumẽto: clamabũt etenĩ hym
num dicẽt. Tertio clamant iuſti ad dñm in
tribulationib⁹. pſ. A finib⁹ terre ad te cla-
maui dum anxiaret cor meũ. Et iterũ. Ad
dñm cum tribularer clamaui. Nec mirũ ſi
iuſti in mari tribulationũ mũdi hui⁹ exiſtẽ
tes ⁊ naufragiũ timẽtes tãꝗ filij clamãt
ad patrẽ miſericordiarũ ⁊ deũ totius con
ſolationis: qui põt ⁊ vult eos liberare ⁊ cõ
ſolari in omni tribulatiõe eorũ. Scđs cla-
mor eſt pctõrũ. Specialiter autẽ quatuor
pctã inueniũtur in ſcripturis clamare vin-
dictã. Primũ eſt pctm̃ homicidij. Geñ.iiij.
Uox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad
me de terra. Scđz ẽ pctm̃ Sodomie. Geñ.
xviij. Clamor Sodomorũ et Gomorreorũ
multiplicat⁹ eſt. Tertiũ eſt pctm̃ iniuſtitie:
quod fit in defraudatione pauperũ merce
nariorũ. Deut.xxiiij. Non negabis merce-
dem indigẽti ⁊ pauperi: ne clamet cõtra te
ad dñm. ⁊ Jaco.v. Ecce merces operariorꝫ
veſtrorũ q̃ defraudata eſt a vobis clamat:
et clamor eorũ in aures dñi Sabaoth in-
troiuit. Quartũ eſt pctm̃ qđ fit in vexatio-
ne viduarũ ⁊ pupillorũ. Uñ de viduis ⁊ pu
pillis dicit Exo.xij. Si leſeritis eos clama
bunt ad me: ⁊ ego exaudiã eos: quia iuxta
Pſal. Non eſt dñs oblitus clamorẽ paupe
rum: ſed iudicabit pupillo ⁊ humili. Terti⁹
clamor eſt penitentiũ: qui cõuertuntur ad
dñm cũ lachrymis. Sicut eñ ceruus cum
capitur a canibus tunc ſe conuertit ad ho-
minẽ ſicut ad piũ/ ⁊ lachrymat ⁊ mugit:
ſic peccator ad deuz qui pius eſt. Job.xxx.
Cõſurgẽs in turba clamaui: frater fui dra
conum ⁊ ſoci⁹ ſtruthionũ.i. demonũ ⁊ ho-
minum peruerſorũ. Nec mirandũ eſt: ſi cla
mant penitentes vt liberẽtur a draconib⁹
iſtis peſſimis: qui eos deuorare nituntur.
Sunt eñ longe peiores draconib⁹ corpora
libus. Nam dracones [co]rporei ſoli corpori
nocere poſſunt: dem[o]nes autẽ et peruerſi
hoĩes corpus ⁊ ſpiritũ ſuis deuorãt ſugge
ſtionibus peruerſis vel exẽplis. Quartus
autẽ clamor eſt ſanctorũ qui pro nobis lo-
quũtur ad dñm ⁊ intercedũt. Unde ſi que
ratur a virgine Maria: q̃d dicis de teipſa?
Dicet. Ego vox clamãtis populi in deſerto
ſeculi. Eſt eñ aduocata noſtra: aduocatus
autẽ eſt vox ſue partis. Jdeo vt pro cauſis
noſtris aſſiſtat: q: ſcimus ꝙ multũ diligit
ſalutes: ei preſentabim⁹ illam quã diligit
dicẽtes Aue. ¶ Queſtio thematis noſtri ex
ponet de duob⁹ vocatis Joãnes baptiſta.
Primo quidẽ de ſancto. Secũdo de papa
ante aſſumptionẽ ad papatum ſic vocato.
¶ Quo ad primã partẽ ad tres queſtiões
reſpõdet. Primo an erat ille qui venturus
erat: ⁊ q: tres putabãtur vẽturi ſcz chriſt⁹:
Helias: et ꝓpheta. de quo in Deut. Jdeo
prima queſtio triplici reſpõſiõe terminat.
Scđa queſtio quid de ſeipo ſentiebat. Ter
tia quare baptizabat. ¶ Dicit ergo in euã-     B
gelio. Miſerũt Judei ab Hieroſolymis ſa     Joan-
cerdotes ⁊ leuitas ad Joãnẽ. Miſerũt q̃-     nes ba-
dem Judei ad legatũ recipiendũ nobilem     ptiſta.
ambaſiatã. Nã q̃ miſerãt/ erãt ex Phari     Joan-
ſeis. Ad q̃d. Ad legatũ recipiendũ an refu     nes erat
tãdũ. Sed vtrũ Joãnes erat legat⁹? Dicit     legat⁹.
ꝙ ſic a deo. Jo.j. Fuit hõ miſſus a deo: cui
nomẽ erat Joãnes. Uenit aũt ad p̃dicãdũ
lumẽ vẽturũ: q: hic venit vt teſtimoniũ phi
beret de lumĩe. Et q̃d mouit eos ad eũdũ?
fama ⁊ vita ⁊ ſanctitas ei⁹: ita vt libẽter re
cepiſſent eũ. Hic erat forma ⁊ ſpeculũ lega
torꝫ: q: debẽt pollere ſctitate vite/ doctrina
⁊ fama: alĩs parũ ꝓficiũt. Arbores medici
nales cõiter ſunt odorifere. Sic iuſti dif-
fundunt in alios ſui boni noĩs odorez. Et
ideo ſubdit cui nomẽ erat Joãnes id eſt in
quo eſt gratia. Non ſic legati illi de q̃bus
Pſal. Uenient legati ex Egypto: Ethiopia
preueniet man⁹ ei⁹ deo: q̃ nõ vocãtur Joã-
nes: ſed de q̃libet eorũ dicit Eſa.viij. Uoca

q[ua]tuor peccata
clamat vindictam.

nomen eius/accelera/ſpolia detrahe/feſti
na predare. Accelera: q: ſunt celeres ad iu
dicandū: ſpolia detrahere ⁊ feſtina preda-
re: q: ſunt diligentes ad predandū. Sꝫ ad
quid miſerūt ad eū? Ad interrogandū de
ptāte ſua: ſi habebat plenitudineꝫ ptātis.
Hinc ſubdit in euangelio: vt interrogarēt
eū/tu qs es? ecce prima queſtio. ¶ Sꝫ quō
audebāt talia ⁊ taliter interrogare ab ho
mine ita famato. [...] qs es? Ego vir auderē
interrogare ab ho[...]ns eiuſdē cōditionis
mecū. Dicit primo ꝙ lꝫ Joannes eſſet ma
gne reputationis apud ppl'm: ⁊ apud ſan
ctos viros etiaꝫ doctos: tn̄ apud magnos
q: eoꝝ pctā magna redarguebat/nihil re-
putabat. Jdeo nō mirū ſi ita dure interro
gauerūt eū pluribꝰ interrogationibꝰ. Uel
pōt dici ꝙ vtebant cōi modo interrogan
di: ⁊ ꝙ q: tunc vſabat inter eos queſtio ſa
lutaris de aduentu chriſti: ideo viſa eiꝰ vi-
ta vt ſuſciperent eū tanq̄ chriſtū interro
gauerūt eū ſi eſſet ille/dicendo tu qs es?
Unde tantū valebat eoꝝ queſtio ac ſi di-
cerent: es tu ꝓpheta venturus in mundū?
Dicit ſcdo ꝙ in hoc ꝙ querebāt queſtio-
nem ſalutarem a Joanne docto a ſpiritu
ſctō: ſignat ꝙ debemꝰ querere ſi dubiū ha
beamꝰ de his q̄ ptinent ad ſalutem a viris
catholicis doctis ⁊ bonis. Hinc dicitur. ij.
Reg. xx. Qui interrogant interrogent in
Abela. i. de dubijs anime ⁊ cōſcientie ſue
que frequenter eſt miſerabilis coram deo
Abela eni īterpretat miſerabilis ei: cōtra
aliquos q̄ interrogāt de ſubtilibꝰ et curio
ſis: et de futuris cōtingētibꝰ. de qbꝰ Pſal.
Que ignorabam: interrogabant me. Dicit
tertio ꝙ illa interrogatio quo ad nos eſt
nobis vtilis. Non aūt interrogare de alijs
vt male referāt interrogati et detrahant
Unde homo apud ſe debet interrogare tu
qs es: et inueniet ꝙ a pricipio ē ſpma feti
dū. Pſal. Quid eſt hō ꝙ innotuiſti ei: aut
filius hominis quia reputas eum: homo
vanitati ſimilis factus eſt. Scdo inueniet
ꝙ in progreſſu vite non eſt niſi ſaccus ſter
corū fetor ⁊ vitiū. Job. xv. Quid eſt homo
vt īmaculatꝰ ſit et iuſtus appareat natus
de muliere? Tertio cognoſcet ſi bene inter
roget ſe nihil durare ſicut fumꝰ. Pſal. Et
numeꝝ dieꝝ meoꝝ quis eſt vt ſciā. Et ſeq-
tur. Ecce mēſurabilis poſuiſti dies meos:
⁊ ſubſtātia mea tanq̄ nihilū āte te. Quarto
cognoſcet ſe cinerē ⁊ puluerē eſſe. Pſalm̄.

E Cognitio ſui. Interrogare debet quiſq; in terrogare apud ſe tu quis es.

Quis eſt hō qui viuet ⁊ nō videbit mortē?
Propter primū non ſupbiat aut ſe iactet.
Propter ſcōm nō q̄rat corpis ſui magnos
apparatus ad cooperiendū ſtercos ⁊ fimū
Propter tertiū nō querat magna palatia
⁊ edificia: q: cito ea deſerturus eſt. Pro-
pter quartū nō delectet multū in mundo
qui ſe nec mundū appreciet: qui ſe cogitat
moriturū. ¶ Joannes vero noluit vſurpa
re honorem ſibi īdebitū: ſed ad iſtam que-
ſtionē rn̄dit negatiue ponēdo tres nega-
tiuas. Prīo q: cōfeſſus eſt ⁊ nō negauit:
⁊ cōfeſſus eſt: q: nō ſum ego chriſtus. i. nō
ſuꝫ ſummꝰ legatꝰ miſſus ex latere dei pris.
de q̄ Abdie. j. Auditū audiuimꝰ a dño: le-
gatū miſit ad gentes: nec habeo plenitu-
dinem ptātis: ſicut ille qui dicebat Mat.
vlt. Data eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ in ter
ra. Secūda negatiua: q: cū quereret He-
lias es tu: reſpondit nō ſcꝫ in pſona ſed be
ne in virtute. iuxta dictū angeli Lu. j. Jpe
preibit ante illum in ſpū ⁊ virtute Helie.
Tertia negatiua fuit: q: querentibꝰ ꝓpha
es tu: rn̄dit nō ſcꝫ ille de quo querebant: ⁊
de quo fiebat mentio. Deutero. xviij. Un
ſm Chryſo. in greco nō dicitur ſimpliciter
ꝓpheta es tu: ſed o ꝓpheta es tu: ille ſcꝫ q̄
a Moyſe preconizatus eſt. Tres ergo fue
runt queſtiones. Jn prima notat potētia:
in ſecūda ſanctitas vite: in tertia ſapiētia.
Quia igit multi ſupbiūt de his tribꝰ: ne-
gauit Joannes de ſe hec tria. De primo dr
Hiere. xlviij. Arrogantiā ⁊ ſupbiā ⁊ alti-
tudinem cordis ſui ego ſcio ⁊ iactantiā: et
ꝙ nō ſit iuxta eū virtus eius. De ſcdo Hie
re. ij. Quid niteris bonā oſtendere viā: que
inſup ⁊ malas docuiſti vias tuas: ⁊ in alis
tuis inuentus eſt ſanguis aiaꝝ pauperū ⁊
innocentū? De tertio Ezech. xxviij. Dediſti
cor tuū ſicut cor dei. Sed apl's cōtra arro-
gantiā potentie dicebat. j. Coꝝ. xv. Plus
oībꝰ laboraui: nō ego ſed grā dei mecū: cō-
tra arrogantiā ſctitatis. j. Coꝝ. xiij. Nihil
mihi cōſcius ſum: ſꝫ nō in hoc iuſtificatus
ſum: cōtra arrogantiā ſapiētie. j. Coꝝ. xiij.
Si qs videt inter vos ſapiēs eē: ſtultꝰ fiat
vt ſit ſapiens. Quia eñ chriſtus in infini-
tum Joanneꝫ excellebat: ideo penitus ne-
gauit dicens. Nō ſum ego chriſtus: inter-
rogatus de Helia dicit nō ſum: q: cum eo
cōueniebat in ſpiritu ⁊ virtute: ⁊ ſic nō ma
gnam reputabat differentiā. Ad tertiam
reſpōdet tm̄ nō: q: in veritate ꝓpheta erat

D Joannes baptiſta. Debilitat Joannis baptiſte.



ſed ab illo differebat de quo querebāt. Un̄
hic Joannis humilitatē extollit Auguſtinꝰ
dicēs. Nullū maius meritū Joannis q̄ꝫ cū
credi poſſet chriſtus: tn̄ noluit. Jnter om̄ia
eñ que fecit Joannes hoc fuit difficiliꝰ: li-
cet aliqua fuerint magis meritoria. ſ. obla-
tam gloriā reſpuere. Greg. Fortaſſe non eſt
difficile nō appetere gloriā: ſed difficile val
de eſt eam non recipere cū offertur. ¶ Quid
dicis de teipſo hoc eſt qualē poteſtatē ha-
bes? Ecce ſcda queſtio principalis ad quam
reſpondit Joannes affirmatiue: ⁊ oſtendit
officiū legationis ſue per literā. Eſa. xl. di-
cens. Ego vox clamātis. Joannes aūt ſe vo
cem appellauit ꝓpter multa. Primo ꝓpter
vite eius fragilitatem: q: vox cito tranſit ⁊
nunq̄ reuertit: ita vita hoīs. Job. vij. Me-
mēto mei dñe: q: ventus eſt vita mea. Se-
cūdo ꝓpter ſuā humilitatem: q: vox nō eſt
res ſed quaſi ſignum veritatis rei. q. d. non
ſum res ſed ſignū rei. Tertio propter officij
dignitatē: q: vox ad hoc profertur vt mani
feſtet nobis veritatē vel falſitatē: ⁊ ipſe no
bis veritatē chriſtū non ſolū verbis ſed di-
gito demōſtrauit. Quarto q: vox naturali-
ter precedit verbū: ⁊ ipſe naſcendo/predicā
do/baptizando/moriendo preceſſit chriſtū.
Quinto poteſt dici vox: quia ſicut in vocis
emiſſione os aperit: ſic in natiuitate Joan-
nis apertum eſt os Zacharie. Sed erat cla
mātis: q: ad lōge diſtantes clamabat: quia
ſm pſ. Lōge a peccatoribꝰ ſalus: q: ad in-
terluſos. Eſa. lix. Jniquitates noſtre diui-
ſerūt inter nos ⁊ deū noſtrū: q: ad dormiē-
tes. Eſa. lj. Dormierūt in capite oīm platea
rū ſicut orix illaqueatus: q: ad ſurdos. Eſa.
xlij. Surdi audite: et qs ſurdus niſi ſeruus
meus? ¶ Sed adhuc arguūt ꝙ vſurpat ſi-
bi officiū baptizanti dicentes. Quare ergo
baptizas: ſi tu nō es chriſtus ⁊c? Ecce tertia
queſtio principalis: ⁊ qui miſſi erant: erant
ex Phariſeis: quaſi diceret euāgeliſta: qua-
re addurit Joānes teſtimoniū Eſaie. Nam
aliquādo literati corā indoctis magna ad-
ducūt vt magni videantur. Sed reſpondet
euāgeliſta: ⁊ qui miſſi erant/erant ex Pha
riſeis: qui ſe ſtudioſos ⁊ magiſtros legis ⁊ ꝓ-
phetarū iactabant. Mat. xxiij. ſup cathe-
dram Moyſi ſederunt Scribe ⁊ Phariſei.
¶ Si tu nō es chriſtus. De chriſto eñ lege-
rant ꝙ baptizaturus erat. Ezechiel. xxxvj.
Effundā ſuper vos aquā mundā: ⁊ munda
bimini ab oībus inquinamētis veſtris. Et

E Joannes baptiſta. Quare ſe vocē appellauit.

Zacha. xiij. Erit fons patēs domui Dauid:
et habitātibus Hieruſalem in ablutionem
peccatoris ⁊ mēſtruate. Jn Helia ⁊ Heliſeo
ſciebāt baptiſmū chriſti ī figura preceſſiſſe:
cū tranſierunt ſiccis pedibus per Jordanē.
iiij. Reg. ij. Sed quare interrogationes ſic
precipitant ⁊ cōculcant? Reſpōdet Chryſ.
Offenſi erāt quia ſe negabat chriſtū: ⁊ pro-
pter hoc querebāt eum moleſtare queſtio-
num frequētia: vt aliqua abſona reſpōde-
ret. Turbata eñ [...]ens cito deuiat a rectitu
dine. Joannes [...]tē reſpondendo declara-
uit officiū ſuū. Ego baptizo vos aqua. q. d.
ſm Chryſo. ne eſtimetis perfectū omne in
meo iacere baptiſmate. Nequaq̄ꝫ eñ ſi hoc
perfectum eſſet: alius poſt me veniret aliud
tributurus. Uel ſm Bedā baptizabat Jo-
annes: vt homines per ſuū baptiſmum hu
miliarētur ad ſuſcipiendū baptiſma chriſti
vel vt in baptiſmo Joānis manifeſtaretur
chriſtus voce patris ⁊ ſpiritu ſancto: ⁊ hāc
vltimam aſſignat Joannes dicens. Ut ma
nifeſtaret in Jſrael propterea veni in aqua
baptizans. Jo. j. Sed triplex inuenitur ba
ptiſmus. ſ. ablutionis/cōpunctionis/⁊ paſ
ſionis. Primus in aqua. Secundus in la-
chrymis. Tertius in ſanguine: primā viam
parauit baptizādo: ſecundā predicādo: ter-
tiam moriendo. Baptizabat corpus exteriꝰ
ſed non mentē interius: ego (inquit) bapti
zo in aqua: predicauit penitentiam ſed nō
contulit indulgentiā: mortuus eſt pro iuſti
tia ſed non viuificauit. Medius autem ve
ſtrū ſtetit. Primo quidē medius per abne-
gationē ab extremis: q: nullū participans
extremorū: ſcꝫ peccatorum. Eſa. liij. Pecca-
tum nō fecit: nec inuentus eſt dolus in ore
eius. Secūdo per participationē extremo-
rū inter hominē ⁊ deum: quia verus deus
et verꝰ homo. Gal. iij. Lex ordinata eſt per
angelos in manu mediatoris. i. in poteſta-
te chriſti. de quo. j. Timo. ij. Mediator dei
⁊ hominū homo chriſtus Jeſus. Medium
etiā fuit extrema coniungendo Judeos: ſcꝫ
et gentiles. Jdeo dr Ephe. ij. Lapis angu-
laris. Et bene dicitur ſtetit: propter differē
tiā ad nos: quia Eſa. lxv. Cecidimus quaſi
foliū vniuerſi. Fluimus eñ oēs per naturā
ſed effluimus per culpā. ¶ Quē vos neſci-
tis. Primo terrenis occupati: cū modicum
pulueris oculū corporalē a viſu impediat:
nō eſt mirū ſi terra in corde hoīs exiſtens ꝑ
ſolicitudinē: viſum interiorē īpediat. Sap.

F Neſcire chriſtū. Judei neſciebāt chriſtū ꝓpt multa.

Universidad de Deusto Biblioteca



ix. Deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantē. Et ideo Eccli.xj. Sapiēs monet: fili ne in multis ſint act⁹ tui. Gloſſa. Cum a[..]nus diuidit in plura fit minor ad ſingula. Secūdo malitia excecati. Impedit eñ viſum interiorē. Sap.ij. Excecauit eos malitia eorū. Eſa.xlj. Quis cecus niſi q̄ venūdatus eſt diabolo per peccatum. Tertio eius profunda humilitate decepti. Profunditas eñ humilitatis multorū bonitatem celat. Act.viij. In hum[ilit]ate iudiciū eius ſublatū eſt. Cum eñ Joā[nne]s ſolē intelligētie ipſis ſcȝ Judeis digito oſtenderet: ⁊ ipſi radios beneficiorū ei⁹ ſenſerint: culpa eorū fuit ꝙ ipſi neſcierūt eū. Aug. Si qs alteri digito ſolē oſtenderit ⁊ videre non potuit: culpet poti⁹ oculi lippitudinē ꝙ digiti oſtēſionē. Et ſm eūdem ſi culpabiles fuerint q̄ tunc chriſtū non agnouerūt: multū ſunt culpabiles qui nunc eū non agnoſcunt. Judei eñ offenderunt in preſentē tāq̄ in humilē lapidē. Lapis adhuc paruus erat: iam nūc preciſus de monte ſine manib⁹: ideo ignoſcendū erat Judeis qui offenderūt in lapidem qui nōdum creuerat: ⁊ nunc chriſtiani offendunt in montem maximū in quem creuit. Sic ceci Judei nō vident humilē lapidem: quanta cecitas eſt non videre montē: et tamen videbunt in quem pupugerunt.

¶ Pro ſecūda parte ſi queraſ a ſummo pōtifice noſtro Innocētio.viij. qui antea dicebatur Joānes baptiſta: qd dicis de teipſo? Reſpōdebit ad quatuor interrogata. Primo per bullas ſuas reſpōdebit ad primam queſtionē Judeorum an ſit chriſtus ꝙ ſic: nō chriſtus ſic ꝙ ſit deus: ſed q: electus via ſpūs ſancti vnctus cōſecratus ⁊ coronatus in ſummū vicariū chriſti. Ad ſcdam reſpōdebit ꝙ Helias eſt: q: Helias conſtantia et virtute tyrannos ſuperauit ⁊ exterminauit maliuolos ⁊ incredulos.iij.Reg.ſ. Sic vt ipſe dixit in bulla vult etiā contra infideles incedere. Ad tertiā.ſ. ꝓpheta es tu. Reſpōdebit ꝙ ſic ad iſtū ſenſum ꝙ ex prouidētia ſua habet preuidere mala futura ſup populum ſuū: vt auertat ea. Eſt enim ſpeculator domui Iſrael. Ille aūt qui ſic eſt in alto poſitus/plus a lōge videt ꝙ qui in infimis iacet. Ad quartam queſtionē reſpondebit ꝙ eſt vox clamātis in deſerto. Primo ꝑ decreta ⁊ ſacras cōſtitutiones clamans: vt dirigatis viam dñi. Secūdo ad dñm ꝓ vobis orationibus precibus ⁊ lachrymis: ſicut bonus paſtor paratus poſſere animā pro ouibus ſuis. Unde medius eſt veſtrū quē vos neſcitis. Poteſt quoq̄ dicere illud Deute.v. Ego ſequeſter et medius ſum inter vos et dñm. Inde ſui predeceſſores ſepe pacificauerūt iram dñi: ſicut Aaron ſtabat inter viuentes ⁊ mortuos: ⁊ Moyſes inter deū et populū. Sic Gregori⁹ inter populum et deū vel angeli gladiū. Ideo nil mirū ſi tertio clamat ad vos amore charitatiuo/vt oretis deū pro eo. Unde hec ꝓceſſio ꝑpter plures cauſas ordinata eſt. Prio ad regratiandū deo de cōmuni concordia in electione: ⁊ ad congratulandū tanto patri. Scdo ad orādum deū vt ita regat ⁊ dirigat populum: vt ſit ad gloriā dei/ad augmentū ſalutis populi/ad exaltationē fidei: ⁊ depreſſionem inimicorū eius. Et hoc debemus facere moti aliquibus cauſis. Prima eſt: q: vna bonitas aliā requirit. Nunc ille orat ꝓ vobis ⁊ onera portat pro vobis: ⁊ vigilat redditurus rationē pro vobis. Inde dictū eſt a dño diſcipulis. Uigilate ⁊ orate. Ideo ſm apoſtolū. Gal.vj. Alter alterius onera portate: debemus ſaltē orationibus et precib⁹ ei ſubuenire. Secūda ratio eſt propter preceptū dei. Porro vnum eſt neceſſariū: quando aſinus eſt oneratus oportet ei cōpati et ſubleuare in neceſſitate. Si preceptū eſt honorare parētes carnales: multo magis ſpirituales. Mandauit etiam epiſcopo vt hoc faceret innoteſcere populo.

B Prelatus. Prelatus medius inter deum et populum.

¶ Eadē dñica.iiij. vnde ſupra. Sermo.iiij. et in ordine.xxxiiij. per predictum thema.

Quatuor ſunt dominice in aduentu q̄ videtur pertinere ad quadruplicē ſaluatoris aduentū. Primus eſt aduētus in carnem ad quē pertinet prima dñica: in cui⁹ euangelio legiſ illud. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Scds ad iudiciū ad quē pertinet ſcda: in cui⁹ euāgelio legiſ. Erunt ſigna in ſole. Terti⁹ eſt aduētus ad limbū: ad quē videtur pertinere tertia. In cuius euāgelio legiſ illud. Tu es qui venturus es: qd exponit Greg. de aduētu in limbū. Quartus in mentē: ad quē pertinet hec preſens quarta dñica. In feſto eñ natalis primo ſperatur ſaluator ad eccleſiā ſuam ſpecialiter ventur⁹. Unde in epl'a legitur: Dñs prope eſt. Et in euāgelio: dirigite viam dñi. Aduētus in carnem ⁊ in limbū cū gratiarū actione ſunt recolendi: aduētus ad iudiciū cum timore eſt cogitādus: aduētus in mentē cum diligēti ꝑparatione eſt expectādus. Ad quā preparationē nos diligētes ⁊ ſolicitos eſſe admonet vox illa clamātis de qua in themate: ſcilȝ dirigite viam dñi. Si eñ ita eſt ꝙ in mūdo hoſpites ſunt ita ſoliciti in recipiēdo hoſpites: et ſolēt ſedere ad hoſtiū ⁊ dicere. Intus eſt bonū hoſpitium etiā pro rege: ⁊ tamen ibi aliquādo eſt modicum lucrum: cur non magis erūt ſoliciti ſuſcipere regē glorie in quo eſt tantū cōmodum? Qui eñ ipſum recipit/recipit patrē ⁊ filium ⁊ ſpiritū ſanctū. Matth.x. Qui me ſuſcipit: ſuſcipit eū qui me miſit. ⁊ Jo.xiiij. Ego ⁊ pater ad eū veniemus: ⁊ manſionem apud eum faciemus. Hoſpites autē ſolent querere ſi ſit ſequela: ⁊ de vno ſolo nūq̄ nō multum curant. Bene miſeri erimus: ſi nō preparauerimus hoſpitiū cordis noſtri ad ſuſcipiendū hāc benedictam ſocietatē: que etiā nunq̄ venit niſi cū magna ſequela donorū et gratiarū: quia adducit ſemper ſecū gratiam ⁊ ſeptem dona ſpiritus ſancti. De qua ſocietate edoctus euangeliſta Joānes ſalutādo eccleſias dicebat. Gratia vobis et pax ab eo qui eſt: ⁊ qui erat: et qui venturus eſt: ⁊ a ſeptē ſpiritibus q̄ in conſpectu throni eius ſunt: et a Jeſu chriſto qui eſt teſtis fidelis. Apocal.ſ. Hanc ſocietatē cū donis copioſiſſimis ſuſcepit beata virgo: que dñm Jeſum non ſolū in mente ſed ⁊ in vtero geſtare meruit. Ad eam igitur confugiemus tāq̄ filij ad matrē: vt nobis de plenitudine ſua aliquid elargiatur dicentes Aue.

B Aduentus. De quatuor aduentibus.

¶ Juxta thema duas queſtiōes ſolū abſoluemus. Primo qd erat Joannes? ⁊ hāc abſoluit cū dicit. Ego vox ⁊c. Scdo qd clamabat illa vox? quia dirigite viam dñi. ¶ Igiſ qui miſſi erant a ſcribis conabanſ laudare Joannē: ſed licet laudatas oſtēdat auis iunonia pennas: nō ſic Joannes. Sed intelligēs interrogantes nūtios eſſe Babylonis domū eis aromatū oſtēdere metuit. de qua iiij.Reg.xx. de Ezechia. Et caute reſpōdēs que ad laudē ſuam ꝑtinebant/tacuit: ideo a dño dignus fuit laudari. Uñ Joānis humilitas ea tacuit: circa q̄ maxime ſolet appeti laus.ſ. circa dignitatē/ſciētiam/et vite auſteritatē. Ad primū pertinet quod dixit. Nō ſum chriſtus: qd eſt nomen dignitatis. Cui multū diſſimiles ſunt de prelationib⁹ gaudētes: illis ſimiles q̄ de fideiuſſione periculoſa gauderent. de qbus Prouer.xvij. Stultus manib⁹ plaudit: cū ſpopōderit ꝑ amico ſuo. A quo nos dehortatur ſapiens. Eccli.viij. Ne ſpōdeas ſupra virtutē tuam ꝙ ſi ſpopōderis: quaſi reſtituēs cogita. Ad ſcdm pertinet illud: nō ſum propheta: q̄ interpretatur vidēs. Eſa.ſ. Ue qui ſapientes eſtis in oculis veſtris: ⁊ corā vobiſmetipſis prudētes. Ad tertiū illud: non ſum Helias: qui fuit auſtere vite: de qua multi gloriant exterminātes facies ſuas. Noluit eñ Joānes gloriam dñi tāgere nec ſibi attribuere: quaſi alter Joſeph qui vxorē dñi ſui noluit cōtingere. De quo Bern. Indignū enim iudicauit ingloriū facere: qui eum fecerat glorioſum. Cantus ergo iſtarū ſirenarū periculoſiſſimos ſurda aure pertrāſiens: reſpōdit humiliter. Ego vox clamātis.

B Joannes baptiſta. Et ea tacuit circa q̄ laus appeti ſolet.

¶ Sed queriſ quare Joannes ſe dixit vocē dñi? Reſpondeſ ꝙ ꝑpter tria principaliter. Primo ad oſtēdendū officiū legationis ſue q: precurſor redēptoris: q: de ratione vocis eſt verbū nūtiare ⁊ cito deficere. Ita in hoc poterat dicere. Ego nō ſum niſi vox dñi: q: ad nihil aliud veni in mundū: niſi nuntiare verbū pris: ⁊ cito poſt deficiā. Inde alſo dixi Jo.iij. Illū oportet creſcere: me autē minui: filius aūt dei ineternū manebit. Unde vox ex ꝓpinquiori demonſtrat eū cuius eſt vox. Cum eñ aliquis mittit nūtios aduentus ſui: adhuc nō dicimus eū adeſſe. Audita autē eius voce dicimus. Ecce hic eſt. Alij eñ prophete predixerūt chriſtū venturum: ſed iſte ⁊ digito ⁊ verbo proprio ſaluatoris oſtendit ipm eſſe proximū: cum ſuā predicationē eodē verbo incepit chriſt⁹ ſicut ⁊ Joannes. In quo nō debent erubeſcere predicatores vel ab alijs dicta vel iterato eadem populis/ſi ea ſint vtilia ad ſalutē repetere. Hinc Paulus Phil.iij. Eadem dicere mihi nō pigrū: vobis autē neceſſariū. Scdo ad oſtendendū modū executionis ſui officij: q: in humilitate. Multi eñ (vt dicit Gerſon) q: nō habēt ſcientiā qua admirenſ a pplo: aſſumunt pōpam qua ab eo admirenſ: ſed nō ſic Joānes. Apparet aūt humilitas ei⁹ in reſpōſo ſuo ex qtuor. Prīo cū dicit. Ego ſum vox. Nō dicit ego ſum homo vel pſona notabilis ſed ſum accidēs.ſ. vox: nec me reputo aliqd ſed non ſubſtantiā in ordine ad ipm: q: Eſa.xl. Gentes in cōſpectu ei⁹ quaſi nihilum reputate ſunt. Nec mirum ſi ſe ita humiliauit: quia non eſt ſeruus maior dño

C Joannes baptiſta. Propter multa ſe dixit vocem dñi.

D Joannes baptiſta. In qtuor apparuit humilitas Joannis ex ſua reſpōſione.

ſuo:et dñs ſe vermem reputauit nõ hoĩem
in paſſiõe ſua.iuxta illud Pſ. Ego ſum ver
mis ⁊ nõ homo:opprobriũ hominũ ⁊ abie
ctio plebis. Si aũt dñs infimã ſubſtãtiam
ſe reputabat.ſ.vermẽ:quãto magis ſeruus
minus ꝗ ſubſtãtiã. Et vbi nũc gloria mũ
di? Speculentur nũc hoĩes regẽ cũ precur
ſore ⁊ milite ſuo qualẽ de ſe reputationem
habẽt: et modo ſuperbia et pompa ita ma
gna eſt ꝙ eã vix populus portare põt. Sic
humiliati ſunt miles ⁊ rex vt exaltarentur:
et ſic diſceres exaltari. ... tibi a verbis
Pſ. Perſequatur inimicus animã meã:et
conculcet in terra vitam meã:remota pom
pa cum humiliter iacebis ſicut vnus de po
pulo:et gloriã meã in puluerẽ deducat. Se
cũdo in hoc apparet:quia adhuc non dixit
illam eſſe ſuã vocẽ ſed Chriſti clamãtis. In
quo docẽtur predicatores vel quicũꝗ ora
tionẽ faciẽs aut cantans aut bñ conſultãs
cũ ſuper ſe reflectitur: nõ dicere vocẽ illam
ſi bona ſit eſſe ſuã ſed a deo: ipſumꝗ ei pre
ſtitiſſe os. Cayphas eñ quãdo bonum ver
bũ dixit:nõ dixit a ſemetipſo/ſed a ſpũſan
cto:ꝗꝗ malus eſſet. Joã.xj. Et ideo cũ au
dieris bonũ verbum vel didiceris:noli lau
dare os per qd tranſit verbum:ſed vere lo
quẽtẽ deũ. Unde Mat.x.dicitur. Nõ enim
vos eſtis qui loquimini:ſꝫ ſpũs patris ve
ſtri qui loquitur in vobis. Tertio in hoc ap
paret humilitas: q: habitabat in deſerto:
vbi nõ querebat fauorẽ principũ nec alioꝝ
neqꝫ laudes neqꝫ beneficia neqꝫ officia. Et
ideo q: ſic a remotis habitabat:erat a ma
ioribus nõ honoratus ſed cõtẽptus. Cõtra
multos qui dimittũt beneficia ſua bona et
pinguia:⁊ veniũt huc Pariſius vt plus ho
norẽtur:nõ cõtenti vocatione quã dñs de
dit eis:vel veniunt vt faciant bonũ vultũ.
Multi ſunt Pariſius forte qui ſup curas
ſuas vel canonicatus vel epiſcopatus mul
ta bona facerẽt:de quibus ſemel reddẽt ra
tionẽ: ſed forte nõ ita bene haberent appa
ratũ vẽtris:nec ita ad nutũ haberent mere
trices. Tu dices mihi. Licet beneficiũ meũ
valeat bene ⁊ copioſe vitã meã:tamen ego
nõ habeo cõuenientẽ ſocietatẽ. O Joãnes
erat maior te et deo precioſior et doctior: et
tamen contẽtus erat habitare in deſerto.
Deo gratias ꝙ nũc in regno Francie nulla
eſt terra deſerta. Quarto apparet eius hu
militas:quia non dedignatur vti doctrina
alterius ſcilꝫ Eſaie: qui tamen erat minor
Joãne ſapiẽtia et ſanctitate: quia Joãnes
fuit pluſꝗ ꝓpheta et ſanctus ex vtero ma
tris:⁊ inter natos mulierum nullus eo ma
ior. Ideo autẽ predicabat alterius doctri
nam:ne a ſenſu ſuo ⁊ doctrina viſus fuiſſet
ſe aliqualiter commẽdare. Tertio vt oſten
dat cõfirmationẽ ſue legationis: et hoc nõ
eſſe ſubito factũ/ſed ex antiquo conſilio al
tiſſimi:ad hoc adducẽs ſcripturã de aduen
tu chriſti quam predixerat Eſaias:immo ⁊
Pſ. illam multipliciter predixerat dicens.
Uox dñi ſuper aquas:deus maieſtatis in
tonuit ⁊c. Bene poterat ſe vocẽ appellare:
quoniã ibi ſepties vox appellatus eſt pro
pter ſeptẽ principales actus quos Joãnes
fecit in vita ſua: et ſub vltima appellatiõe
comprehẽdũtur duo actus:ita ꝙ virtuali
ter ibidẽ octies vox dictus eſt. Primo pro
pter illã humilitatis vocem quã dixit dño.
Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad
me. Hinc dicit. Uox dñi ſuper aquas Jor
danis: et ibi deus pater deꝰ maieſtatis in
tonuit dicẽs. Hic eſt filius meus dilectus:
et dñs ſpũſſanctus apparuit ſuper aquas
multas in ſpecie columbe ſanctificãs eas.
Secũdo dicitur vox dñi in virtute: quãdo
Joãnes erat predicans in deſerto:nõ adu
lãdo ſicut multi de iſtis curialibꝰ. O meſſi
re iehan/ou frere iehã gallice: nõ detis mi
hi magnã penitẽtiã:vos bene dicitis:deus
eſt cõtẽtus de parua re. Et o dñe ſufficit de
vng aue maria: ou dire les patenoſtres de
lhermite. Sed Joãnes non hec dicebat ſed
erat vox dñi in virtute:⁊ dabat voci ſue vo
cem virtutis dicẽs. Penitentiam agite:ſed
qualẽ penitẽtiã:ſubdit. Facite dignos fru
ctus penitentie.i.dignos vita eterna. Cre
dis ꝙ guloſus vel paillardus pro dãdo ſex
albos:vel pro pater noſter euolet ad para
diſum. Haberet talis paradiſum pro bono
foro. Ideo bene dixit dñs. Nõ omnis q̃ di
cit mihi dñe dñe: intrabit in regnũ celorũ.
Sed hec vox fuit tam virtuoſa ꝙ ois Ju
dea et Hieroſolyma et omnis regio trans
Jordanẽ veniebant ad eũ vt baptizarẽtur
in Jordane confitẽtes peccata ſua. O ſan
ctitas Joannis:o nũc miſeria eccleſie deplo
randa. Longe ad hominẽ vnũ omnes con
fluebant propter ſanctitatẽ eius/etiã con
fitẽtes peccata:vbi cõfeſſio nõ erat de pre
cepto neqꝫ pene inſtituta:neqꝫ tũc erat ſa
cramentũ gratiã conferẽs. Nũc cõfert gra
tiam/reſtituit amicitiã dei:eſt preceptũ dei

E
Joannes baptiſta. Appellatꝰ eſt vox plures in eodem pſ. ppter pſa reſoatꝰ habent in vita.



ſub pena mortis. habetis de prope audito
res:⁊ vix cum oĩbus monitionibꝰ poteſtis
venire. O vocem virtuoſam ⁊ vere virtuo
ſam:quãdo reſonans in eremo per totã Ju
deam ⁊ Hieruſalem audiebatur. Certe nõ
rauca erat:ſicut illiꝰ qui dicebat. Laboraui
clamãs/rauce facte ſunt fauces mee. Nam
multi ꝓpter eorum malã vitam nõ audiũ
tur ſed contẽnuntur. Et non eſt mirũ ſi be
ne reſonabat: quia oĩa in eo conſonabãt:cũ
voce totus predicabat. ⁊ veſtis:quia ex cili
tio chamelino. et victus:q: mel ſylueſtre et
locuſtas edebat. ⁊ predicatio ⁊ locus eremi
predicabant. Uere tũc in eo oĩa reſonabãt:
oĩa erant vox. Nunc ſi ita eſſet ꝙ auditores
confeſſionũ haberent ſemper verbũ dei in
ore:non dico ſemper predicando:ſi eorũ ha
bitus nõ eſſent ad põpam/⁊ geſtus corpo
ris ad meretriciũ:ſi non eſſent ad crapulã/
et ad conuiuia prõpti/ſed cũ auſteritate vi
te:credo ꝙ oẽs currerẽt ad eos. Quicquid
ſit auditor confeſſionũ ſi velit habere ſuos
ſubditos volũtarios ad reuelãdum ſecreta
ſua ſibi:debet eſſe bone vite ⁊ bene famate.
Tertio dicit Joãnes vox dñi in magnificẽ
tia:quia iuxta textũ noſtri euangelij: miſe
runt Judei ab Hieruſalẽ magiſtra ciuitate
nobilem ambaſſiatã interrogare eum quis
erat:interrogare eũ de poteſtate eius. Sed
Joãnes an magnifice fecit cũ eis? Magni
ficus erat veſtitus:q: de chamelot.i. de pi
lis chameli. Magnificus erat in ſocietate:
quia cũ locuſtis ⁊ beſtijs extra: ſed intra cũ
virtutibus plurimis. Modo multi recipiẽ
tes ambaſſiatores:ꝗꝗ ſint bñ veſtiti/ſunt
tamẽ beſtiales vel beſtialiter viuẽtes. Sed
dedit ne eis pecuniã? Non fuiſſet magnifi
cus/niſi feciſſet. Certe ſic. Primo dedit vnã
petiã argenti:⁊ qualẽ? Uox clamãtis in de
ſerto:dirigite viam dñi.q: ſm pſ. Eloquia
dñi eloquia caſta:argentum igne examina
tũ. Et adhuc dedit eis melius ꝗ aurum:q:
legem dñi ⁊ articulos fidei dedit illis:quia
non erãt contẽti de argento illo primo. Di
xit eñ eis. Ego baptizo in aqua/ſed alius
quem neſcitis baptizabit in ſpiritu ſancto.
Ecce articulũ fidei de quo dicitur in ſymbo
lo. Confiteor vnũ baptiſma in remiſſionem
peccatorũ. Item dedit eis legem ⁊ articulũ
de diuinitate:quãdo dicebat Jo.j. Ego vi
di ⁊ teſtimonium perhibui:q: hic eſt filius
dei. ⁊ de humanitate: quia nõ ſum dignus
ſoluere corrigiã calciamentorũ eius ⁊c. pſ.
autem qui bene ſapiebat ⁊ ſciebat valorem
legis dei dixit. Bonum mihi lex oris tui:ſu
per milia auri ⁊ argenti. Habebant eñ le
gem ex ore eius quaſi ex ore dñi:id ... ſuper
milia auri ⁊ argenti diuites erant. In hoc
debẽt clerici ⁊ literati viri non ceſſare in ta
libus theſaurizare:⁊ minime in alijs letari
et tẽpus apponere/niſi quantũ vrget neceſ
ſitas. Et hoc ſatis indicant etiã laici:qui de
eius dulcedine parum guſtauerunt. ⁊ ſic fe
cit eis reſponſion... magnificam. Quarto
dicit vox confr...gẽtis cedros libani.id eſt
Phariſeos gloriãtes de ſua munditia ⁊ cã
dore veſtis:quia habebãt mundum roque
tum. ⁊ de ſua nobilitate: quia gloriabãtur
ſe patrẽ habere Abraam. ¶ Sed vtrum au
debat loqui Joãnes illis Phariſeis: erant
magiſtri ⁊ principes? Reſpondetur ꝙ ita.
immo eos confringebat ⁊ humiliabat eos:
etiam vſqꝫ ad hoc vt nudi venirent ad ba
ptiſmũ Joannis. Magnũ eſt de vita ſan
cti Joannis quomodo humiliat ſuperbos
et elatos. Exemplũ habemus de Totila re
ge Gothorũ:qui cum vidit beatum Benedi
ctum cecidit ad pedes eius. vt habet in.ij.
dialogorũ Gregorij. Item de Chryſoſtomo
in ordine ad tyrãnum Gainam. ſicut habet
lib.x.hiſto.tripar.c.vj. Item de Ambroſio
in ordine ad Theodoſium. ſicut recitatur in
eadem hiſto.tripar.lib.ix.ca.xxx. Et non ſo
lum facto humiliabat eos/ſed etiã verbo:
dicens Mat.iij. Genimina viperarũ quis
vos docebit fugere a ventura ira? Genimi
na viperarũ ſunt qui venenũ ponunt in po
pulo:tã in eccleſia ꝙ in ſecularitate: vt ma
li prelati ⁊ paſtores qui ſua vita inficiũt pe
cus ſuũ:⁊ mali conſiliarij qui ſuo prauo cõ
ſilio conſulunt conculcare populũ/et ſemi
nare virus in eo:ſed iſtud ſemen nunꝗ de
ficiet. Sicut tamen deſeuiunt in populum:
ſic in eos deſeuiet ira vẽtura. Et ſubdit. No
lite gloriari patrem habemus Abraã:quia
poteſt dñs de lapidibus iſtis.i. de populo
qui ad modũ lapidum cõculcari ſolet/ſuſci
tare filios Abrae ad regnũ:⁊ vos reproba
re a filijs ſuis. Nec mirũ ſi talis vox alte cla
mabat quia obſurduerant Judei ⁊ obtura
uerunt aures ſuas ne audirent vocẽ incan
tantis ſapienter:quia furor illis ſicut aſpi
dis ſurde et obturantis aures ſuas. Sicut
aũt aſpis vnam obturat aurẽ terra/aliam
cauda: ſic modo principes vnã aurem luto
auri ⁊ argenti obturant:ſic ꝙ veritatẽ non

F
Predicator. Joannes baptiſta. Predicatores tot' pdicare ſic Joannes baptiſta.

G
Joannes baptiſta. Cu ſine timore etiã maiores redarguebat.

Universidad de Deusto Biblioteca



audient. Aliā cauda adulatorū:ita quilȝ ne
oyent goutte de ceſte oreille. quia tales nō
permitterēt ipſos audire: nec aliquē ad ſe
venire. Sed Eſaie.iij.dr. In vno die perdā
caput ⁊ caudam.i. principes ⁊ adulatores.
Modo vero non clamatur ſicut clamabat
Joānes:ſed aliquādo ita approximatur ad
lupum ꝙ raucatur vox: quia ſic timēt mul
ti diſplicere magnis/ꝙ timor ille intercluſ
dit fauces eorū: ita vt non audeant dicere
veritatē. Et ſubdit in te[...]s.ad confirma-
tionem. Et cōfringet dñs cedros libani:qr
niſi illi cedri elati ⁊ ſuperbi conuertātur ad
vocem confringentē eos ⁊ humiliantē: pro
certo dñs cōfringet eos in duas partes di-
uidēdo:vnā mittens ad ſepulcrū:aliam ad
infernū. Quinto dr vox intercidentis flāmā
ignis. Et hoc quādo reprehēdit pctm̄ adul-
terij in Herode:dicens. Non licet tibi habe
re vxorē fratris tui. Terrore em̄ ⁊ aſperita-
te verbi et reſonantia intercidebat flāmam
ignis luxurie. Flāma autē ignis cōcupiſcē-
tie(vt dicit Chryſ.)intercidītur:cum pars
iuſta ⁊ ſancta/puta in matrimonio concedi
tur:⁊ pars altera extra matrimoniū reſeca
tur. Sed modo ignis luxurie eſt vbiqȝ accē
ſus:⁊ in tēplo dei ⁊ in alijs domib⁹. Credo
ꝙ pauci ſunt modo vici in qbus non inue-
niatur fex aliqua. Et deberēt ad hoc clama
re probe ⁊ bone mulieres vt eijcerentur: et
cū immūditijs ville reponerētur. Saltem
ſi rectores ciuitatis non clamant aut faciāt
expelli:vox illarum mulierū erit vox interci
dentis flāmam ignis. Sexto dr vox dñi cō
cutientis deſertū.i.deſertas mentes:quan
do deſerte a gratia dei mētes cōcutiebātur
ad intra: ⁊ ad eū veniebant querētes quid
agere deberēt. Primū Publicani ⁊ peccato
res qbus dixit. Nihil plus ꝗȝ conſtitutū eſt
vobis faciatis ꝙ nō rapiāt. Scdo milites:
qui ſont voulentiers gens de bien gallice.
Neminem cōcutiatis neqȝ calūniam facia-
tis:⁊ contēti eſtote ſtipendijs veſtris. Non
erūt gentes armorū moderne. Eccleſia fecit
vnū ſanctū gendarme:ſcȝ beatū Martinū
et pinxit eū ſic/non obſtāte ꝙ eſſet pōtifex
⁊ in altiori gradu:vt faceret eis inuidiam ⁊
voluntatē ſic agendi. Sed credo ꝙ a tēpo-
re illo pauci inuidēt vite illius. hec habētur
Luce.iij. Septimo vox preparantis ceruos
qui alte ſaliunt:qui ſunt diſcipuli ⁊ viri cō-
templatiui:quos docuit in deſerto preparā
do ad eos doctrinā chriſti ⁊ baptizādo eos:

V Ignis cōcupiſcentie. Quō ignis cōcupiſcentie ſcindit in duas partes.

quia baptiſmus ei⁹(vt dicūt doctores) nō
erat niſi preparatio ad baptiſmū Chriſti: ⁊
adhuc magis quādo miſit eos ad chriſtum
interrogandū. Tu es qui ventur⁹ es. Octa
uo dicitur vox reuelās condēſa: quādo de-
mōſtrauit chriſtū digito dicēs. Ecce agnus
dei. Et iterū quādo dixit Joan.j. Qui miſit
me baptizare ī aqua ille mihi dixit. Super
quē videris ſpiritū deſcendentem ⁊ manē-
tem ſuper eū:hic eſt qui baptizat in ſpiritu
ſancto. ⁊ ego vidi ⁊ teſtimoniū perhibui qr
hic eſt filius dei. Vox quidē iſta ſalutaris
denuntians ſaluatorē. Similiter cū eſſet in
vtero matris clamabat ⁊ reuelauit conden
ſa:quādo Elizabeth ad motionem ei⁹ pro-
phetauit. Videbat em̄ per duos parietes
dñm. Si ergo ſcriptura ita clamet Joannē
eſſe vocem:non mirū ſi ſe vocem appellet.
¶ Pro ſecūda parte vox illa hortabat po-
pulū vt ſe diſponeret ad ſuſcipiendū dñm:
et clamabat. Dirigite viam dñi: rectas faci
te ſemitas dei noſtri. Sed quō dixit: dirigi
te viam dñi:cū illud non ſit in hoīs poteſta
te:ſm illud Hiere.x. Scio ꝙ nō eſt viri via
ei⁹:neqȝ hoīs vt dirigat greſſus ſuos. Re-
ſpondetur per illud Prouer. xvj. Hominis
eſt preparare animū:⁊ dei dirigere greſſus
eius. Dirigunt deus ⁊ homo viā:deus gra
tiam infundēdo:homo cor gratie preparā-
do. vnde Gregori⁹. Via dñi ad cor dirigitur
cū ſermo veritatis libenter auditur. Idem
Grego. Viam dñi ad cor preparat/qui ver-
bū dei humiliter audit:⁊ bonis operib⁹ in-
tendit. Dirigite viam dñi:hoc eſt parate viā
dño/non diabolo. Diabolus enim eſt peſſi-
mus hoſpes:⁊ eius via peſſima. Primo qr
laborioſa:⁊ ad hoc faciunt ſex. Primum eſt
vie longitudo ſeu infinitas: propter quam
mali cōtinue laborāt die ac nocte:ſm illud
Hiere.ix. Seruietis dijs alienis qui nō da-
bunt vobis requiem. Guloſus de die labo-
rat delicias preparando:de nocte pro nimia
repletione vexatur. Eccl'ſ.v. Saturitas di-
uitis non ſinit eum dormire. Et de auaro.
Eccl'es.ij. Cuncti dies eius laboribus pleni
ſunt. Seneca. Naturalia deſideria finita
ſunt/ex falſa opinione naſcētia:vbi deſināt
non habent. Secundum eſt vie tenacitas.
Eccl'i.xiij. Qui tetigerit picem/inquinabi-
tur ab ea. Picem vocat tēporalia ꝓpter te-
nacitatem:quia per ea detinentur ⁊ inqui-
nantur mētes hominū ſicut veſtimēta per
picem:et ſicut aues per glutinum. Inde et

I Via. An poſſit homo dirigere viā dñi

R Via. Via diaboli eſt peſſima.



Geñ.xiiij.dicitur. Vallis ſylueſtris.i. mun
di multos habebat puteos bituminis: qr
multipliciter illaqueātur hoīes per tempo
ralia bona:⁊ quandoqȝ profundātur ⁊ im-
mergūtur in illis quaſi in puteis. Tertium
eſt oneris grauitas. Nam quāto quis plus
oneratur: tāto magis eſt ei laborioſum am
bulare. Peccatum eſt onus grauiſſimū. iu-
xta illud Pſ. Iniquitates mee ſupergreſſe
ſunt caput meum:⁊ ſicut onus graue gra-
uate ſunt ſuper me. Peccatum onus eſt qd
propter ſui grauitatem celum nō ſuſtinuit:
nec ad vltimum terra ſuſtinebit. et ideo nō
mirum ſi via peccatorꝫ ſit laborioſa. Huiuſ-
modi autem onus debet peccator depone-
re:iuxta preceptum dñi Eſaie. lviij. Solue
faſciculos deprimentes:ſi vult veram quie
tem habere. Quartū eſt vie arduitas. Aſcē
ſus enim in montē vel locum altum reddit
viam magis laborioſam ꝗȝ ſi incederet per
plana. Incedunt autē mali aſcendēdo que
rentes apparentiam. Chryſo. Tolle hoc vi-
tium vt non velint homines hoībus appa
rere:⁊ ſine labore oīa vitia reſecātur. Quin
tum eſt ventorum vehemētium varietas.
Nam laborioſum eſt homini ambulare cuȝ
a diuerſis ⁊ vehementibus ventis agitat.
Undiqȝ vero percutitur peccator vētis ten
tationum. Ab oriente percutit eum ventus
ſuperbie prouenīēs ex nobilitate generis.
ab occidēte deijcitur terrore mortis. ab au-
ſtro vento proſperitatis quaſi a dextris ele
uatur. ab aquilone quaſi a ſiniſtris aduerſi
tate deijcitur. vñ Aug. Si bene es/times: ſi
male/doles. Prouer b.j. Auerſio paruulorꝫ
interficiet illos: ⁊ proſperitas ſtultorū per-
det eos. De his vētis dicitur Matthei.vij.
Flauerūt venti ⁊ irruerunt in domū illam
ſcilȝ ſtulti peccatoris ⁊ cecidit: et fuit ruina
ei⁹ magna. Et de malis dicit Job.xxj. Erūt
ſicut palee ante faciē vēti. Sed ꝗuis adeo
laborioſa ſit via diaboli:tamen mali nō ſen
tiunt:quia inebriati ſunt: ſm illud Threñ.
iij. Inebriauit me abſynthio. Quod expo-
nens Gregorius ait. Abſynthio ebrius eſt
qui pre amore preſentis ſeculi a ſenſu men-
tis alienus:quicquid pro mundo ſuſtinet/
leue putat:et laboris amaritudinem quam
tolerat ignorat. Sed quod modo non intel
ligunt mali:in inferno intelligent. Dicunt
enim Sap.v. Laſſati ſumus in via iniqui-
tatis ⁊ perditionis:ambulauimus vias dif
ficiles:viam autem domini ignorauimus.

¶ Secūdo via diaboli eſt infructuoſa. Sa-
piētie.iij. Vacua eſt ſpes illorum ⁊ labores
ſine fructu. Pſ. Confundantur omnes ini-
qua agentes ſuperuacue. Iniqua [..]git qui
non ſolū fructuoſius:ſed iocundius potuit
deo ſeruire ꝗȝ mundo. Et ad Romā.vj. Quē
fructum habuiſtis in illis in qbus nūc eru
beſcitis? Quaſi diceret Apoſtolus ꝙ nullus
eſt fructus in peccato:ſed magnum incom-
modū. ⁊ ideo ſubdit. Nam finis illorꝫ mors
eſt/ſcilicet eter[..] Merito erubeſcēt qui de
ſeipſis tam vi[..]orū fecerūt:qui tantū the-
ſaurū pro tam vilibus mercibus commuta
uerūt. Hanc infructuoſitatem recognoſcūt
dānati in inferno dicentes. Quid nobis p-
fuit ſuperbia:aut diuitiarū iactantia quid
contulit nobis? Tranſierūt omnia illa tāqȝ
vmbra. Maris eīm huius mūdi termin⁹ eſt
arena:que infructuoſa eſt ⁊ pōderoſa. Ter-
tio via diaboli eſt periculoſa. Tolerabilis
eſſet ſi ſolum eſſet laborioſa ⁊ infructuoſa ⁊
nō periculoſa:qr tolerabili⁹ eſt inſudare la-
bori perituro ꝗȝ perēpturo. Cum ergo peri
culū ſit in hmōi via/merito derelinquenda
eſt iuxta monitionē. Eſaie.lv. Derelinquat
impius viā ſuam:⁊ vir iniquus cogitatio-
nes ſuas. ¶ Sunt autē ſeptē que faciūt ad
hoc ꝙ ſit periculoſa. Primo eius tenebroſi-
tas. Prouer.iiij. Via impiorū tenebroſa:ne
ſciūt vbi corruūt. Peccata em̄ tenebre ſunt/
ſicut virtus lumē. ſm dictū dñi. Luc.xj. Vi
de ne lumen qd in te eſt tenebre ſint. Scdo
latronum multitudo:de qbus Job.xix. Si-
mul venerūt latrones eius:et fecerunt ſibi
viam per me. Diabolus em̄ tamqȝ pnceps
latronum aſſumit ſecum multos latrones
qui peccatorem ſpoliāt ⁊ vulnerant: ſcȝ car
nem que caſtitatem furatur:mūdū qui au-
fert eleuationem mētis in deū et deprimit
ad terrena curāda:cū quibus diabolus ex-
ercens miniſteriū nequitie ſue ſingulis ho-
ris merita/famā/⁊ tēpus ei⁹ furatur/eūqȝ
ſic ſpoliatū multis afficit vulneribus:ita vt
de ipſo peccatore verificetur parabola illa.
Luce.x. Homo quidā deſcendebat ab Hie-
ruſalem in Hiericho ⁊ incidit in latrones:
qui etiā deſpoliauerunt eū:⁊ plagis impo-
ſitis abierūt ſemiuiuo relicto. Tertio ſocio-
rum infidelitas ſcȝ peccatorū. de qb⁹ Oſee
iiij. Nō eſt miſericordia/nō eſt veritas/nō
eſt ſciētia dei in terra. Maledictum ⁊ men
daciū et homicidiū ⁊ furtum ⁊ adulterium
inundauerūt. Et propter iſtam infidelitatē

dicitur Hiere.ix. Unuſquiſq; a proximo ſuo
ſe cuſtodiat: et in omi fratre ſuo nō habeat
fiduciā. Et Michee.vij. Nolite credere ami
co. Quarto ſcādaloꝝ multitudo: que faciūt
hoīem labi in peccatū. Eccli.xxj. Uia peccā
tiū cōplātata eſt lapidibus: vt ſicut ambu-
lās per viā corporalē multū petroſam faci
le offendit ad lapidē et leditur vel cadit: ſic
et incedēs per viā pctōꝝ ledat ſeu cadat ſpi
ritualiter. Sed Mat.xviij. Ue mūdo a ſcā
dalis: et ve homini illi p[er] quē ſcādalū ve-
nit. Quinto vie lubricitas. De quo Threñ.
iiij. Lubricauerūt veſtigia noſtra in itinere
platearū noſtrarū. Et in Pš. Fiat via illoꝝ
tenebre ⁊ lubricū. Propter lubricitatē vero
eſt via diaboli ruinoſa. Et ideo hortaƚ nos
ſapiēs ne per eam incedamus dicens Eccli
xxxij. In via ruine non eas. ſ. in qua ruitur
de peccato in peccatū: qualis eſt via pctōꝝ.
Nā ſm Grego. Peccatū qđ per penitentiā
nō deletur: mox ſuo pondere ad aliud tra-
hit. Exēplū de Petro qui cū primo peccaſ-
ſet negādo: conſequēter in deterius lapſus
eſt. Sexto ductor cecus ⁊ infidelis facit viā
diaboli periculoſam. Et ideo conſuliƚ Eccli
xviij. Poſt cōcupiſcētias tuas non eas: ⁊ a
volūtate tua auertere. Si enim preſtes aīe
tue concupiſcētias eius: faciet te in gaudiū
inimicis tuis. Septimo eſt piculoſa: q2 ad
malū locū ducit. q2 Eccli.xxj. In fine illorū
inferi ⁊ tenebre et pene. De illa etiā dicitur
Mat.vij. Lata ⁊ ſpatioſa eſt via que ducit
ad perditionē. Et Prouer.xiiij. Eſt via que
videtur homini recta: ⁊ nouiſſima eius du

L Uia. Uia domini ē optima

cūt ad mortē. Sed ecōtrario via dñi eſt ſua
uis/fructuoſa ⁊ ſecura. De primo dr Mat.
xj. Iugū meū ſuaue eſt: et onus meū leue.
Et in Pš. Suauis dñs vniuerſis. De ſcđo
Sap.ij. Bonoꝝ laboꝝ glorioſus eſt fruct9.
Et Pš. Labores manuū tuarū q2 māduca
bis: beatus es. De tertio Prouer.iij. Cuſto
di legē atq; cōſiliū: tūc ambulabis fiducia
liter in via: et pes tuus non impinget. Si
dormieris nō timebis: qeſces ⁊ ſuauis erit
ſomnus tuus. Uia diaboli: via mortis: via
dñi: via vite. Iſte due ſunt de quib9 Hiere.
xxj. Ecce ego do corā vobis viā vite ⁊ viam
mortis. Et Eccli.xv. Ante hominem vita ⁊
mors. Uia dñi via bñdicta. quia Pš. Bea-
ti immaculati in via: qui ambulant in lege
dñi. Sꝫ via diaboli maledicta. Eccli.ij. Ue
illis qui dereliquerūt vias rectas: ⁊ diuer-
terūt in vias prauas. Uia dñi parata fuit:
q2 arduitate remota cōplanata eſt. Eſa.xl.
Oīs mons ⁊ oīs collis humiliabitur. Exic
cata eſt lubricitate diuitiarū remota. Spi-
ne etiā diuitiarū amote fuerūt ab ea/ et la-
pides ſcādaloꝝ: q2 nō tolerabātur manife-
ſte peccata in eccleſia primitiua: ſed nūc re-
parāda eſſet via. Nūq̄ eñ fuerūt hoīes ita
voluptuoſi/ ſupbi/ vel auari ſicut nūc ſunt
in eccleſia dei: et ibi multa ſunt ſcādala.

¶ Eadē dñica quarta aduētus. Ser-
mo.v. et in ordine.xxxv. per thema.

A Aduentus. Gaudere. Quare repetit apls hīc bū gaudij i epiſtola q̄r te dñice aduēt9

Gaudeamus et ex-
ultemus et demus gloriam ei:
qm̄ venerūt nuptie agni. Apo-
cal.xix.c. Queritur quare eſt ꝙ
Joānes euāgeliſta in verbis premiſſis ex-
hortās nos ad leticiā ponit duplex verbū
ſignificatiuū gaudij dicēs. Gaudeamus et
exultemus. Et apls in epiſtola repetit idē
verbū cū ait. Gaudete in dño ſemper: iterū
dico gaudete. Reſpōdetur ꝙ propter mul
ta. Prima ratio eſt: q2 quando magiſter di
cit vnū bonū verbū vult ſepe illud repete-
re in ſe vel in ſuo equiualēti: vt illud infiga
tur cordibus auditoꝝ diſcipuloꝝ. Et quia
verbū gaudij in dño eſt vnū dignū memo-
ria: ideo repetitur ad oſtendendū ꝙ verba
bona debēt repeti nō mala. Quāto magis
eñ fimus cōmouetur: tāto amplius fetet.
Eccli.xix. Ne iteres verbū nequā ⁊ durum:
et nō minoraberis. Econtrario ſpecies aro
matice quanto magis trite tāto magis re-
dolēt. Ideo dicūt Athenīēſes Paulo. Au-
diamus te de hoc iterū. Scđa rō: q2 ſic eoꝝ
predeceſſores ſemper fecerūt. Bonū eſt aūt
ſe cōformare doctrine precedētiū ſanctoꝝ.
Sic eñ fecit Pš. dicens. Letificabis eū in
gaudio cū vultu tuo. et Abac.iij. Ego autē
in domino gaudebo: ⁊ exultabo in deo Je-
ſu meo. Et Eſa.lxj. Gaudēs gaudebo in do
mino: ⁊ exultabit aīa mea in deo meo. Igi
tur nō eſt mirum ſi Joānes precipuus euā
geliſtarū: et magiſter ac apoſtolus gētium
Paulus ita fecerūt. Tertia ratio: q2 vulgo
dicitur ꝙ nō eſt bonū feſtū niſi in eo ſit to-
ſtum. Nō ergo bene celebrabim9 ſequēs fe
ſtū natalis: niſi in eo toſtū habeamus. Ha
bemus aūt qđ aſſemus. ſ. aīam noſtrā que
habet duo latera: ſiniſtrū et dextrū: hoc eſt
intellectū ⁊ volūtatē: licet primū ſit durī9/
et ſcđm tenerius: q2 citi9 homo efficitur bo
nus q̄ doctus: citius acquiritur virtus q̄



ſciētia. Et ideo apoſtoli (ſicut les maiſtres
rotiſſeurs) precipiūt vt iſta duo latera aſſe
mus ad ignē charitatis ⁊ fidei: vt deū reco
gnoſcamus et diligamus: ſic ꝙ delectatio-
nē in eo inueniamus ex parte intellectus ⁊
volūtatis: et inde eſt ꝙ repetūt verbū gau
dij. Quarta ratio eſt ad deſignādū ꝙ nunc
debemus gaudere interius in corde et exte
rius in ore: ita ꝙ nihil debet in nobis a ſpi
rituali gaudio vacare: ſed debemus oīno
expellere gaudiū mundanū. Inſtrumenta
eñ in quibus delectātur mūdani ſunt con

B Gaudium mūdi. Gaudium mūdi nō ē plenū.

caua: vt viella/ cithara/ pſalterium/ et orga
nū: vt per hoc erudiamur ꝙ mūdanū gau
diū nō eſt plenū. Nō eñ replet cor ſed eua
cuat. Job.xxj. Gaudēt ad ſonitum organi.
Preterea gaudiū mundi nō eſt perpetuum
ſed momētaneū. Job.xx. Gaudiū hypocri-
te ad inſtar pūcti. Sicut eñ ignis non per-
petuatur in materia aliena: vt ſtupa vel pa
lea: ſic gaudiū qđ cōcipitur de re trāſitoria
ſtatim tranſit deficiēte re illa. Sed in ſphe
ra ppria ſolū gaudiū mētale poteſt perpe-
tuari. ſ. in corde vbi dñs eſt. Et ideo bñ hor
tatur apls dicēs. Gaudete in dño ſemper.
Bernar. id eſt verū ⁊ ſummū gaudium: qđ
nō de creatura ſed de creatore concipiƚ: qđ
cū acceperis nemo tollet a te. Cui alioquin
cōparata oīs ſuauitas dolor eſt: oīs iocūdi
tas meror eſt: omne dulce amarū: oē de-
corū fedū eſt: omne poſtremo qđ delectare
pōt moleſtū eſt. Hoc gaudiū duplex in dño
habebat virgo Maria interius ⁊ exterius
gaudēdo: qn̄ incepit canticū ſuū. Magnifi
cat aīa mea dñm. q2 ſubdit. Et exultauit. i.
extra ſaliuit manifeſtādo exterius gaudiū
ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. quam
ſalutabimus dicentes Aue.

¶ Juxta materiam thematis et epiſtole di
cemus in preſenti ſermone quomō quinq;
requirūtur ad preparationem nuptiarum
agni: que in eadem epiſtola tanguntur.

C Ueſtes q̄ debemus nūc induere: iocūdi ſpirituales interueſtibus iocūditatis et q̄ fuit ille.

¶ Primo requiriƚ ꝙ intraturi ad nuptias
induantur veſtibus iocunditatis. Inde ait
Apoſtolus. Gaudete in dño ſemper. i. veſti
mēta gaudij habeatis. Ueſtes aūt iocūdi-
tatis ſunt puritas mētis ⁊ corporis/ humi
litas/ et charitas. Puritas quidē ſiue caſti
tas: que eſt ſicut camiſia alba carni adhe-
rēs: que multū placet ſponſo. Prouer.xxij.
Qui diligit cordis mūditiā: propter gratiā
et q̄ labioꝝ habebit amicū regē. Humilitas au
tem que eſt quedā veſtis ſtricta qua homo
ſtricte iudicat de ſe: nō plus de ſe eſtimans
q̄ ſit: que gallice dicitur (vne cotte ſimple)
et ponitur ſub alijs: q2 humilitas abſcōde-
re facit hoīem opera ſua bona/ ne illa rapi-
ant fures. Charitas poſtremo que eſt ve-
ſtis de ſcarleto rubeo/ ſuperpoſita alijs: q2
ceteris ſupereminet virtutibus. Sine iſtis
veſtibus nemo intrat ad nuptias: immo ſi
eſſet in nuptijs eijceretur foras. Sicut pa-
tuit de illo qui non erat indutus veſte nu-
ptiali: quem expi[...]t paterfamilias dicens.
Amice ad quid [...]iſti nō habēs veſtē nu-
ptialem? Propterea cū dixiſſet Joannes in
themate. Uenerūt nuptie agni: ſubiūxit de
preparatione veſtiū: et ait. Et datum eſt ei
vt cooperiat ſe byſſino ſplēdēti ⁊ candido.
ſplendēti vt alijs fulgeat: et cādido vt ma
culā in ſe nō habeat: q2 tale debet eſſe indu
mentum noſtre honeſtatis: vt nec in ſe ha-
beat nigredinem malitie vt ſit candidū: nec
apud alios obſcuritatē ſpeciei male vt ſit
ſplēdēs. Byſſinū aūt qđ per multas tōſio-
nes venit ad candorē: ſignificat munditiā
ſeu honeſtatē vite. Inde ſubditur. Byſſinū
eñ ſunt iuſtificationes ſanctoꝝ. Tale byſſi
nū debet quiſq; ad curiā deferre: ⁊ vt decē
tius incedat/ multos ad ſuas veſtes aſpe-
ctum habere ⁊ mirari faciat: q2 multos de
cet ad vite ſanctimoniam inuitare. Uñ He
ſter veniens ad Aſſuerū noluit aliud orna
mentū q̄ illud qđ cuſtos virginū dedit: et
placuit regi ſup oēs mulieres. Cuſtos vir-
ginū chriſtus qui dedit cōſecratis virgini-
bus ornamenta ſpecialia: que ſi ſeruentur/
placere facient ſponſam eius ſuper ornatu
meretricio vel fictitio: in quo apparebūt ni
hilominus in cōſpectu ſponſi: ſicut in veſte
nō ſua. Ideo Apocal.iij. Beatus qui cuſto
dit veſtimenta ſua ne nudus ambulet. Ue
ſtimēta talium ſunt que nullus auferre po
teſt p violētiā. Nō ſic cape fourrate mūdi:
que tempore frigoris mortis auferuntur.

D Gaudere. Utrum debeam9 ſemper ī domino gaudere.

¶ Sed hic duo querūtur. Primo queritur
quomodo Paulus precipit vt aſſidue por-
temus iſtas veſtes gaudij dicēs. Gaudete
in dño ſemper. Nōne oportet aliqn̄ dormi
re et eas exuere? Alioquin iugū graue im-
poneretur nobis ſi cogeremur dormire ve-
ſtiti. Sumus etiā quādoq; in triſtitia ⁊ tri
bulatione. Quis ergo gauderet ſemper in
dño? Neq; de deo ſemper cogitare poſſu-
mus: ſed aliquādo circa negotia noſtra ver
ſandū eſt: igitur nō apparet ꝙ debeamus

Universidad de Deusto Biblioteca



ſemper gaudere. Reſpõdetur per talẽ veri
tatẽ. Qui vult ſaluus eſſe: ſemper in domi
no gaudeat ſeu gaudere debet. Prima pro
batio. Dicit eñi Ariſto. j. Ethic. ꝙ virtutes
ſunt permanentiores diſciplinis. Cuius ra
tio eſt ſm doctores: quia ſemp occurrit ma
teria virtutis: non autem diſcipline ſpecu
latiue. Sed ſm eñdem: virtuoſum opus et
bene circũſtantionatum fit cũ delectatione
bene ordinata: que nõ eſt bene ordinata ni
ſi in deum feratur: iuxta [illegible] illud Roma. xiiij.
Omne quod nõ eſt ex fide [illegible] peccatũ eſt. Igi
tur in omni operatione noſtra neceſſe habe
mus in dño delectari ſi volumus deo pla
cere: ꝗuis non ſemper ſentiamus delecta
tionem: ſicut citharizãs optime citharizat
ꝗuis alteri loquatur et non videatur intẽ
dere citharizationi: quia hoc cõſuetudo fa
cit. Saltẽ debemus ſemper gaudere in do
mino habitualiter: qr debemus habere ha
bitum charitatis infuſe: cuius actus eſt de
lectatio vel natus cauſare delectationem.
Secũda ratio: quia omnia opera noſtra fa
cimus ſpe alicuiꝰ boni conſequẽdi: vt agri
cola ſpe mercedis: lathomus ſpe lucri: ſed
ſpes non eſt ſine gaudio: quia Roma. xij. c.
Spe gaudentes. Spes enim gaudium ha
bet annexũ augens deſideriũ ad adipiſcen
dum rem optatam. Sicut videmus canem
currentem ſpe habendi leporem: et pre gau
dio currẽdo in ſpe variat caudã. igitur om
nia opera noſtra debent eſſe gaudio plena.
Spes autẽ que non eſt in deo: non eſt ſpes
vera ſed deceptoria. Igitur ſi vere ſperan
tes ſumus: in omnibus operibꝰ noſtris in
dño gaudemus: cum nihil aliud ſit gaude
re in dño ꝙ facere actum meritoriũ produ
ctiuũ gaudij ſpiritualis: qui non fit ſine ſpe
vera ſalutis eterne conſequende. Spes au
tem que eſt ſine meritis non eſt vera ſpes:
ſed preſumptio. Et ideo notãter Ps. dictu
rus ſperate in dño / premiſit: ſacrificate ſa
crificiũ iuſtitie. Et tales qui ſic indebite ſpe
rant moriũtur non pleni dierũ ſed vitiorũ.
¶ Secundo queritur quomodo iubet apo
ſtolus gaudere: cum dñs iubeat triſtari: qr
videtur imprecari maledictionem gauden
tibus dicẽs. Ue vobis qui ridetis: quia fle
bitis. Item. Beati qui lugent: qm̃ ipſi cõſo
labũtur? Reſpõdetur ꝙ oportet hominem
in hoc inſtanti feſto et letari et lugere. Lu
gere quidẽ: quia deũ per peccata ſua offen
dit. Gaudere vero: quia tãti fecit deus ho

minẽ vt ſuã naturam aſſumeret: et ſic eũ tãti
exaltaret. vnde Apls. ij. Cor. vj. Quaſi tri
ſtes: ſemper autẽ gaudentes. et iterũ in tri
bulatione gaudentes. Uult enim dñs vt ſi
mul faciamus (la chantepleure) letãdo ſcꝫ
de vno: et triſtando de alio. ¶ Scdo requi
ritur ꝙ portẽt lumẽ in manibus: qr cũ mũ
ditia vite habẽda ſunt in manibus exẽpla
operationis bone. Et iõ ſubdit Apoſtolus.
Modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hominibꝰ.
Inde prudẽtes virgines intrauerũt cũ ſpõ
ſo habẽtes oleum cũ lampadibus accẽſis.
Lampas accenſa cũ oleo eſt cor plenũ oleo
mĩe ⁊ bonoꝝ operum lumine. Vnc dicitur
Luce. xij. Sint lũbi veſtri precincti. Subdi
tur. Et lucerne ardentes. Quãdo eñi clerici
volunt facere ſolenne feſtum: preferũt mul
titudinem luminarium. Sic debemus eſſe
lucerne ardẽtes: vt exterius ſit ſplẽdor bo
ne operationis. Mat. v. Sic luceat lux ve
ſtra corã hoĩbus: vt videãt opera veſtra bo
na: ⁊ glorificẽt patrẽ veſtrũ qui in celis eſt.
Et interius ſit ardor ſancte emulationis.
Alioquin lucerẽt opera non vt lucerne: ſed
vt noctiluca et ſquãme piſcium et quercus
putrida: que de nocte videntur luminoſa: de
die in ꝓprio colore apparent putrida. Sed
in multis oleũ iſtud cõſumit et lumẽ extin
guit vẽtus vanitatis: qui faciũt bona ope
ra ſolũ vt exterius appareãt virtuoſi. Uul
go dicitur (ce que on ſue le vẽt le boit) ⁊ ſic
in talibꝰ perdit merces boni operis. Sed
ſapiẽs mulier guſtauit per deuotionem: et
vidit per experientiã quia bona eſt negotia
tio eiꝰ: qua ſpiritualia bona mercatur: ideo
nõ extinguetur in nocte lucerna eiꝰ. ¶ Ter
tio debent totaliter egredi de domo ſua vt
ſponſum videãt et comitẽtur. Et ideo dicit
apls. Nihil ſoliciti ſitis ſcꝫ de domo vrã. i.
de mundo: ſed illã egrediamini vt eatis ad
nuptias agni: ſm ꝙ dicitur Cañ. iij. Egre
dimini filie Sion: et videte regẽ Salomo
nem in diademate quo coronauit eũ mater
ſua in die deſpõſationis illius ⁊ letitie cor
dis eiꝰ. Domus ergo noſtra mundus eſt in
quo ſunt tria a quibus neceſſe eſt egredi. de
quibus dñs ad Abraam Geñ. xij. Egredere
de terra tua et de cognatione tua et de do
mo patris tui. Terra noſtra caro noſtra eſt:
cui dicit. Quid ſupbis terra et cinis? Egre
dere ergo de terra tua. i. de voluptate car
nis: et de cognatione tua. i. de curioſitate.
Cognata eſt eñi curioſitas voluptati: et de

E Egredi Debet m[illegible] di a m[illegible] dom[illegible] cura[illegible] tu[illegible] ſto[illegible] lo.



domo patris tui: pater oĩm ſuperboꝝ dia
bolus eſt. Iubemur itaqꝫ de voluptate: de
curioſitate et de ſupbia egredi: que tria vi
tia totũ mũdũ occupãt. quia. j. Io. ij. Omẽ
qđ eſt in mũdo aut eſt cõcupiſcẽtia carnis /
aut cõcupiſcẽtia oculoꝝ / aut ſuperbia vite.
Sunt enim quidã ſimiles muſcis que in te
lis aranearũ dũ incaute volitant / ita ſe in
uoluũt ꝙ exinde amplius egredi nequeũt:
immo ab araneis capte occidũtur. Sic ali
qui tanto impetu et appetitu / et tãta affe
ctione et delectatione / tã incaute ⁊ indiſcre
te in melle carnaliũ delectationũ / et reti cu
piditatum tẽporalium ſe infigunt / immer
gunt / ⁊ inuoluũt per auaritiã ⁊ luxuriã: ꝙ
exinde egredi nõ poſſunt nec reſilire: ſed il
lic vſqꝫ ad mortẽ perſeuerantes: cũ illo qui
dicebat. iij. Reg. ij. Nõ egrediar ſed hic mo
riar. Tãdem ab araneis. i. demonibus inue
niuntur et morte perpetua feriuntur. Sed
egrediamur de terrena iſta cupiditate: ad
videndũ regẽ celeſtẽ. Faciamus ſicut apes
que dum egrediũtur ab alueari ſuo: ſtatim
verſus celum et celeriter eleuãtur. Sic nos
de inferioribus bonis ad celeſtia cõtẽplan
da aſſurgamus. Egrediamur inquã de mũ
do non amantes ipſum: neqꝫ ea que in illo
ſunt. Egrediamur tãꝗ viri Hebrei de Egy
pto tenebrarum ⁊ fornace Babylonis. i. de
vana et peruerſa cõuerſatione: que mentis
oculos claudit / ne plene valeãt intelligere
myſteriũ iſtarũ nuptiarũ ſpiritualiũ: et pe
des aĩe vincit ne in verã terrã ꝓmiſſionis
mẽte et deſiderio redire queat. Circũualla
ta eñi multa vitioꝝ turba: populi ſui ⁊ do
mus patris ſui nõ obliuiſcitur. i. diaboli cu
ius domus (vt dictum eſt) eſt ſuperbia: fa
miliares eius cetera vitia: vt inanis gloria /
furor / gaſtrimargia et ſimilia: ita ꝙ per hu
iuſmodi multi preſcindũtur a grege dñico.
Alij trahũtur inuiti: alij trahuntur illecti:
alij ſeducti: alij ſpontanei cedũt. Ecce ꝙ po
tentes ſunt principes regis Aſſur. i. diabo
li. Quoniã vero melior eſt bona fuga ꝙ ma
la expectatio: cito egrediamur confugiẽtes
ad altiſſimũ: vt ſcapulis ſuis obumbret no
bis: et ſub pennis eius ſperemus. Et ſi ſcri
ptura nos nõ moneret egredi: ipſius tamẽ
loci importunitas nos egredi cõpelleret.
Quis eñi noſtrũ ſi iaceret in luto non mal
let egredi ꝙ remanere? Quid mũdus iſte ⁊
cõcupiſcẽtia eius niſi lutum ⁊ feces? Audi
de amatoribus mundi quid dicatur Io. j.

F Egredi Importunitas loci monet nos egredi a mũdo

Cõputruerunt iumẽta in ſtercore ſuo. Au
di et Apoſtolũ qui reputat tẽporalia tãꝗ
ſtercora. Quãtis aũt ſordibus ſterquiliniũ
hoc cumuletur: in euidẽti eſt. Adã primus
et maximus oĩm gigas ſordes inobediẽtie
ſuper nos euomuit: cuius tanta fuit labes
vt vniuerſam poſteritatẽ miſerabiliter ma
cularet. Secundus Cain ſtercus fratricidij
iniecit. Lameth fetorem Bigamie ſuperfu
dit. Etiã ante diluuiũ mulieres ſupergreſſe
viros: et viri m[illegible]ebria ſui corporis patien
tes / feces fec[illegible] cumularunt. Penſet qui
poteſt quantis fecibus vſqꝫ in hodiernum
diẽ hec vallis vſqꝫ ad fetorem intolerabilẽ
repleat. Quocirca citiſſime egredimini fi
lie Sion: vt quid pro croceis amplexamini
ſtercora? homines eſtis nõ ſues. Egreſſi ſi
quidem eſtis cum regina Saba audire ſa
pientiam Salomonis: quinimmo et vide
re ipſum Salomonem. Uobis itaqꝫ pluri
mum expedit a ſeculi negotijs exire: qr qui
comedit vuam acerbam ſeculi: dentes eius
obſtupeſcũt: et frãgere non poteſt panem.
Sed quid in cauſa? Nũquid dentes priſti
num robur amittẽtes mollificati ſunt? Nũ
quid panis ceteris cibis ſuauior iocundita
te ſua priuatus eſt? Nequaꝗ. Stupor eñi
in cauſa eſt. Ita enim quis deo militans ſi
ſecularibus ſe implicet negotijs conſuetu
dine obſtupeſcit: et ſtuporis ꝯſuetudine pa
nẽ vite frãgere perhorreſcit. ¶ Quarto de
bẽt habere cantilenas paratas ad recrean
dum ſponſum et ſponſam. Si enim canta
uerũt angeli in die natalis: nos qui ſumus
propinquiores parentes: quia nuſꝗ ange
los apprehendit / ſed ſemen Abrae: in iſtis
nuptijs debemus magis cantare et lauda
re deum. Et inde ſubdit apoſtolus. Sed in
omni oratione et obſecratione cum gratia
rum actione ⁊c. Beatus autẽ erit qui ſciet
bene cantare et iubilare per deuotam ora
tionem et gratiarum actionem in iſtis nu
ptijs. Nã Ps. Beatus populus qui ſcit iu
bilationẽ. Et iterũ nos hortat idẽ Ps. Iu
bilate deo oĩs terra. Sicut eñi meſſores et
vindemiatores cõſiderata fructuum copia
iocũdãtur: ⁊ de fertilitate terre cãtãt: et in
terſerunt voces quaſdam ſine verbis in ele
uatione animi exultãtis: ſic nos debemus
facere conſideratis bñficijs que nobis pro
uenerunt ex incarnatione ⁊ natiuitate dñi
noſtri. Et hec eſt illa iubilatio quam debe
mus ſcire et exercere. Sic enim faciebat

Dauid recognoſcēs diuina beneficia cū di‑
ceret. Benedic aīa mea dn̄o: ⁊ omnia que in
tra me ſunt nomini ſancto eius: ⁊ ſequūtur
beneficia. Qui propitiatur oībus iniquita‑
tibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates
tuas ⁊c. que omnia initiatiue exhibita ſunt
in incarnatiōe ⁊ natiuitate chriſti. ¶ Quin
to debet eſſe aliquod enceniū quod preſen‑
tetur ſponſo. Solent em̄ inuitati ad nupti‑
as aliquod munus offerre: ⁊ iſtud erit pax.
Propter hoc ſubiūgit apoſtolus: et pax dei
que exuperat oēm ſenſum cuſtodiat corda
⁊ intelligētias veſtras. Iſtam pacem debe‑
mus eſſe ſoliciti deo offerre. Prio qꝛ guer‑
ra cū deo eſſet multū periculoſa: ſicut peri‑
culoſum eſſet militē habere guerrā contra
regem: cuius manū effugere nō poſſet. Vn̄
oēs qui deceſſerūt in iſta guerra tenuerūt
longā priſionē: ⁊ in futurū vniuerſitas crea
turaꝝ eū impugnabit: qui habebit guerrā
contra deū. Sap. v. Pugnabit cū illo orbis
terrarū cōtra inſenſatos. Ideo dicitur Job
ix. Quis reſtitit ei et pacē habuit? Scd̄o qꝛ
eſt valde honorabilis ⁊ pulchra. Alij enim
principes quādo faciūt pacē cum ſubditis
ſuis: humiliant eos. Nō ſic deus: ſꝫ potius
exaltat: vt patet de filio prodigo: cui reuer‑
tēti oſtēdit paterfamilias plura ſigna amo
ris q̄ꝫ prius. Et propterea hec pax dicit̄ ab
apoſtolo in epiſtola exuperare oēm ſenſum
id eſt oēm pacem temporalem: quā qui ha‑
bent ad hanc dignitatem ſublimātur: vt di
cantur filij dei. Matt. v. Beati pacifici: qm̄
filij dei vocabūtur. Ecce quātus honor eis
fit. Tertio quia eſt valde vtilis ⁊ fructuoſa.
Job. xxij. Acquieſce ei et pacem habeto: et
ꝓpter hoc habebis fructꝰ optimos: fructꝰ
ſcꝫ lignoꝝ ꝑadiſi ad quos homo attingere
nō poterat ante huiꝰ pacis reformationē.

B
Pax.
Pax cū
deo eſt
ſolicite
q̄rēda.

¶ In vigilia natiuitatis domini
ſermo vnicus: ⁊ in ordine. xxxvj.
de coniugio Marie et Joſeph.

Sponſus et ſpōſa dicunt veni. Apoc. vlti. Ad nu‑
ptias ſolēt vocari parētes ami
ci et proximi a ſponſo et ſponſa
ꝓpter tria. Primo vt inuitati honorem fa‑
ciant ⁊ ſpōſo ⁊ ſponſe: qꝛ quanto maior eſt
ſocietas tanto magis honorantur: ⁊ eo ma
gis dicuntur honorabiles nuptie. Scd̄o ad
euitandū odiū. Si em̄ dimitteres proximū
ſtatim diceret ꝙ hoc eſt ꝓpter aliqđ odiū.
Ideo dicis ſeruis: inuitate eum: ne dicat ꝙ
tu odias eū. Tertio vt reddas tantūdem ꝑ
alia vice: ſi te inuitauerit vel ſi iā honoraſti
eū in ſuis nuptijs: quia tibi reddat equiua
lēs. Sic ⁊ ſponſus Joſeph ⁊ ſpōſa Maria
nos inuitāt ad nuptias ſuas celebrandas
ꝓpter iſta tria. Primo ad exhibendum eis
honorē. Qui em̄ nolūt eis facere honorem:
non eſt iuſtū vt poſtea honorent̄ ab eis. Et
maxime cū tu ſis filiꝰ eius. iuxta illud Jo.
xix. Ecce mater tua. Vbi ſm̄ Anſelmū i oro
nibus dicit dn̄s hoc verbū Joāni in ꝑſona
totius eccleſie. Sic itaqꝫ ſi eis nō facias ho
norē in nuptijs: degeneras a matre tua. Et
propterea oēs fideles debēt celebrare cōiu‑
giū ſue matris tā pie et tā benigne. Eſt em̄
ſicut pia mater. Quādo pater vult verbera
re paruulū: dicit ſpōſa vel mater. Veni dile
cte mi: et abſcōdit eum ſub pallio vel vlnis
ſuis. Sic cū dn̄s vult nos tot flagellis caſti
gare: ipſa vocat nos vt ad eā eamus ꝑ ora
tionē ⁊ deuotionē eā rogādo: ⁊ preſeruabit
nos a flagellis: dūmodo ſimus paruuli per
humilitatē. Quia vero ſupbi ſumus ⁊ nolu‑
mus obedire deo ⁊ mādatis eius: ideo dn̄s
flagellat nos: nec ī flagellis noſtris inueni‑
mus finē. Sic igit̄ qꝛ de parentela nr̄a eſt:
clamat veni. Scd̄o clamat oībus ad euitā‑
dū odiū. Deus em̄ iratus eſt cōtra pctōres:
qꝛ ſm̄ pš. Odiſti oēs qui operant̄ iniquita
tem. Sed Maria eſt peccatorū refugium
qui ad thronū miſericordie eius cōfugiunt
ideo ne deſperēt vocat eos hodie ſponſa cū
ſponſo ſuo ⁊ dicit veni. Qꝛ ſi non venias vo
catus: oportet ꝙ ſit ꝑ odiū vel negligentiā.
Ideo debes cito accedere cū deuotione ad
caſtas Marie nuptias celebrādas. Tertio
vnūquēqꝫ vocat vt poſtea tantūdē reddat.
Si em̄ nunc venis ad celebrandas nuptias
Marie: cū tua aīa coniungetur ſuo ſponſo
chriſto agno ī celeſtibꝰ: qꝛ ſm̄ apl̄m. j. Coꝛ.
vj. Qui adheret deo vnus ſpūs eſt cum eo:
tunc Maria aderit q̄ te iuuabit ⁊ tibi tan‑
tūdē reddet. ⁊ nō ſolū hoc faciet: ſed etiam
parata erit ad oſtiū tibi ſubuenire ⁊ fugare
hoſtes qui te impediēt de introitu ad ſpon
ſum: immo quaſi impoſſibile eſt tranſire ad
ſponſum: niſi per eā. Vnde ſicut nō niſi per
inclinationē virge capitur flos: ⁊ ſi ſit puer
paruulus oportet ꝙ pater ſubleuet eū: ſic
nos cū ſimus paruuli: ſi velimꝰ accipere flo
rē qui eſt chriſtus: oportet p̄mo leuari a bo
no patre Joſeph: ⁊ tunc poterimꝰ attinge‑

A
Nuptie
Propter
tria in
uitamur
ſpōſali‑
ter ad
nuptias Ma
rie.



re virgam ⁊ inclinare ad nos: ⁊ ſic accipere
florē chriſtū. de quo Eſa. xj. Egredietur vir
ga de radice Jeſſe: ⁊ flos de radice eiꝰ aſcen
det. Vt aūt facilius poſſimus eam inclina‑
re ad nos: verbū angelicū quo inclinata eſt
et humiliata ſub domino preſentabimus
ei dicentes Aue ⁊c.
¶ Ad nuptias celebrādas ſolēt ſponſus et
ſpōſa tātūmodo inuitare parētes/amicos
et primos: extranei vero nō vocantur: niſi
ad domū aliquali notitia pertineant. Ideo
ne pretergrederet̄ mos ſolennis in nuptijs
Marie: predicti cū magna ſolēnitate voca
ti ſunt. Primo em̄ vocatus eſt chriſtus qui
inter oēs ꝓpinquior erat: vt pote filiꝰ q̄ in
nuptijs iſtis mirabilē celebritatē fecit. Nā
primo ſicut ſolet in nuptijs fieri: ipſe nouā
veſtem aſſumpſit tunicā incōſutilē ſpūſſan
cti tāq̄ꝫ textoris opere factam: in qua nulla
fuit pctī ſutura: qꝛ ad Phil. ij. Habitu inuē
tus vt homo. Sed ꝙ hoc fuerit in deſpōſa
tione apparet: quia in euangelio hodierno
Mat. j. dicitur. Cum eſſet deſpōſata mater
Jeſu Maria Joſeph: īuēta eſt in vtero ha
bens. Antea multū rogatus fuerat venire
ad nuptias: ⁊ tn̄ nunq̄ꝫ voluit venire: ſic ꝙ
illā ſacratiſſimā et deauratā diuinitate in‑
dueret tunicā: qꝛ ille nuptie nō erant caſte.
Quia vero iſte caſtiſſime fuerūt: ⁊ ille paſci
tur inter lilia caſtitatis et mūditie. Cañ. ij.
Dilectus meus mihi ⁊ ego illi qui paſcitur
inter lilia: ideo venit ad iſtas. Sed ꝙ hodie
illā tunicā dilectus induerit patet Cañ. iij.
Egredimini filie Sion et videte regē Salo
monē in diademate quo coronauit eū ma‑
ter ſua: ⁊ hoc in die deſpōſationis illius et
letitie cordis eius. O quāta letitia Marie:
q̄n poterat dicere illud qđ ſcribitur. j. Reg.
Inueni virū ſm̄ cor meū. ſ. paratū ad caſte
viuēdū ſicut ego ſum. Sed nō ſuffecit chri
ſto ſic ſe induere in die nuptiarū harū: ſed
etiā eūtibus ad nuptias parauit cibos. Et
vbi hoc ſcribitur? certe Joā. j. Verbū caro
factū eſt. Sciebat em̄ dn̄s ꝙ nos ſumꝰ bo‑
ni ſocij: et ꝙ nos magis diligimus carnem
q̄ꝫ piſces: ⁊ duos dies carniū q̄ꝫ vnū piſcis:
ideo iuxta verbū Joānis ſeipſum prepara‑
uit carnē vt magnū vultū faciamus in die
nuptiarū matris ſue. Sꝫ nōne angeli huic
interfuerunt ſolēnitati? Dico ꝙ ſic propter
duo. Primo qꝛ parentes ⁊ cognati. Nā ſm̄
Hiero. ad Paulā. Angelis cognata eſt vir‑
ginitas: ⁊ in carne preter carnē viuere non

B
Nuptie
Cū qui
tunica
īterfuit
chriſtꝰ
nuptijs
Marie

C
Nuptie
Angeli
īterfue‑
rūt nu‑
ptijs
Marie

terrena vita eſt ſed celeſtis. Et ideo ipſi nō
defuerunt. Scd̄o ipſimet fuerunt ambaſia
tores huiꝰ matrimonij. Nōne angelus ve‑
nit ad Joſeph dicēs. Joſeph fili Dauid no
li timere accipere Mariā. Tria em̄ ſunt ꝓ‑
pter que ſolet repudiari puella a viro. Pri‑
mo q̄n nō eſt ſatis nobilis aut ſibi ꝓportio
nata per nobilitatē. Sed ecce angelus Jo‑
ſeph fili Dauid. i. de nobili genere noli ti‑
mere. Inuēta eſt em̄ habēs in vtero de ſpi‑
rituſancto. i. repleta eſt oīm gratiarū gene
ribus: in quibus maxima cōſiſtit nobilitas.
Scd̄m eſt quando timetur de eiꝰ caſtitate.
Sed ecce noſter ambaſiator: ſubdit. Quod
em̄ in ea natum eſt de ſpūſancto eſt. i. qđ in
eius vtero eſt nō eſt per operationē carna‑
lem et naturalem: ſed per operationē illius
qui eſt oīs auctor caſtitatis ⁊ amator virgi
nitatis. Tertiū eſt paupertas. Ideo ſubdi‑
tur. Ipſe enim ſaluū faciet populū a pecca
tis eoꝝ. i. in vtero habet preciū pro redimē
do totū genus humanum: vel in vtero ha‑
bet diuitias quibꝰ totū genus humanū di
tabitur. Sic ergo chriſtus et angeli fuerūt
vocati ad iſtas nuptias: et interfuerūt cele
britati. Sed nōne nobis dicunt ſponſus et
ſponſa veni: q̄ diligimus eā? Certe ſic. Ideo
oportet cū omi deuotione talibus nuptijs
intereſſe. Et ſi cauſemur de paupertate no‑
ſtra: qꝛ nō habemus vnde in tātis nuptijs
faciamus xenia et donaria. Dico ꝙ ſponſa
(vt diximꝰ) ſatis diues eſt: et ſufficit ad eiꝰ
nuptias aquā cōtritionis aut deuotionis
afferamus. Et tūc magiſter feſti chriſtus q̄
iā preparauit diſcū carneū: qui eſt quaſi ar‑
chitriclinus nuptiarū mutabit aquam no‑
ſtrā in vinum gratie ⁊ glorie. Si em̄ hoc fe
cit in nuptijs alienis: quanto magis in nu
ptijs matris ſue. Sic ergo oēs inuitāt ad
nuptias ſuas Joſeph et Maria: vt de cete
ro nullus ſe poſſit excuſare cū ſpōſus ⁊ ſpō
ſa dicūt veni. ¶ Scd̄m euāgeliū hodiernū
Mat. j. duo dicemus. Primo quō Joſeph
accepit Mariā in cōiugē tractādo de eorū
matrimonio. Scd̄o de modo quo vixerunt
in matrimonio. ¶ Circa primū dicemꝰ pri‑
mo vtrū matrimonium Joſeph et Marie
fuerit verū ⁊ perfectū? Scd̄o cur voluit dn̄s
matrē ſuā deſpōſari. Tertio cur dubitauit
eiꝰ maritus ⁊ timuit eā accipere in vxorē.
¶ Quo ad primā queſtionē videtur ꝙ non
fuerit verū ⁊ perfectū matrimonium: cum
prius emiſiſſet votū. In ꝯſummatione em̄.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca





D Matrimonij. An fuerit verū matrimoniū inter Mariā et Joſeph.

matrimonij requiritur carnalis cōiunctio maris et femine: cui repugnat votum. Ad hāc queſtionē reſpōdetur per tres cōcluſiones. Prima eſt. Ante deſpōſationem Maria votū emiſit nō ſolū conditionaliter. ſ. ſi deo placeret: qꝛ hoc oēs faciunt: et in omni voto intelligitur. vt dicit Sco. in diſt. xxx. iiij. ſentē. ſed abſolute et ſine cōditione. Hoc autē ex tribus potuit ei perſuaderi. Primo ex reuelatiōe diuina ⁊ inſpiratione: que ita ſibi reuelauerat eſſe n[illegible]ius agendum. Nec hoc eſt cōtra legem ſcr[illegible]ā: cū Hieremias/ Helias/ ⁊ Joannes baptiſta permanſerint virgines. Scdo hoc potuit eſſe ex pſuaſione angelica. Angeli em̄ ſibi familiariter colloquebātur: vt patet in ſalutatione eius: et probabile eſt ꝙ de hoc ſuadebāt ei volētes ſuā plātā virginitatis eſſe in terris. Tertio hoc potuit ei a parētibus perſuaderi. vt dicit Joannes Gerſon: et ſingulariter a ſenibus: puta a Zacharia qui cognoſcebat eā eſſe de ſemine Dauid. ideo poterat ſibi dicere. O filia mea deo dilectiſſima: vtinam tu ſis honor nr̄i generis. Ecce nūc tēpꝰ imminet in quo debet venire ille qui eſt deſideratus cūctis gētibus: qꝛ iā ſceptrū Jſrael ad alienigenas trāſlatū eſt: ſcʒ ad Herodē qui erat genere Jdumeus. Et iā etiā hebdomade annoꝝ de quibus mētionē facit Daniel finē habēt: poſt quarum cōpletionē debet eſſe puella de ſemine Dauid que virgo concipiet expectationē totius mundi. Similiter ille ſenex Symeon ſanctiſſimus et Anna vidua: qui cōtinue pernoctabāt in templo vbi erat Maria dn̄o dedita in ſtudio ⁊ orationibus cū alijs puellis poterāt eis pſuadere. O pulcherrime puelle ecce nūc tēpus aduētus dn̄i: quia certificati ſumus in proximo videre eū: nec moriemur ante eiꝰ viſionē: ideo oportet vt veſtrū vna ſe prepararet ad portandū illū fructū quo totus mūdus paſcetur. O felix illa que votū emittet dn̄o et erit digna parere redēptorē: qm̄ ex virgine Eſaias deſcripſit eū naſciturū. Sic em̄ decātare poterāt ille anicule in aurora diei quando ſol debebat naſci. Et iſta cauſa pie pōt credi cur Maria ſpiritu ſancto repleta votū virginitatis emiſit. Scda cōcluſio. Nō obſtante voto matrimoniū Marie et Joſeph fuit perfectiſſimum. Patet: illud eſt perfectiſſimū matrimonium in quo oīa bona matrimonij inueniūtur: ſic eſt in hoc matrimonio. Qd̄ pbatur. Nā. xxvij. q. ij. c. omne itaqꝫ. dicitur ꝙ om̄e bonū matrimonij eſt fides/ proles/ et ſacramētū. Sed hec oīa fuerunt excellēter in matrimonio Marie et Joſeph. Jbi em̄ fuit excellētiſſima fides: cū vterqꝫ virginitatē ſeruauerit vſqꝫ ad mortē: vt poſtea dicetur. Scdo qꝛ nūqꝫ in neceſſitatibus vnus alterum dimiſit: vt patet de pfectione in Egyptū et reditione: et ſic de alijs. Scdo fuit proles benedictiſſima filius dei vnigeniti: nō quidē ex matrimonio ſʒ in matrimonio nata. Jſtud eſt bonū matrimonij: vt vir vxorem querat vnde poſſit habere prolem que deo obſequatur. Sed nūc multi querūt vxores propter pulchritudinē: ſicut querētes florē in horto pꝛopter pulchritudinē: poſtmodū cū ſiccaẜ pꝛoijciunt. Sic iſti q̄ vxorē pꝑter pulchritudinē accipiunt ceſſante pulchritudine in eis deficit illa fides: ⁊ nō plus de ea curāt querentes implere libidinem ſuā alibi. Nō ſic Joſeph: qꝛ q̄uis Maria eēt pulcherrima: nō tn̄ eam pꝑter pulchritudinē cōcupiuit: ſed qꝛ ex genere ſuo erat: ⁊ qꝛ a deo vel a parētibus ſuis ad hoc inſtructus erat. Alij ſunt qui querūt eas pꝑter diuitias ſuas. Unde Cato filie ſue vidue ⁊ querēti vt maritareẜ reluctabaẜ dicēs. Uellē quidē filia: ſed iſti querunt tua nō te. Jtē cū a quodā philoſopho quereretur ſua filia a duobus: ab vno paupere ſed prudēte: ⁊ ab alio diuite ſed fatuo: reſpōdit. Malo filiā meā dare viro indigēti pecunia: q̄ꝫ pecunie indigenti viro. Jnde Chryſ. homil. j. ſup Mat. dicit ꝙ q̄ ſic vxores petūt potius pulchritudinē ꝙ ſidē petentes: diuitias q̄ꝫ prolē: ſicut pellipari[j] qui querūt pellē cati ⁊ nō propter catū. Jn ſua prole ſentiunt irreligioſitatē ſuā: qꝛ ſentiunt vt in pluribꝰ filios ſuos rebelles: deo odibiles: ⁊ deū ⁊ eccleſiā fugientes: ad omne malū pronos ⁊ potētes: et ab oībus maledictos. Sed econtrario Ps. Beatꝰ vir qui timet dn̄m in mandatis eius volet nimis: potēs in terra erit ſemen eius. Tertiū bonū eſt ſacramentū qd̄ cōſiſtit principaliter in inſeparabili coniūctione animoꝝ: qꝛ ſicut dicit doctor ſubtilis. Cōiūctio carnis nō eſt de neceſſitate ſacramēti: ſed tātūmodo cōditionaliter. ſ. ſi petatur. Sed qꝛ forte diceret aliq̄s ꝙ Maria ſe ſubdēdo legi matrimonij ſe exponebat periculo fractionis voti: ideo ſit Tertia cōcluſio. Licet Maria in coniugio aſſentiret ꝙ ſi Joſeph peteret cōſenſum carnis ꝙ daret: tn̄ certificata eſt

E Matrimonij. Quō punien tur in filijs qui indebite iūgun tur matrimonio.

per diuinā reuelationem anteqꝫ cōſentiret in matrimoniū ꝙ Joſeph ſtatim emitteret votū: nec in ſuo corpore quereret vnqꝫ habitationē vel cōiūctionē aut copulā carnalē. Probatur: qꝛ in principio poſt deſponſationē angelo Marie annūtiāti ꝙ ipſa pareret Jeſum dixit. Quō fiet iſtud: qm̄ virū nō cognoſco. i. quō fieri pōt ꝙ ego cōcipiā deſpōſata puerū: cū iā ego pꝓpoſui nūqꝫ cognoſcere virū. Eſt em̄ modus loquendi: vinum nō bibo. i. votū habeo nūq̄ꝫ bibere vinū. Hoc aūt non potuiſſet dicere: niſi iā de hoc certificata eſſet ꝙ Joſeph nūq̄ carnalē cōcubitum cū ea petijſſet: cū mulier ſit in poteſtate viri. Scdo ſi Joſeph inſtructꝰ eſt per angelū ad accipiēdū Mariā: cū hoc totum fieret propter eā: ſequitur a fortiori ꝙ Maria debuit de hoc diuinitus inſtrui.

F Matrimoniū. Quare voluit dominꝰ Mariā matrimonio iungi.

¶ Ad ſecūdā queſtionē dicitur ꝙ nō obſtāte voto dn̄s voluit eā matrimonio iūgi pꝛopter tria. Primo ſm ſentētiā Ambroſij ſuper Lucā: ne partū virginis calūniarentur Herodes in principio ipm̄ perſequendo: et Judei poſtmodū ipſum quaſi de adulterio natū increpando: ⁊ ſic cū virginis fama ſit fragilis et cito violabilis: dn̄s voluit huic ſuccurrere: mallēs de ſua diuītate dubitari q̄ de virginitate matris. Et ideo voluit cuſtodiri et celari virginitatē eius ſub pallio matrimonij: qꝛ ſciebat illo modo pꝛoducere fructum ſine leſione floris virginitatis. Hinc eſt ꝙ licet eſſet deſpōſata ⁊ virgo: tn̄ inuēta eſt in vtero habēs. vt dicit Matth. Sed nō dicit quid habens. Nec eſt mirabile: qꝛ vulgo d̄ꝛ de eo qui totā patriam occupat. il a tout. Sic ⁊ Maria. Quid enim eſt qd̄ nō habeāt: qui habētem oīa habēt. Secundo vt partus celareẜ diabolo. Licet em̄ multis modis hoc cognoſcere potuiſſet: nō eſt tn̄ permiſſus: qꝛ litere clauſe amicis et nūq̄ inimicis reſerātur. Hec eſt ratio Origenis que ponitur. xxvij. q. ij. c. inuēta eſt. vbi ait. Dico cōiugem pꝑterea: vt diabolo virginitatē eius occultem: ⁊ legis inſtituta nō deſtruā. Tertio vt Joſeph eſſet cuſtos ⁊ nutritius chriſti: vt ſcilʒ duceret in Egyptū et reduceret: ⁊ nutriret eū in vita ſua. Erat em̄ Joſeph garde de corps dn̄i: et varlet a pied cū iret in Egyptū. Uñ male pingitur Joſeph ab aliquibus ſicut ſenex cū vna potētia ⁊ in decrepita etate cū capillis canis. Primo qꝛ d̄ꝛ Eſa. lxij. Habitabit iuuenis cū virgine. Scdo qꝛ tūc Maria fuiſſet paſſa infamiā: cū talis ita ſenex fuiſſet impotēs generare: immo tūc diceretur de matrimonio caſtiſſimo Marie ⁊ Joſeph ꝙ fuiſſet ſimile modernis in quibꝰ accipiunt ſ[illegible]nes iuuēculas pꝑter lubricitatē et carnalitatē et delectationē impudicā: qd̄ impiū eſt credere de Joſeph ⁊ Maria. Tertio qꝛ tūc talis ſenex nō potuiſſet de ea curā gerere eundo in Egyptū ⁊ redeūdo. Talis em̄ cū potētia ſua et cū pauptate nō multā feciſſet viā in vno die. Credit a[illegible] (ſicut dicit Gerſon) ꝙ erat inter quad[illegible]enariū ⁊ quinquagenariū annū. Sic itaqꝫ voluit dn̄s non obſtante voto matrē ſuā coniungi matrimonio.

G Joſeph Cur timuit Joſeph accipere Mariam in cōiugē ſuam.

¶ Ad tertiū cū queritur cur ergo Joſeph timuit accipere Mariā in coniugem ſuā: cū tamē eſſet iā deſponſata: Dicitur primo ad hoc ꝙ Maria erat deſpōſata Joſeph ſm cōmunē modū loquēdi Judeorū: ſicut nūc dicūtur affidate: qꝛ mos erat Judeis poſtq̄ mulier erat a parētibus donata viro ꝙ eam cōſideraret ⁊ mores eius: vt ſcʒ poſſet poſtmodū cum ea conuiuere. Dure em̄ ceruicis erat populus Judaicus. Exodi. xxxij. Et pro modico libellum repudij dabat vir vxori. Jdeo ne ita eſſent proni: anteq̄ per verba de preſenti cōiūgerētur dabatur eis vxor in familiaritatē: vt poſſent eam conſiderare et mores eius. Hinc Chryſo. ⁊ habetur. xxvij. q. ij. c. priuſq̄ conuenirēt. ait. Nō dixit priuſqꝫ in ſponſi adducerētur domū. Hunc enim morē ſeruabat antiquitas: vt ſponſe in ſponſoꝝ domibus haberentur. ſ. ad cōſiderandū mores earum. Dicitur ſecūdo ꝙ ſtatim poſt illā deſponſationē. i. receptionē in fidē et familiaritatē angelus nūtiauit Marie myſterium incarnationis: et ſtatim aluus virginis cepit ītumeſcere. Cū enim chriſtus fuerit ſpecioſus forma pre filijs hoīm: forte erat alicuius quātitatis ſatis magne: ⁊ tūc faciliter potuit intumeſcere venter Marie poſt annuntiationē. Uirgo aūt in dn̄o ſperabat cogitans in ſeipſa ꝙ opus erat diuinū: et ꝙ qui cepit ipe pficiet: ideo noluit hoc expreſſe ſuo ſponſo indicare: ſed totum cōmittebat diuine prouidētie: nolēs ſacramentū regis: niſi cū eius volūtate indicare: ⁊ ex hoc Joſeph ſuſpicari potuit. Crediẜ tn̄ ſm Gerſo. ꝙ ſtatim cognouerit ⁊ ꝙ ſtatim nuptias fecerit. Diciẜ tertio ꝙ ſm diuerſos doctores multe fuerūt hmōi dubitationis occaſiones. Prima eſt ſm Origenē ⁊ Bernardū: qꝛ indignum

ſe exiſtimabat tāti myſterij fieri cuſtodem. Sicut ⁊ Elizabeth indignam ſe reputabat viſitatione matris dñi dicens. Luce.ij. Vñ hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me. Et Joannes baptiſta. Joā.j. dicebat. Non ſum dignus ſoluere corrigiā calciamentorū eius. Similiter Centurio ait. Dñe nō ſum dignus vt intres ſub tectū meum. Itē Petrus dño. Exi a me dñe: qꝛ homo peccator ſum. Scđo vt ſicut Thomas Didym⁹ fuit teſtis reſurrectiōis: ita iſte teſtis eſſet incarnationis. Sicut enim Thomā voluit de ſua reſurrectione dubitare vt per hoc tolleretur omnis dubitatio de eius reſurrectione: ſic ⁊ Joſeph de virginitate Marie dubitare voluit: vt per angelū daretur teſtandi occaſio. Iſtā rationē aſſignat Grego. vt habetur. xxvij. q. ij. c. ſic quippe: vbi ait. Ita factus eſt diſcipulus dubitans ⁊ palpans teſtis vere reſurrectionis: ſicut ſpōſus fuerat et matris cuſtos integerrime virginitatis. Hinc eſt ꝙ apparuit angelus Joſeph: ſꝫ in ſomno ſm Chryſ. vt quēadmodū dormiente Adam creauit deus primā mulierem: ſic iſti dormienti diuinitus aſſignaret vxorē: ⁊ ait. Noli timere accipere Mariā coniugem tuā. Hoc poteſt dici illis q̄ aliquādo penitētiam agunt: ſed modica occaſione deponūt. Noli timere accipere Mariā. i. penitentiam aſperam. Penitentia enī talium eſt vt capa pluuialis: que in tempore pluuioſo accipit ⁊ in placido deponitur: qꝛ in aduerſitate penitentiā accipiūt: ſꝫ in proſperitate eam deponunt: ſimiles Pharaoni qui flagellatus emendā promittebat: ceſſante plaga peior fiebat. Exo. v. Unde ſm primā rationē inuenta eſt a Joſeph habēs de ſpiritu ſancto ⁊ ſic ſciuit: ſed timuit adeſſe myſterio. Secūdum ſecūdam cognouit per cōſcientiā quā habebat de caſtitate Marie: que in alijs ſolo aſpectu ꝯcupiſcentiā extinguebat. Ideo Mariam fornicari reputabat impoſſibile. Dubius tamen erat quō hoc fieri poterat. Similiter legerat hāc ꝓphetiā: ecce virgo cōcipiet: vt dicit Remigius. Immo in euāgelio Nazareoꝝ ſcribitur ꝙ potius Joſeph credebat virginē ſine viro poſſe cōcipere q̄ꝫ eam poſſe peccare: preſertim cū eius facies poſt ꝯceptionē ita lucebat: vt Joſeph ei⁹ faciem videre non poſſet. Ideo ſuſpicabatur aliquid diuinum eſſe in ea.

¶ Pro ſecūda parte hubemus dicere de modo viuēdi i matrimonio iuxta illud verbū, et nō cognoſcebat eā ⁊c. Juncti enim thoro matrimoniali debēt primo viuere caſte ſeruādo ſibi inuicē fidelitatē. Scđo in amore et nō in diuiſione: mutuā ſibi exhibēdo charitatē. Sic fecit Maria: ⁊ ſm hoc dupliciter exponit textus. Primo ⁊ non cognoſcebat eā carnaliter donec peperit filiū ſuum primogenitū: non ꝙ poſtea cognouerit eā, aut ꝙ habuerit alium filiū: ſed tantūmodo vult dicere euāgeliſta ꝙ ipſa cōceperat virgo ⁊ ante partū nullo modo eā cognouerat. Et ꝓpterea in hoc reprobat Heluidius maculās eius integritatē: primo arguēs qꝛ ſi fuit primogenitus: ergo fuit ali⁹ ſecūdus. Scđo qꝛ non cognouit eam donec peperit: ergo poſt cognouit eā. Sed iſte primo erat ignorās ſcripturā ſacram: Nā Exo. xiij. dr. Omne primogenitū adaperiens vuluā ſanctū dño vocabitur. Si ergo ſequeretur peperit primogenitū ergo habuit ſcđm: tunc mulieres debuiſſent expectaſſe ſcđm filiuꝫ ad hoc ꝙ portarent in tēplū primogenitū. Vñ ibi primogenitū dicit: ante quē nullus eſt genitus. Ad ſcđm dr ꝙ ipſe non erat logicus: qꝛ negatiua nō infert affirmatiuam. Dicit ſcđo ꝙ iſte modus loquēdi ſepe ponitur in ſcriptura ſacra. Primo in Ps. Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe ſue: donec miſereatur noſtri. Nō enim eſt ſenſus ꝙ poſt q̄ꝫ dñs noſtri miſerebitur ꝙ oculi noſtri nō tēdāt amplius in deū. Scđo alibi in ps. Sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos ⁊c. Et ſic patet ꝙ ille miſer nō intellexit ſcripturas. Et ideo contra eū ponit iſta concluſio. Joſeph nūq̄ꝫ cognouit carnaliter Mariā: immo permāſit virgo. Probat beatus Hieronymus in epl'a cōtra Heluidiū: quia dñs maiorē curā habuit de matre in iuuentute q̄ꝫ in ſenectute: ⁊ ita mūde voluit eam cuſtodiri tūc ⁊ nutriri: imo tunc maior cura debebat iuueni puelle: ſed in ſenectute poſt mortē Joſeph ⁊ ſuā eam cōmendauit Joanni euāgeliſte virgini: ergo a fortiori Joſeph in iuuētute. Probabile enī eſt ꝙ ſicut filius dei voluit naſci in puritate virginali: ꝙ etiā nutriri. Scđo probat ex teſtimonio euāgelico: qꝛ ex tali teſtimonio ante partū non eam cōtigerat Joſeph. Sed ipſe ante partū ⁊ poſt partū per miracula q̄ vidit in hoc partu didicit ꝙ illa erat templū dñi: et ſacrariū ſpūs ſancti. Scribit autē. j. Cor. iij. Si quis templū dñi violauerit diſperdet illū deus; ergo nunq̄ꝫ cū eſſet iuſtus ex teſti

Marie virginitas. De virginitate [illegible] contra heluidiū.



monio euangelij auſus eſt violare templū dñi. Tertio vt dictū eſt in quodā ſermone de cōceptione. etiā ex teſtimonio Judeorū inimicoꝝ. Marie cōplexio erat ita cōpenſata vt in reſpicientib⁹ in eā extingueretur oīs libido carnalis concupiſcentie: ergo a fortiori cū Joſeph eſſet pudicus ⁊ caſtus oēm amorem lubricū extinguebat in eo ſi quem haberet qđ nō credit: immo ſicut dicit Gerſon ⁊ multi alij: credibile eſt ꝙ ex vtero matris ſit ſanctificatus ⁊ refrigeratus ab omī concupiſcentia carnali: ⁊ dato ꝙ non eſſet ita: tn̄ ſequit ꝙ ſi Joannes ex preſentia Marie ⁊ chriſti ſit ſctificatus: ⁊ Elizabet facta ꝓphetiſſa: ꝙ multo magis Joſeph qui eum tam pie amplexatus eſt.

¶ Scđo hoc exponit Chryſo. homil. ij. ſup Mat. ꝙ nō cognouit eam. i. nō cognouit quāte dignitatis eſſet: donec peperit filiū ſuū primogenitū. Tunc enī vidit mirabilia que facta fuerūt: paſtores venientes ⁊ reges ſtella duce ⁊ hmōi. Inde ⁊ illi detulit honoreꝫ: ſicut ipſa faciebat ei. Joſeph aūt ſeptem honores habuit. Prim⁹ eſt ꝙ fuit de ſanguine regali ⁊ patriarcharuꝫ. Propter hoc dicit angelus: Joſeph fili Dauid quaſi dicens in te filio Dauid adimplebit promiſſio. Scđs eſt ꝙ verus cōſanguine⁹ ⁊ ſponſus matris dei ⁊ imꝑatricis mundi efficit. Unde ſi velis habere prebendas regni celeſtis: nunc habent duobus modis. Primo precibus parentū. Scđo iuſſu aut precibus imꝑatoꝝ. Sic ambo ſunt parentes Jeſu ⁊ Maria imꝑatrix orbis. Terti⁹ eſt ꝙ ad cuſtodiā ⁊ tutelā dñi ordinatur. Si tantū deſideratur regi terreno ſeruiri: quāte putas dignitatis eſt ſeruire chriſto in ꝓpria ꝑſona? Si pro potu aque frigide mercedem ꝓphete dare diſpoſuit: quantā putas pro ſeruitio chriſto impenſo tanto tēpore mercedem recepit? Quartus eſt ꝙ vocatus eſt pater chriſti: nō ꝙ ita eſſet: ſꝫ in eſtimatione hoīm: eo ꝙ eū nutriret, amplexaret ⁊ cuſtodiret. O q̄ꝫ beat⁹ fuit iſte. Multi enī reges ⁊ ꝓphete voluerūt videre eū ⁊ nō meruerūt videre. Iſte multo fortius meruit amplexari. Dicebat dñs diſcipulis. Beati oculi qui vident q̄ vos videtis: multo fortius beati oculi qui tāto tpe viderūt eū: ⁊ manu⁹ q̄ ipm attrectauerūt: ⁊ os qđ oſculatū eſt eū. Et ſi multū veneramur Joannem baptiſtā, qꝛ digito oſtēdit chriſtū: ⁊ Joannem euangeliſtā: qꝛ ſupra pectus dñi in cena recubuit: multo magis iſtum qui amplexatus eſt eum tanto tpe. Quintus eſt ꝙ ſecreta fidei myſteria velut regis ſecretarius nō ab hoīe: ſed ab angelo didicit: ideo prim⁹ fuit chriſtian⁹. Sextus eſt ꝙ Jeſus erat ſubditus illi: ⁊ Maria vocabat eū dñm ſuū. Quantū ergo putas pōt apud dñm: cui in terris ſe ſubdidit dñs. Ideo poſſum⁹ dicere dño illđ ps. Beatus vir cui⁹ eſt auxiliū abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Prim⁹ gradus ſcale eſt ad beatū Joſeph. Scđs ad Mariā. Tertius ad chriſtū. Quart⁹ ad patrem.

I Joſeph Joſeph ſeptem honores ꝓ rogatiuas habuit.

¶ In feſto natalis dñi Sermo. j. ⁊ in ordine. xxxvij. per thema.

Simul in vnum diues ⁊ pauper. Pſal. xlviij. Grāmatici dicunt ꝙ cōiunctionum quedā ſunt copulatiue: ⁊ quedam diſiunctiue. Cōiunctio Adam ⁊ Eue fuit cōiunctio diſiunctiua: cōiunctio duarum naturarū in Marie vtero fuit cōiunctio copulatiua. Primū patet: qꝛ ꝯiunctio primoꝝ parentū ⁊ cōſenſus eoꝝ in peccatum fuit cauſa diſſenſionis ⁊ diſiunctiōis inter hoīem ⁊ deum. Eſa. lix. Iniquitates noſtre diuiſerūt inter nos ⁊ deū noſtrum. Secūdo fuit cauſa ſeparationis eoꝝ a loco deliciarum: qꝛ inde ꝓpter peccatū eiecti ſunt. Pſal. Cōtaminauerūt teſtamentum eius. In teſtamento enī illo primo dei, deeis oīa ſua dereliquerat, dempto fructu vnius ligni: ſed non ſunt habiti fideles in teſtamento ſuo: ideo ſequit. Et diuiſi ſunt ab ira vult⁹ eius. ſ. a terreſtri paradiſo ducti in hanc vallem miſerie ⁊ lachrymaruꝫ. Tertio fuit cōiunctio illa cauſa ſeꝑationis aīe ⁊ corporis. Sap. j. Iniuſtitia eſt mortis acquiſitio. impij aūt manib⁹ ⁊ verbis accerſierūt illam. Acquiſierunt enī ſeparationem aīe ⁊ corporis q̄ eſt mors: verbis loquendo cū ſerpente ⁊ manib⁹ accipiēdo lignū vetituꝫ. Sed in vtero Marie mīa ⁊ veritas obuiauerunt ſibi: ⁊ iuſtitia ⁊ pax oſculate ſunt: ⁊ ibi factus eſt ſimul in vnū diues ⁊ paup. Chriſtus enī naſcendo pacē attulit. Vñ ⁊ angeli cātauerūt. Glia in altiſſimis deo: ⁊ in terra pax hoīb⁹: ⁊ eā moriendo legauit. ait enī. Pacem meā do vobis: nō quō mūdus dat. Solet queri a pueris in grāmatica: da copulatiuas: da diſiūctiuas. Chriſtus quidē illas dat ⁊ dedit; ſꝫ

A Natiuitas chriſti. In natiuitate chriſti fuit coniunctio copulatiua diuinitatis cum natura humana.

Universidad de Deusto Biblioteca



H Chriſt⁹ Mūd⁹ Chriſt⁹ ⁊ mūd⁹ dat diſ ferēter copulatiuas ⁊ diſiūctiuas.

nō quō mūdus dat: ſed ecōuerſo: q: mun-
dus dat copulatiuas in malo/⁊ diſiuncti-
uas ī bono. Cōiungunt em̄ vt malū faciāt
vtputa in furto ⁊ rapina. Prouer. j. Pona-
mus tendiculas contra inſontem fruſtra:
marſupiū ſit vnū oim noſtrū: aut adulan-
do principib⁹. ij. Parali. xviij. Uerba oim
ꝓphetarū vno ore ꝓſpera regi annūtiant:
aut vt dei precepta aliqualiter trāſgrediā-
tur: q: pſ. cōuene… in vnū aduerſus do-
minū ⁊ aduerſus c… tū ei⁹. Unde ⁊ vul-
pes Samſonis iuncte erant ꝑ caudas. In
cauda em̄ latet venenum vt cōiter d̄r: ⁊ ita
mali in malū vniti ſunt. Ante ṽo diuiſe: q:
in bonis diuidunt: ad que reſpicere debēt
⁊ faciem vertere. Dant em̄ ⁊ diſiunctiuas
in bonum: q: nunꝙ̄ inueniri pōt inter eos
bonū pacis ſed ſemꝑ diuiſionis. Hiere. vj.
Dicunt pax pax: ⁊ non eſt pax. Chriſtus ṽo
dat diſiūctiuas in malo. Matth. x. Nolite
arbitrari q: veni mittere pacem in terraꝫ.
Nō veni pacem mittere ſed gladiū. Ueni
em̄ ſeparare hoīem aduerſus patrem ſuū.
Sed cōiunctio copulatiua quā deus dat:
eſt ꝯiunctio charitatis. j. Cor. xiij. Nō em̄
eſt deus diſſenſionis ſed pacis. Cōiunctio
aūt charitatis copulat hoīeꝫ cuilibet ami-
co ⁊ inimico. iuxta illud Ro. xij. Si fieri po-
teſt qđ in vobis eſt: cū oibus hoīb⁹ pacem
habentes. Item etiā copulat hoīem deo.
iuxta illđ. ij. Cor. xiij. Pacē habētes ⁊ de⁹
pacis erit vobiſcū. Hanc aūt cōiunctioneꝫ
vt faceret: in ſe voluit experiri q̄n ſimul in
vnū diues ⁊ pauꝑ. Diu em̄ diues altercat⁹
fuerat cū paupere vt debita redderet: ideo
vt coniunctio hec fieret ſol diuin⁹: ſol iuſti-
tie apparuit in ſigno virginis: immo ⁊ in
ſinu virginis: in quo cōiūctus eſt lune no-
ſtre mortalitatis: ⁊ ſic iūcta ſunt ima ſum-
mis ⁊ recōciliata vniuerſa. Igitur ad gre-
miū ṽginis cōuertamur: ⁊ ibi recōciliatio-
nem ⁊ gratiā queram⁹ dicentes Aue.

E Natiuitas chriſti.

¶ Aduertendū eſt ſ̄m Alex. de hal. in. iiij.
p̄te ꝙ an̄ natiuitatē chriſti erāt tres inimi-
citiarū parietes. Prim⁹ inter deū ⁊ hoīem.
Scđs inter hoīem ⁊ angelū. Terti⁹ inter
hoīeꝫ ⁊ hoīem. Prīo quidē hō ꝑ inobediē-
tiā deū offenderat: ⁊ deus offenſus ſibi va-
rias plagas inferebat: ecōtrario homo eū
ſuis maleficijs irritabat. Deute. xxxij. Irri-
tauerūt eum in adinuentionib⁹ ſuis. Uul-
go dicit. Deut gros ne peuent envng pot.
Pſal. Dum ſuperbit impius incendit pau-

Ante chriſti natiuitatem erant tres inimicitiarū parietes.

per. Deus em̄ erat vnus groſſus q̄ a nullo
cōprehendi poterat: ⁊ mūdus pauꝑ ſupꝑ-
bus qui nihil niſi animum habebat: ⁊ hoc
ad irritandū deū: ideo deus offenſus erat.
Scđo inter hoīem ⁊ angelū: q: ꝑ ſuum ca-
ſum reſtaurationem angelicā impedierat.
Inde ⁊ ꝑ angelū expulſus eſt homo a pa-
radiſo: ⁊ ciuitates Sodomoruꝫ ſubuerſe.
Tertio inter hoīem ⁊ hoīem: q: Iudeus ce-
rimonias legis excolebat: Gentilis idolo-
latriā: ⁊ vterqꝫ ritus alterius deſpiciebat.
Ueniens aūt in mūdū pax noſtra fecit ho-
die vtraqꝫ vnum. Eph. ij. Et lapis angula-
ris vtroſqꝫ iunxit parietes. Nam abſtulit
peccatū ⁊ recōciliauit hoīem deo: repara-
uit caſum ⁊ recōciliauit hoīem angelo de-
ſtruxit ritus ⁊ recōciliauit hoīem homini:
⁊ ſic reſtaurauit que in celo ⁊ que in terris
ſunt. Col. j. Ideo illa multitudo militie ce-
leſtis hodie cecinit Gloria in excelſis. i. in
angelis deo. Et in terra pax hoibus. i. in
hoibus. Hinc eſt ꝙ angelus congaudet ⁊
loquit paſtorib⁹: q: pax eſt inter hoies et
angelos reformata. Naſcit deus ⁊ homo:
q: pax eſt inter hoīem ⁊ deum reſtaurata.
Naſcit in preſepi bouis ⁊ aſini: q: pax eſt
inter hoīes reſtituta. Per bouem em̄ Iu-
daicus populus: ꝑ aſinū Gentilis deſigna-
tur: ſ̄m illud Eſa. j. Bos cognouit poſſeſſo-
rem ſuum: ⁊ aſinus preſepe dn̄i ſui. Gloſ.
ꝑ bouem ſignificant credentes ex iudeis:
ꝑ aſinum gentilis populus. Et ad deſignā-
dum letitiā duoꝝ populorū de natiuitate
chriſti: in cornib⁹ altaris ponunt duo can-
delabra: q̄ cruce mediante faculas ferunt
accenſas: ad iudaicum ppl̄m ꝑtinet illud
Eſa. lx. Surge illuminare Hierl̄m q: venit
lumen tuū: ⁊ glīa dn̄i ſuper te orta eſt. Ad
gentilem ṽo dicit apl̄s Eph. v. Eratis ali-
quando tenebre: nūc aūt lux in dn̄o. Nam
noua ſtella apparuit magis. Crux vero in
medio altaris inter duo candelabra collo-
catur: q̄m inter duos populos chriſt⁹ me-
diator exiſtit lapis āgularis q̄ fecit vtraqꝫ
vnū. In ſignum huius paſtores iudei a iu-
dea: magi gentiles ab oriēte ad hunc ado-
randū venerūt. Sic igitur primo facta eſt
recōciliatio dei ad hoīem: nō ad demonē.
Nam chriſtus cōſimiliter egit Pharaoni.
Pharao enim Gen̄. xl. duos habuit inimi-
cos in carcere: ſcꝫ pincernam ⁊ piſtorem: ſꝫ
in die natalis ſui vnū recepit in gratiā: al-
terum ſuſpendit in patibulo. Sic chriſtus



duos habuit inimicos: vnū ſibi recōcilia-
uit ꝑ miām ⁊ gratiā ſcꝫ hoīem: alium ſcilꝫ
demonem ꝑ iuſtitiā ⁊ ſapientiā ſuā ſupa-
uit/⁊ inferni patibulo adiudicauit. Inde
dicūt angeli pacificati. Gloria ī altiſſimis
deo pro demone ſupato: ⁊ in terra pax ho-
minibus pro hoīe recōciliato. Et q: deus
erat diues/homo pauꝑ. angelus diues di-
uitijs ſpūalib⁹: homo pauꝑ. ſil'r iudeus di-
ues in ſcriptur( ſacris/homo pauper: hec
aūt hodie vnita ſunt ⁊ reconciliata: valde
bene cōcludit ꝙ ſimul in vnū diues ⁊ pau-
per. ¶ Igitur dicendū eſt de triplici cōiun-
ctione quam ponit Augu. Cōiuncta ſunt
adinuicem deus ⁊ homo: mater ⁊ virgo: fi-
des ⁊ cor humanū. De⁹ diues: homo pau-
per. virgo diues que fructū habet centeſi-
mū: maternitas pauper: que tm̄ fructū ha-
bet triceſimū. cor humanū pauper: ſed fi-
des diues. Iacobi. ij. Diuites in fide. Hinc
Augu. Mirabile eſt ꝙ cor humanū fidem
his duobus accommodauerit: vt crederet
ꝙ deus homo eſſet: ⁊ virgo manſerit que
peperiſſet. De prima coniunctione dicetur
hoc ſermone matutino. De reliqs ṽo dua-
bus ſermone pomeridiano. ¶ Itaqꝫ pria
cōiunctio eſt copulatiua qua coniuncta eſt
hūana natura diuinitati: ꝓpter cuiuſmo-
di cōiunctionem ſortitur quinqꝫ noīa ho-
die recitata in prima lectione matutinarū
Eſa. ix. Dicitur em̄ primo admirabilis: ſe-
cundo cōſiliarius: tertio deus fortis: quar-
to pater futuri ſeculi: quinto princeps pa-
cis. ¶ Primo admirabilis ſ̄m illud Iudi.
xiij. Quid queris nomen meū qđ eſt mira-
bile? Et hoc triplici ratione. Primo admi-
rabilis capacitate. Nam qui imēſus erat
factus eſt paruo corpore menſuratus: ⁊ ſe
fecit menſuratū vt nos ad menſurā redu-
ceret: eternus factus eſt tp̄alis ⁊ tp̄e men-
ſuratus: ⁊ ille quem mūdus capere nō po-
terat claudit in virginis vtero. Eccl'i. xliij.
Uas admirabile opus excelſi. Uas em̄ il-
lud humanitatis mirabilis fuit capacita-
tis: q: cōtinet diuinitatem: ideo opus fuit
mirabile excelſi. Mirabilis certe coniun-
ctio ⁊ quaſi impoſſibilis cōprehendi a phi-
loſophis: vt ſcꝫ eternus eſſet temporalis:
⁊ immenſus menſuratus: ⁊ imortalis mor-
talis. Secundo dicitur mirabilis in humi-
litate: quādo magn⁹ factus eſt paruulus:
quando excelſus pre regib⁹ terre fact⁹ eſt
humiliatus vſqꝫ ad beſtias terre. Qđ ad-

D Natiuitas chriſti. Chriſt⁹ ſortit quinqꝫ noīa in natiuitate.

miratus Abacuch ait. Dn̄e cōſideraui opa
tua ⁊ expaui: in medio duoꝝ animaliū co-
gnoſceris. Tertio admirabilis in bonitate
⁊ ſuauitate. Bona quidem fuit ch…iſti hu-
manitas: ſed diuinitati iuncta ſuauitatem
ineſtimabilem ⁊ ineffabilem affectui hu-
mano attulit. Ait phs. j. Metaphy. ꝙ ꝓ-
pter admirari nunc ⁊ prius ceperūt philo-
ſophi philoſophari. Cum ergo odor ⁊ ſa-
por huius bonitatis effuderit ſe per totū
mundū: admirati viri ſancti ceperūt in eo
philoſophari: ita vt … alij ad martyriuꝫ per
hanc verā philoſophiā currerent: alij totū
mundū (vt ſuauitatem hanc plenius de-
guſtarent) dereliquerūt: alij ṽo in labori-
bus ⁊ ſudorib⁹ ⁊ ſtudijs vſqꝫ ad finem vi-
te ꝑmanſerunt. Inde dicebat aīa catholi-
ca illud pſ. Mirabilia opa tua: ⁊ aīa mea
cognoſcet nimis. Hec mirabilia querebāt
ſancti patres dicentes illud Eccl'i. xxxiij.
Immuta ſigna: innoua mirabilia. Feciſti
mirabile ꝓducendo hoīem nec de viro nec
de femina: ⁊ mirabilius de viro ſine femi-
na: ſed vileſcit iam tertius modus de viro
⁊ femina: fac nunc quartuꝫ de femina ſine
viro. ¶ Secūdo dicit conſiliarius. iuxta il-
lud Prouerb. viij. Ego ſapientia habito in
cōcilijs: ⁊ eruditis interſuꝫ cogitationib⁹.
Dictus eſt aūt cōſiliarius: q: magni conſi-
lij angelus. i. cōmiſſarius ad faciendū hu-
mani generis redemptioneꝫ. Et ſi dicat ꝙ
tale nomen eſt ſatis cōmune: ſunt em̄ mul-
ti cōſiliarij. Reſpondetur ꝙ verum eſt: ſed
iſte ſingularis ⁊ vnicus. Nam alij conſilia-
rij ⁊ ſi frequenter iudicent ⁊ ordinent ali-
qua: tamen illa ſepe nō ꝑmanent ſed ver-
ſantur ⁊ reuerſantur. Eccl'es. iij. Suis ſpa-
cijs tranſeunt vniuerſa. Et pſ. Dn̄s diſſi-
pat cogitationes populoꝝ: ⁊ reprobat cō-
ſilia principum. ſequitur. Conſiliū autem
domini manet ineternum. De cuius conſi-
lio proceſſit vt fieret iſta cōiunctio deita-
tis cum humanitate: ⁊ illud matrimoniū
indiſſolubile ⁊ perpetuum: quod tanta di-
lectione vnitum eſt vt etiam nec morte po-
tuerit fieri quin diuinitas ſemper vnita eſ-
ſet anime ⁊ corpori. Secūdo q: ceteri con-
ſiliarij de rebus terrenis ⁊ de terra conſi-
liantur. Io. iij. Qui de terra eſt de terra lo-
quitur: ſed iſte conſiliatur de ſupernis ha-
bēdis. Alij em̄ ꝯſulūt de mō terre habēde:
iſte de mō ꝯtēnendi eā. Illi cōſulūt de ma-
terijs regni terreni: iſte de materijs regni

E Chriſt⁹ Cōſiliarius. Chriſt⁹ eſt magn⁹ cōſiliari⁹: ⁊ differēter ab alijs.

celeſtis. Ideo ſequēdus eſt iſte cōſiliarius
qui ita bene cōſuluit: qꝛ niſi ſequamur pote
rit dicere illud Prouer. j. Deſpexiſtis omne
cōſiliū meū: ego quoqꝫ in interitu veſtro ri
debo. Tertio iſte cōſiliatꝰ eſt dum in hunc
mundū venit: de his que mūdus ⁊ mundi
conſiliarij neſciebāt cōſulere. Nullus enim
ſciebat viam ſalutis: oēs deſcēdebant in in
fernū. Clamabat mūdus ⁊ querebat hunc
cōſiliariū. Nolebat amplius Moyſen: qꝛ
erat impedite lingue. Nolebat Hieremiā:
qꝛ puer erat ⁊ neſciebat loqui. Non Eſaiā:
qꝛ labia immūda habebat. Querebat itaqꝫ
hanc ſanctā cōiunctionē: hunc conſiliarium
dicens. Oſculetur me oſculo oris ſui:
⁊ ita multifarie multiſqꝫ modis olim locu
tus deus in ꝓphetis: nouiſſime locutꝰ eſt
nobis in filio. Primū quidem deus literas
mittebat ⁊ per literas ſalutabat. ps̄. Qui
mādat ſalutes Jacob. Nouiſſime vero in
propria venit ad cōſulendū ſobrietatē ⁊ ab
ſtinentiā: cōtra conſiliū qd̄ dedit ſerpēs de
crapula. ¶ Tertio dicit̄ deus fortis. Licet
em̄ ſit paruulus: tn̄ ibi abſcōdita eſt fortitudo
eius. Fortis quidem erat in natiuita
te vincens ⁊ terrēs mundū in Herode: qn̄
turbatꝰ eſt ⁊ oīs hieroſolyma cū illo. Secundo
in predicatiōe: doctrina ⁊ exēplo: et
vita vincens carnales delicias. Tertio fortis
in paſſiōe: quādo fortis impegit in fortem
ambo pariter corruerūt: ſed fortior re
ſurrexit. Diabolus autē ſe gigantē reputa
bat in ſpecie Roboā. iij. Regum. xij. Mini
mus digitꝰ meus groſſior eſt dorſo patris
mei. Pater meus poſuit ſup vos iugū: ego
vero addā ad iugū veſtrum. Pater meus
cecidit vos flagellis: ego vero cedā vos ſcorpionibus.
Sed chriſtus ecōtrario vt gigantem
illum ſuparet factꝰ eſt paruulus: ⁊ in
paruulo gigas gemine ſubſtātie habebat̄.
ps̄. Tanqꝫ ſpōſus ꝓcedēs de thalamo ſuo:
exultauit vt gigas ad currendā viam. Dici
tur autē chriſtus deus fortis: qꝛ eſt fortitu
do noſtra. Et dicit̄ nobiſcū eſſe: qꝛ emanuel
quaſi nobiſcū deus. Si ergo deus pro nobis
quis cōtra nos? Roma. viij. Eſt em̄ no
biſcum vt nos cōſeruet: ⁊ pro nobis vt pu
gnet. ps̄. Dn̄s virtutū nobiſcū. Et ideo Job
confidēter dicebat. Pone me iuxta te: ⁊ cuiuſuis
manus pugnet cōtra me. ¶ Quarto
dicit̄ pater futuri ſeculi: qd̄ poteſt duobus
modis intelligi. Uno modo: qꝛ eſt pater fu
turi mundi. Sicut em̄ ſol iſte tēporalis in

fluit vitam temporalem: et dicitur pater vi
te huius. Et ſicut pater influit vitam filio:
ſic filius dei his qui erunt ſui in alio mundo
influet vitam eternam. ps̄. Sm̄ altitudi
nem celi a terra corroborauit miſericordiā
ſuam ſuper timētes ſe. Hoc eſt ſm̄ gloſſam
magiſtri electos ſuos tātum in hac natiui
tate exaltauit quaſi celum a terra: cum de
terrenis celeſtes effecit: ⁊ poſt vitam terre
nā celeſtē cōfert ex mīa ſua et liberalitate.
¶ Scd̄o poteſt intelligi de ſeculo noui teſtamēti.
Abraā em̄ dicebat̄ pater veteris.
Inde Joā. v. Judei gloriabant̄ Abraā eſſe
patrem ſuum. Sed iſte noui ſeculi qd̄ tunc
futurū erat/ pater dicit̄ quādo genuit nos
verbo veritatis: vt eſſemus initium aliqd̄
creature eiꝰ. Hinc eſt ꝙ ex noīe patris noſtri
chriſtiani appellamur. Ipſe em̄ in cru
ce latus aperuit/ et tunc effluxit ſanguis ⁊
aqua: aqua ad nos regenerādū: ⁊ ſanguis
ad nos colorādū gratia ſua. Sicut em̄ pri
mus Adam fuit initiū prioris ſeculi et pa
ter: ſic Noe ſecūdi pater fuit. In cuiꝰ figu
ra dicit̄ Noe. Uir perfectꝰ in cunctis gene
rationibus ſuis. Gene. vij. quod de chriſto
magis ꝓprie dicit̄. Neqꝫ em̄ generatio cu
iuſcumqꝫ hoīs perfecta fuit ſed maculata.
Iſtius autē triplex eſt generatio. Una eter
na/ qua generat̄ a deo patre. Scd̄a ex ma
tre ⁊ ex tēpore: que perfecta fuit eo ꝙ vir
perfectus gratia ⁊ gloria in inſtāti ſue cō
ceptionis factꝰ eſt. Sed tertia ſpiritualis
qua in nobis de die in diē generat̄. Sicut
dicebat Paulus Gal. iiij. Filioli mei quos
iterum parturio: donec formet̄ chriſtus in
vobis. Et ſimiliter nos generat. Inde ē ꝙ
dicūtur tres miſſe hodie. Una in media no
cte repreſentās chriſti gn̄ationē eternā: vt
pater in principio eius. Scd̄a in aurora: q̄
repreſentat temporalē: et hoc etiā apparet
in principio. Tertia in plena die: que ſigni
ficat ſpiritualē generationē. Ideo dicitur
Puer natus eſt nobis. i. in nobis. Unde et
prouidit eis pater iſte de tanto bono ꝙ nō
eſſet auſa natura humana petere. ſ. ꝙ deꝰ
vilitatē noſtre carnis aſſumeret: que dice
bat quaſi petere non audēs. Cāticoꝝ. viij.
Quis det te fratrem meum ſugentē vbera
matris mee: ſed pater ait. Gloriā meam in
puluerem deducat. ¶ Quinto dicitur prin
ceps pacis: quia auctor pacis. Ut ſectator
pacis: vel filius pacis poteſt dici quilibet
homo: ſed ſolus deus princeps pacis: qui



ſic paci dominatꝰ eſt vt ſuam eam diceret.
Pacem (inquit) meam do vobis. Princeps
quidē pacis: qꝛ ab eo pax precipua deſcen
dit. Pax ſcꝫ illa que exuperat oēm ſenſum.
Ille eſt ſine cuius prouidentia impoſſibi
le erat pacem dari rebus: ⁊ ideo pro bono
pacis voluit incarnari ⁊ pati. Inde pacem
iſtam precogitauit cogitando oēs modos
⁊ punctos quibus poſſet hoīem ad pacem
trahere. Et ideo dicit Hiere. xxix. Ego cogi
to cogitationes pacis et non afflictionis.
Secūdo tractauit ſcꝫ per prophetas anti
quis patribus ꝓmiſſionem pacis faciendo
⁊ quaſi matrimoniū cum natura humana
ꝓcurando. Unde antiqui patres de ꝓmiſ
ſione nō ſibi reddita quaſi cōquerebantur
dicentes Hiere. viij. ⁊ . xiiij. Expectauimus
pacem ⁊ nō erat. Et Eſaias clamabat. Ue
niat pax ⁊ requieſcat in cubili ſuo. i. in vte
ro virginis. Tertio nobis attulit matrimo
niū in incarnatione conſummando. Pſal.
Orietur in diebus eius iuſtitia ⁊ abūdantia
pacis. Nō dicit abundantia iuſtitie: qꝛ
de nullo ita auarus eſt modo: nec ita magnū
forū facit ſicut de mīa. ecōtrario erit
in futuro. Fuit enim auarus de mīa diuiti
epuloni. Propter hoc Symeon eo viſo di
xit. Nunc dimittis dn̄e ſeruū tuū in pace.
Quarto predicauit eam ⁊ annūtiauit per
angelos dicētes. In terra pax hoībꝰ bone
voluntatis. ps̄. Loquetur pacem in plebē
ſuam. Juſſerat aūt filijs Iſrael offerre eā
primo. Deut̄. xxij. Si acceſſeris ad aliquam
ciuitatem: offeres ei primū pacem. Et diſci
pulis ſuis dicebat Luc. x. In quācūqꝫ domū
intraueritis primū dicite: pax huic do
mui. Quinto oſtendit eam nobis in ſua cō
uerſatione/ pacifice nobiſcū cōuerſando.
Uie eius vie pulchre: ⁊ ſemite eius pacifi
ce. Et ps̄. Cum his qui oderunt pacem erā
pacificus: vt ſcꝫ exemplo meo eos ad pacē
reducerem. Sexto eā emit in paſſione pro
prio ſanguine. Diſciplina em̄ pacis noſtre
ſup eum. Colo. j. Pacificans ꝑ ſanguinem
ſuū: ſiue q̄ in celis/ ſiue que in terris ſunt.
Propterea poſtqꝫ eam dedit diſcipulis di
cendo Pax vobis: oſtendit eis manus ⁊ la
tus: ac ſi diceret. Uidete ꝙ care emerim eā
Septimo eam dimiſit nobis in ſuo teſtamento
in receſſu. Jo. xiiij. Pacem relinquo
vobis. Hec em̄ fuit primus eius bannus:
⁊ vltimū teſtamentū. Sed notabile eſt ꝙ
dicit Pacem meā: qꝛ vulgo dicitur ꝙ me

lior eſt bona guerra qꝫ pax mala: propter
hoc addit meā. Eſt em̄ aliqua pax que non
eſt eius quam nobis non dimiſit/ ſed po
tius deſtruxit. de qua dixit Luce. xij. Pu
tatis qꝛ pacem veni mittere in terram. Nō
dico vobis: ſed ſeparationem. Et iſta pax
poteſt dici illa quam facit ſpiritus cū car
ne obediendo concupiſcentijs eius: quam
dn̄s totaliter deſtruxit. Bona eſſet pax: ſi
econtrario ſubeſſet omnino caro ſpiritui.
Et illam pacem dn̄s habuit: qꝛ nullā vnqꝫ
rebellionem carnis ad ſpiritum ſenſit: ſed
eam perfecte habere non poſſumus: quia
continue caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.
Hec guerra continua carnis ad ſpiri
tum eſt guerra inter Iſaac ⁊ Hiſmael. Nā
ſicut Hiſmael faciebat Iſaac adorare ima
gines luteas: ſic caro facit ſpiritum in ap
parēti pulchritudine delectari. Imagines
em̄ lutee ſunt ſicut lateres exterius plum
bate ⁊ lucētes. Licet autem iſta guerra nō
poſſit omnino pacificari in hoc mūdo: po
teſt tamen reduci ad aliquam concordiam
vt ſaltem aliquam tranquillitatem pacis
ſpūs habeat ſed nō plenā ꝓpter fomitem
concupiſcentie qui nunqꝫ extinguitur/ ſed
continue viget in nobis. Quem qꝛ non ha
buit beata virgo Maria ſm̄ multos: ideo
nec paſſa eſt guerram iſtam: ſed ipſa ſecum
pacifice habitabat ⁊ cum alijs. Joſeph etiā
erat cum illa pacificus in hac natiuitate/
nec ab illa debitum requirebat: nec ardo
re libidinis ipſam infeſtabat: ⁊ ſic ibi oīa
erant pacata ⁊ immaculata ⁊ refrigerata.
Uel dicendū eſt ꝙ ille qui de Maria natꝰ
eſt vocatur admirabilis in incarnatione ⁊
natiuitate ꝓpter illā triplicem mirabilem
cōiunctionem de qua diximus: cōſiliarius
in predicatione ⁊ doctrina: in qua nō ſolū
precepta ſed etiam cōſilia docuit. Deus in
creatione/ magoꝝ adoratiōe/ ⁊ miraculoꝝ
coruſcatione: iuxta illud Nicodemi. Joan.
iij. Nemo poteſt hec ſigna facere q̄ tu fa
cis: niſi fuerit deus cum eo. Et in peccatoꝝ
remiſſione. Quis em̄ pōt dimittere pecca
ta niſi ſolus deus? Et in mentium cogni
tione: qꝛ. ij. Paralip. vj. Tu ſolus noſti cor
da filiorum hominum. Fortis in paſſione
vbi abſcondita eſt fortitudo eius: ſed ta
men ipſe fuit fortitudo noſtra. Nam iuxta
apl̄m. j. Coꝛ. j. Quod infirmū eſt dei fortius
eſt hoībus: pater futuri ſeculi in re
ſurrectione quando incepit futurū ſeculū

ſ Pax. Pꝛopter cogitauit modos pacis cum hoīe faciende.

Universidad de Deusto
Biblioteca



in glorificatione anime ⁊ corporis. Dicit̄ eñ pater futuri ſeculi: nō huius in quo viuebat p[...]eta ſed ſempiterni: cuius nemo poteſt eſſe pater niſi deus: qui in eo omnes ſanctos generat: propter qḋ eoꝝ mors natalis dicitur. Princeps pacis .i. mediator dei ⁊ hoīm: qui deo ⁊ angelis nos reconciliauit: quod factum eſt in aſcenſione: quando naturam humanam aſſumptam cū diuina in dextera dei [ex]altauit.

¶ Sermo .ij. [...] meridianus eiuſdem diei. ⁊ in ordine .xxxviij. ꝑ thema precedens.

A Natiuitas chriſti. Quare chriſt⁹ voluit fieri hō.

Queritur quare deus voluit vt ſimul in vnū eſſent diues natura diuina ⁊ pauper natura humana: ita ꝙ deus fieret homo et aſſumeret noſtrā miſerrimā naturā? Reſpondetur ꝙ ꝓpter multa. Primo quidē vt noſtrū amorem alliceret. Nam pri⁹ hominem fecerat ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuā: vt homo in deo delectaret̄: ſicut ſimile ſuo ſili applaudit. Sed q̄ iam imago illa decolorata erat / nec in ea delectabatur homo / deus nō ſe ad ſimilitudinem hoīs fecit: ſed verū hoīem vt in eo delectaretur homo ⁊ amaret eū. Scḋo vt humanam naturā nobilitaret. Prius clamabat ad dn̄m natura vilis. Threñ .j. Uide dn̄e ⁊ cōſidera q̄m facta ſum vilis. Poſt incarnationem dixit chriſto. Cū gloria aſſumpſiſti me: ⁊ ſic facta ſum glorioſa. Sicut ignobilis mulier ſublimat̄ cū a viro nobili in matrimoniū aſſumit̄. Ex quo pꝫ ꝙ omne peccatū poſt incarnationē grauius eſt q̄ ante: ſicut ignominioſius eſt viro nobili viliter agere q̄ ignobili. Natura igitur prius pedibus Sathane ſubſtrata: nunc ꝑ incarnationem ad meritū angeloꝝ eſt ſublimata. Tertio vt caro ꝑ carnem liberaretur: ⁊ pro genere humano de ſuo ſumeret̄ in redemptionis preciū: vt inde remediū fieret vnde vitium cōtractū eſt: ⁊ in eodem mōſtraretur ⁊ peritia medici ⁊ iuſtitia redemptori: quādo de ſuo ⁊ ſanando inuenit̄ remedium: ⁊ preciū redimendo. Quarto vt de nr̄a mortalitate ſuſciperet vn̄ mori poſſit vita pro mortuis: vt ſuā immortalitatē nobis cōferret: ⁊ qḋ in filiū dei nō potuit ꝑpetrari / in filiū hoīs poſſet admitti. Quinto vt deus familiari⁹ ab hoīe diligeretur: ⁊ vterqꝫ ſenſus in chriſto btificaret̄: ⁊ reficeretur oculus cordis in eius diuinitate: ⁊ oculus corporis in eius humanitate: vt ſiue ingrederet̄ / ſiue egrederet̄ paſcua inueniret natura ab ipſo cōdita. Sexto vt illa diuina potentia facilius ab hoīe ſuſtineri poſſet: ⁊ vt homo cui parū legis ⁊ ꝓphetarum precepta ꝓfuerant promptius ſalutē ſuā quereret: cū ad eū ſalus ipſa veniſſet: ⁊ qui miſſo toties de celis non corrigebat̄ imperio: preſentie ſaltem inſtrueret̄ exemplo. Septimo vt a diabolo difficili⁹ agnoſci poſſet. Ideo eñ ſub forme ſeruilis abiectione latuit deus: vt doloſum ſupplantatorem ſuis viciſſim fraudib⁹ irretiret: ⁊ humane auidā ꝑditionis inexplebilē beſtiā ꝑ eſcā carnis illuſit. Sic Daniel draconem (qui diaboli ſpēm preferebat) cibi virtute ꝯficit: faciēs de pice ⁊ adipe .i. de duab⁹ ſubſtātijs vnā offam: qua aſſumpta qḋ putabat̄ cibus / interit⁹ fuit. Sic ſapientia vicit malitiā: ⁊ carbones cōgeſſit ſuꝑ caput pctōris. Qui enim arte ſua ſophiſtica nos ſpe deitat[is] ꝓmiſſe deceperat dicēs. Eritis ſicut dij: nunc ꝑ oppoſitū carnis obiectione decipit̄: qua velatus dn̄s hodie ex virginis vtero tamq̄ ſpōſus de thalamo ſuo ꝓceſſit. Et ſꝫ celatum ſit myſteriū diabolo ipſuꝫ tñ voluit dn̄s reuelari hoīb⁹. Prius quidem obſcure ſcꝫ antiqs patrib⁹. Unus eoꝝ dicit Dañ .vij. Aſpiciebam in viſione noctis. Alia eſt viſio noctis: alia diei. Antiqui eñ patres viderūt incarnationis myſteriū ꝑ noctem. Nam nō poterant reuelata facie magnitudinem glorie dei aſpicere Sed poſtea clare manifeſtatū eſt: q̄n antiquus dierū cedit in humanitate ꝑ incarnationem ⁊ natiuitatem. Tunc eñ qḋ erat occultū / factum eſt in eccleſia manifeſtū / cooperante ad hoc virgine Maria: ex cuius puriſſimis ſanguinibus formatum eſt corpus chriſti: ⁊ hodie terris effuſum: quā ſalutabimus.

¶ Notandū ꝙ dn̄s volens ex mīa ſua reconciliari homini ꝑ internūtios: queſiuit quid homo cōtra eū haberet. Michee .vj. Popule meus quid feci tibi / aut quid moleſtus fui: reſponde mihi. Et per Hiere .ij. Quid vultis mecū iudicio cōtendere: oēs dereliquiſtis me dicit dn̄s. ⁊ hoc per peccatum: quare indignaris aduerſuꝫ me fauilla ⁊ cinis? Certe Eſaie .xvj. Indignatio ei⁹ pluſqꝫ fortitudo eius. Sed ad hec natura



B Natiuitas chriſti. De ſex querimonijs nature humane ſopitis in natiuitate chriſti.

humana ſex formauit querimonias ꝑ aduocatos ſuos: quas per eoſdem deo ꝓpoſuit. Querebat̄ itaqꝫ primo ꝙ deus nimis eſſet abſconditus: ideo difficile inueniebatur. Et hoc per aduocatū Eſaiam .xlv. Uere tu es deus abſcōditus. Ac ſi diceret homo. Tu me queſiuiſti in dimidia die ⁊ inuenisti: dicens. Adam vbi es? Ego iam te per quinqꝫ milia annorū quero ⁊ nō inuenio. teſte Job .xiij. dicente. Cur faciem tuā abſcondis ⁊ arbitraris me inimicū tuū? Teſte etiam Dauid inquirente. Quare faciem tuā auertis: obliuiſceris inopie nr̄e? Quid ergo tanto tp̄e abſcondis te ⁊ ſapientiam tuā a nobis? Ex teſtimonio eñ ſapientis. Eccli .xx. Sapientia abſcondita ⁊ theſaurus inuiſus: que vtilitas in vtriſqꝫ? Hoc autē confitebat̄ quo ad vtrūqꝫ ſcꝫ ꝙ erat abſconditus. Exodi .xxxiij. Faciem meā videre nō poteris. Nō eñ videbit me homo ⁊ viuet. Et ꝙ homo ab eo nō abſcondebatur Oſee .v. Ego ſcio Effraim: ⁊ Iſrael nō eſt abſconditus a me. Sic ergo vt videtur iuſte cōquerebatur homo de deo. Secūdā querimoniam formabat de hoc ꝙ nimis erat altus: ideo ad ipſum cum difficultate ꝑtingebat ipſum inuocando ⁊ deprecādo pro negotijs ſuis. Et hec ꝓponebat aduocatus Dauid dicēs. Mirabiles elationes maris .i. tribulatiōes in ꝓfundo hui⁹ ſeculi: ⁊ tamen mirabilis in altis dn̄s. qui etiā cōturbat ipſum mare: quare difficilis ad aggrediendum his qui in imo poſiti ſunt. De quo ſimiliter cōquerebat̄ ſponſa. Canticoꝝ .v. Queſiui illum ⁊ nō inueni: vocaui ⁊ nō reſpondit mihi. Cauſam aſſignare videtur Dauid in pſ̄. Altiſſimum poſuiſti refugiū tuum. Quod cōfeſſus eſt ipſe de⁹. Primū ſcꝫ prodidit dicēs Eccli .xxiiij. Ego in altiſſimis habito. Scḋm vo Eſa .lj. Ego dn̄s qui cōturbo mare: ⁊ intumeſcunt fluctus eius. Tertiā querimoniā de eo formare videt̄: q̄ nimis magnus: ideo difficili⁹ laudari poteſt. Hoc ꝑ ſapientem Jeſuꝫ Joſedech propoſuit. Eccli .xliij. Benedicētes dn̄m exaltate illum quantū poteſtis. Maior eſt eñ omni laude. ⁊ ſequitur. Ne laboretis. Non eñ peruenietis. Et huic conſonat opinio ipſius Dauid dicētis. Magn⁹ dn̄s ⁊ laudabilis nimis. Te eñ debeo laudare: ⁊ pre magnitudine tua ſicut debeo non poſſum. Et hanc magnitudinem ipſemet confitetur dicens Hiere .xxiij. Ego celum ⁊ terram impleo. Quartam querimoniam formabat de eo ꝙ nimis fortis erat ideo difficile tolerabatur. Hoc ꝓpoſuit ꝑ aduocatum Job .ix. Si fortitud[o] queritur robuſtiſſim⁹ eſt. Et inde Job ſentiens hāc fortitudinem ſibi aduerſam dicebat. Job .xxiij. Nolo multa fortitudine ꝯtendat mecū: ne magnitudinis ſue mole me premat. Inde deficiens Dauid dicebat. A fortitudine manus tue ego [d]efeci. Ideo de dn̄o ſuo merito cōqueri [vi]debat̄ natura humana ꝙ vix tolerari p[oſſ]et. Quintā q̄ nimis facundus eſſet: ideo difficile cōueniret̄. Et hoc ꝑ aduocatum Job .ix. Si voluerit q̄s contendere cum eo: non reſpondebit vnū pro mille. Unde ⁊ Moyſi dicit Exodi .iiij. Quis fecit os hoīs? Ac ſi diceret. Et ſi es impedite lingue / ego tamen facūdus ſuꝫ. Sextam vo q̄ nimis iracundus: ideo difficile placaretur. Et hanc per Job iterū proponi fecit. Job .ix. Deus cuius ire reſiſtere nemo poteſt. Et per Dauid in pſ̄. Quis nouit poteſtateꝫ ire tue: ⁊ pre timore tuo irā tuā dinumerare? quaſi dicat. Septuaginta milia hominū pro vna modica ſuperbia vna die occidiſti. Et Moyſes huius eſt teſtis. Exo .xiiij. Miſiſti iram tuam que deuorauit eos ſicut ſtipulam: ⁊ in furore tuo cōgregate ſunt aque: immo quaſi omnes preter duos occidiſti in deſerto. pſal. Ipſi vo non cognouerunt vias meas: quib⁹ iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam. Que oīa audiens dn̄s ſtatuto tempore diſpoſuit ad has querimonias ſatiſfacere. Hoc autē fuit in die natalis ſui. iuxta illud Gala .iiij. At vbi venit plenitudo temporis miſit deus filiū ſuum in terris. Igitur vt primā placaret querimoniā naſcitur dominus in humana ſpecie: ⁊ in domo apertavt ab oībus inueniretur. Sicut eñ ſol diu aliquando latet in nubilo: qui tandem clare hoībus reuelat̄: ſic deus qui ab origine mūdi hoībus latuerat: in natiuitate ſua publice eſt reuelat⁹. iuxta illud Symeonis Lu .ij. Viderūt oculi mei ſalutare tuū. Cōtra ſcḋaꝫ reclinat̄ in preſepio humili: vt facile inuocet̄. Inde eſt ꝙ nō ſolum magni ⁊ reges: ſed ⁊ ſimplices ad euꝫ adorādū ⁊ inuocādū acceſſerūt: ⁊ tādē nouiſſime pctōres ⁊ publicani. Sicut eñ dicit Ber. Niſi gigas ille magn⁹ in terra ſediſſet: ad eū ppl̄s nō acceſſiſſet. Ideo nūc ꝯſulit aduocatus nr̄ Eſaias .lv. Querite dn̄m

Universidad de Deusto
Biblioteca



dum inueniri pōt: contra primū. Inuoca-
te eum dum ꝓpe eſt: cōtra ſcdm. Contra
tertiū. ſ. magnitudinē eius. Hodie paruu-
lus fact[illegible] ideo pro paruo pomo placari
poteſt. Cōtra quartū: ſcʒ fortitudinē. Pan
nis inuoluit: ⁊ manus ⁊ pedes faſcia ſtrin
git mater. Et ideo cū paruulus eſt ⁊ ligatꝰ
accedere potes ad curiā eius: et te repelle-
re non poterit. Nam ſi aſcēderit in celū for
tior eſt. Et ſi adhuc t[illegible]es ne ꝓpter fortitu
dinem faſciam fran[illegible]ꝑmittit ipſe manꝰ
et pedes cruciaffigi. [illegible]ra quintū ſcʒ facū
diam. Iam inueniſ infans. Luce. ij. Inue-
nietis infantē: ⁊ ſic loqui naturaliter impo
tentem. Propone ergo ei quodvis: quia eo
modo ſe defendere non poterit. Ultimo ꝟo
contra iracundiā puer inuētus eſt: qui cito
placari poteſt. Et propterea generaliter de
oībus iſtis querelis facta eſt reconciliatio
inter deum ⁊ hoīem: cum ſororē noſtrā hu
manitatē noſtrā in vxorem accepit tanꝗ
ſponſus procedēs de thalamo ſuo. i. vtero
virgineo. Et quādo ipſe diues pauperi nō
potenti ſoluere iunctus eſt. Tunc eñ ſimul
in vnum diues ⁊ pauper. ¶ Reſtat nunc cō
ſequēter loqui de alijs duabus mirabilibꝰ
coniūctionibus que hodie facte ſunt. Qua
rum prima fuit cōiunctio maternitatis cū
virginitate. Hoc dixerat longe ante Eſaias
cum dedit ſignum idololatrie regi nolenti
querere ne deus glorificareſ. Ecce (inquit)
virgo cōcipiet: ⁊ hoc dicit textus. Factū eſt
vt impleti ſunt dies Marie: peperit filiū
ſuum primogenitū. Primogenitū in mul-
tis fratribus: non ſolū de patre/ ſed de ma
tre. Eſaie. lxvj. Nūquid pariet terra in die
vna/ aut parietur gens ſimul: qꝛ parturijt
et peperit Sion filios ſuos. i. Maria que
ſpeculata eſt hūanitatē vnitā deitati? Nō
ei vult ſpurios habere filios: ſʒ legitimos
qui de maria amaritudinis penitentie he-
reditatem habeāt: vt perueniāt ad heredi-
tatem patris. Inde et de Maria. Ex hoc
beatā me dicēt oēs generatiōes. ¶ Notan
tur autē ibi multa pulchra iocalia ꝗ dedit
deus pater beatiſſime virgini in hac ſacra
natiuitate. Primū eſt ꝙ ex Maria naſciſ
⁊ in Maria ſine peccato. Matth. j. Quod
enim in ea natū eſt: de ſpiritu ſancto eſt. et
Luce. j. Ideoqʒ ⁊ qđ naſcetur ex te ſanctū.
Differt lumen qđ oritur ab igne ⁊ qđ a ſo-
le: qꝛ ab igne ſemꝑ habet fumū: et aliquā
impuritatē admixtā; ideo diciſ infumatū

E
Maria
Natiui
tas chri
ſti.
Maria
habuit
multa
iocalia
ſeu ꝓ
gatiuaſ
in nati-
uitate
chriſti.

a philoſophis: ⁊ hoc qꝛ eſt in materia alie-
na. Non ſic qñ in materia ꝓpria vel quan-
do procedit a ſole. Sic eſt de natiuitate fi
lij dei ⁊ aliorū hoīm: quia ſplēdor ſue nati
uitatis fuit a ſole egrediens. Sicut lumen
clare ⁊ lucide abſqʒ corruptiōe oritur a ſo-
le: ſic chriſtus ex virgine. Non ſic de natiui
tatibus aliorū hoīm: qꝛ cum fumo origina
lis peccati. Secundū eſt ꝙ ſine corruptio-
ne peperit: vt eſſet mater ⁊ virgo. In alijs
enim mulieribus naſcēte fructu cadit flos
virginitatis: ibi autē flores eius fructꝰ ho
noris virginalis ⁊ honeſtatis maternalis.
Homo eñ primus fuit de terra virgīe nec
culta nec inciſa: ſic debuit ⁊ ſecūdꝰ homo.
Preterea terra ſine ſemine ſolet producere
plantā ex ſola influentia ſuperiori: et terra
humorē ⁊ materiā miniſtrante: quare non
Maria ſilr? Preterea ſcriptum erat Oſee.
xiiij. Ero quaſi ros: ⁊ Iſrael germinabit ſi
cut lilium. Sicut autē ros lilij candorē aut
decorem nō minuit: ſed potius auget ⁊ nu
trit: ſic dei filius Marie puritatem et vir-
ginitatem non minuit: ſed auxit ⁊ decora-
uit. Item virga Aaron ſine quolibet admi
niculo fructificauit: ita Maria. Nos qui-
dem ſumus genimina viperarū penetran-
tes ⁊ corrūpentes viſcera materna: non ſic
chriſtus qui ſine quacūqʒ corruptiōe clau-
ſtrorum virginaliū ⁊ cōceptꝰ eſt et natus.
Tertiū eſt ꝙ ſine dolore peperit. Patet pri
mo: quia Eſaie vlti. Anteꝗ parturiret pe-
perit. Quis audiuit vnꝗ tale: aut quis vi-
dit huic ſimile? In ceteris mulieribꝰ inter
cōceptū ⁊ partū media eſt parturitio. Hec
autē ſine parturitione edidit eū. Et hoc eſt
quod angelus ait ei. Ecce cōcipies in vtero
et paries filium: de parturitiōe nullam fa-
ciens mētionē. Hinc Berñ. Quid eñ mirū
ſi dolorē non intulit matri: qui venerat tol
lere dolores totius mūdi? Eſa. liij. Uere lā
guores noſtros ipſe tulit. Scđa eſt: quia li
bido in prima matre fuit cā doloris. Hinc
propter libidinē ⁊ cōcupiſcentiā inordina
tam quā habuit dictū eſt ei in penā. In do
lore paries filios. Sed in Marie cōceptu
non fuit libido: ergo nec effectꝰ debuit eē.
Hec eſt ratio Richardi de ſancto Uictore.
Preterea ſi Iudei cōcedūt Euam de latere
Ade. productā ſine dolore ipſius Ade: cur
dicūt potentiā dei diminutā vt non poſſit
ſm Adam de muliere ſine dolore ꝓduce-
re? Preterea nōne decuit imperatricē celi

D
Maria
Maria
peperit
ſine cor
ruptiōe

-f. moyſes



eſſe liberā ⁊ priuilegiatā circa maledictio-
nem que ceteris illata eſt mulieribus: vt in
dolore parerēt filios ſuos? In cuius ſignū
ſtatim Maria inuoluit puerū: quod non
poſſent facere alie mulieres ꝓpter impo-
tentiā: immo vix ſemiuiue remanēt in puer
perio. Quartū eſt ꝙ ſine grauamine porta
uit chriſtū. Inde canit eccleſia. Stat onera
ta nobili onere Maria. Sicut enim auis
portat plumas ſed non grauaſ: imo porta
tur ab eis: ſic ⁊ Maria a chriſto portabaſ.
Hinc eſt ꝙ ipſa grauida ſtatim aſcēdit mō
tana cum feſtinatione vt viſitaret Eliza-
beth. Quintū eſt ꝙ habuit tractare eum ꝗ
erat verus filiꝰ dei. Unde pānis eum inuol
uit ⁊ lactauit. Dicit eñ dñs Canti. v. Bibi
vinum meū. i. paſſiōis mee quod mihi ſoli
propriū fuit: quia paſſus ſum ſine peccato
cum lacte meo ſcʒ virgineo quo ſolo paſtꝰ
ſum. Nam ſola virgo lactauit chriſtū: pro-
pter qđ deſignaſ per Moyſen: ꝗ nullius
alterius mulieris preterꝗ proprie matris
voluit mammas ſugere vt dicunt Hebrei.
Inde Canti. iiij. ꝗ pulchre ſunt māme tue:
id eſt cum quāto honore extollēde: cū quā
ta dilectiōe amplectende. Ideo dicatur ei.
Beatus venter ꝗ te portauit: ⁊ vbera ꝗ ſu
xiſti: qꝛ Dañ. iiij. Eſca vniuerſorū in eo ſcilʒ
ventre: ⁊ vbera pietatis in ipſa virgine: vt
dicat filio. Cum iratus fueris miſericordie
recordaberis. ¶ Secūda cōiunctio que re-
ſtat nūc declarāda: ⁊ eſt tertia que fuit ho
die facta: fuit cōiunctio cordis humani ⁊ fi
dei. Mirabilis enim fuit hec credulitas vt
crederetur ꝙ deus eſſet homo: ⁊ ꝙ aliqua
manſiſſet virgo poſt partū. Sed tamē ad
hoc cōuincendū primo fuerūt veteris ⁊ no
ui teſtamēti teſtimonia ⁊ ꝓmiſſiōes. Ma
gnum eñ debebat illud eſſe qđ ab initio ſe
culi promiſſuʒ erat: ⁊ ꝑ tot tēpora queſitū
⁊ petitū: ⁊ tam dilatū. Inde eſt ꝙ in matu
tinis in primis tribus lectionibꝰ adducū-
tur teſtimonia veteris teſtamēti: in tribus
vltimis teſtimonia noui. Secūdo fuerunt
ſancti viri qui hec ita ꝑdicauerūt ⁊ docue-
runt: nihil ꝗrētes niſi ſalutē noſtrā. Inde
in medijs ſermones ⁊ teſtimonia ſanctorū
patrū adducūtur. Tertio teſtimonia hoīm
et angelorū. Angeli eñ dicunt. Euāgelizo
vobis gaudiū magnū: qꝛ natus eſt vobis
hodie ſaluator mūdi: qui non pōt eſſe niſi
deus. Hoies autē dicūt. Tranſeamus vſqʒ
Bethleē ⁊ videamꝰ hoc verbū qđ factū eſt.

Quarto hoc perſuadet vtilitas que nobis
exinde ſecuta eſt. Filij eñ Ade propria que
runt cōmoda: ⁊ ideo nō mirū ſi allecti ſunt
ad credendū myſterio natiuitati[illegible] chriſti.
Nam per natiuitatē chriſti plurima nobis
collata ſunt beneficia. Primo quidē illumi
nata eſt mens per fidem: que prius erat in
tenebris ignorātie. Eſa. ix. Habitātibus in
regiōe vmbre mortis lux orta eſt eis. Hinc
Ioā. j. Erat lux ꝟa ꝗ [illegible]uminat oēm hoīeʒ
venientē in hunc mū[illegible]. Ante quidē incar
nationē vix videbāt [illegible]ies prope ſeſeʒ na-
turalia: et cū magnis erroribꝰ: vt patet in
libris philoſophorū: immo nec ſe nec intra
ſe cognoſcebāt: quia animam ſuam quāti
precij erat non agnouerāt. Nunc ꝟo dum
exortū eſt in tenebris ſynagoge vel genti-
lium lumē rectis corde miſericors et miſe-
rator ⁊ iuſtus dñs. Hō ita illuminatur: vt
nunc videat in terra ⁊ in celo gloriā ſancto
rum ⁊ angeloꝝ per fidē: immo ⁊ glorioſaʒ
trinitatē: immo vſqʒ ad ꝓfundū abyſſi in
ferni qualitatē. Ideo Eſa. ix. Ppl's ꝗ ābu-
labat i tenebris vidit lucē magnā. Et Ma
lachie. iiij. Orietur vobis timentibꝰ deū ſol
iuſtitie: hoc autē naſcēdo de virgine. Nam
Pſal. Ortus eſt ſol: ſcʒ chriſtus ⁊ cōgrega-
ti ſunt ſcʒ paſtores ad preſepiū: qꝛ viderāt
huius ſolis vnū radiū. Luce. ij. Circūfulſit
eos lux de celo: ⁊ reges ad ſtabulū: qꝛ vide
rant alium radiū. Matth. ij. Uidimꝰ ſtel-
lam eius in oriente: ſacerdotes ⁊ ſcribe ad
Herodis palatiū vt indicarēt originis ſue
locum. Tunc eñ ad claritatē cepit ſapiētia
proſilire. Sicut autē heliſeus ponēs ſal in
vaſe nouo ſanauit aquas hierico: ſic deus
pater quādo in vaſe vteri ꝟginalis poſuit
ſal ſapiētie increate et a vaſe eiectū eſt per
natiuitatē. Tunc aque hierico. i. ſciētie mū
di ⁊ doctrine Philoſophorū que per mul-
tos errores faciebāt terrā ſterilē intellectꝰ
noſtri: per veram fidem fuerūt ſanate ⁊ ab
omni errorū genere depurate. Unde legiſ
ꝙ in principio regni Auguſti Ceſaris ap-
paruerūt tres ſoles in oriente: qui paula-
tim in vnū ſolare corpus redacti ſunt: ad
denotandū ꝙ fides trini et vnius dei toti
mundo manifeſtāda eſſet: ⁊ tunc fides ini-
tianda. Secūdo per eam roborata eſt ſpes
noſtra: ſpes quidē obtinendi quicquid pe-
timus. Roma. viij. Qui pro nobis tradidit
filium ſuum: quomodo nō omnia cum illo
nobis donauit? Bernar. ſuꝑ cātica. Puto

E
Natiui
tas chri
ſti.
Per na
tiuita-
tē chri-
ſti mul
ta ſunt
nobis
collata
benefi-
cia.

Universidad de Deusto Biblioteca



iam me cõtenere nõ poterit hoc os de oſſibus meis ⁊ caro de carne mea. In vitis patrum legitur ꝙ quedã mulier cum veniſſet ad beati. Hilarionẽ pro ſterilitate tollẽda et ille fugeret eam: clamauit mulier hunc ſeruum nõ eſſe contẽnendũ qui genuit ⁊ peperit ſaluatorẽ: ⁊ tũc expectauit eam ⁊ obtinuit ei fecunditatẽ. Scdo ad ſpem veniẽ ⁊ ſalutis obtinẽde. Hinc clamabat Dauid. Fiat manus tua vt ſaluet me. Manus eñ dei que operata eſt ..a redẽptionis noſtre opera: facta eſt in M.. ia ⁊ hodie oſtenſa: que tãdiu queſita eſt. Querebat eĩ Dauid. Emitte manum tuam de alto et eripe me. Exemplũ ad hoc narrat liber de donis. Cũ eſſet fames in Egypto et quidã Saracenꝰ pauperibꝰ cõpatiẽs euacuaſſet horrea ſua quedã domina que videbat honeſtiſſima gerens puerũ ſpecioſiſſimũ venit ad eũ rogans vt bñfaceret ei. Et cũ aſſereret nihil ſupereſſe: adiurauit illum ꝑ illam dominã que virgo pepererat ſaluatorẽ mundi: ꝙ faceret videri ſi adhuc ibi aliquid inueniretur. Cum autẽ pietate motus curreret ad horreũ inuenit oĩa horrea plena: nec vltra dictã dominã potuit inuenire. Quo miraculo viſo ⁊ pueri viſi gratia motꝰ: cũ omni domo ſua baptizatus eſt. Ecce qũo per viſionem pueri nati ſalutẽ cõſecutus eſt. Tertio ad ſpem victorie de hoſtibꝰ. Eſa. xij. Ecce deus ſaluator meus: fiducialiter agam et nõ timebo. Quãdo eñ quis eſt in conflictu ⁊ incipit ſuperari: libẽter videt adiutorium veniens quod poteſt et vult liberare ipſum. Sic ante aduẽtũ chriſti vt plurimũ homo ſuperabat in bello ſpirituali. Inde Geneſ. iij. dicit Adam. Timui eo ꝙ nudus eſſem ſcʒ diuino adiutorio. Nũc autẽ nõ eſt ita timendũ ſed magis de victoria ſperandum: quia Pſal. Non timebo mala: qm̃ tu mecum es. ¶ Tertio valet principaliter ad charitatẽ augendã. Ioã. iij. Sic deus dilexit mundũ: vt filium ſuum vnigenitũ daret. Berñ. Quõ non te moueat ad amorẽ: ſi recordatꝰ fueris quia ille q̃ erat in forma dei in die eternitatis ſue in ſplendore ſanctorum ante Luciferũ genitus: ſplẽdor ⁊ figura ſubſtãtie dei: venit ad carcerẽ tuum: ad lumẽ tuũ: infixus (vt dicit) vſqʒ ad cubitos in limo profundi. Sol eñ appropinquans terrã calefacit: quanto magis ſi in terra videret? Sic ſol iuſtitie per incarnationẽ terrã hũanitatis nrẽ appropinquãs ⁊ in natiuitate ſua ſtans ſuꝑ terrã caleſcit terrã amore ſuo: vt iam terrã appetentes nunc celũ appetãt ⁊ terrã contẽnant. Refert Joſephus ꝙ ſic Moyſen venuſtauerat deus: vt etiã ab hoſtibꝰ alimẽto dignꝰ haberet: ⁊ adeo pulcher erat ꝙ nullus ita ſeuerꝰ eſſet qui eius aſpectui nõ inhereret: et multi dum cernerẽt eum ꝑ plateas portari occupatiões in q̃bus ſtudebãt deſerebant. Si iſta de Moyſe pura creatura referuntur: quid putandũ eſt de exteriori et interiori huiꝰ pueri pulchritudine: de quo ſcribit. Specioſus forma pre filijs hoim: propter cuius amorẽ ⁊ dulcedinẽ multi nõ ſolũ ſuas mundanas occupatiões ſed etiã mundũ ipſuʒ dereliquerũt. Inde eſt ꝙ paſtores audito ortu eius ſuos greges dereliquerũt: ⁊ reges terrã ſuam: ⁊ Symeon totum mundũ deſerere cupijt: quem hic ſola eius expectatio detinebat. Quarta per hãc natiuitatẽ debilitata eſt virtus inimici noſtri. Pſal. Catuli leonũ rugiẽtes vt rapiãt: ⁊ querãt a deo eſcã ſibi. Hi ſunt demões q̃ querũt a deo ꝑmiſſionẽ tentãdi ⁊ deuorandi hoĩes: ſed ſequit. Ortus eſt ſol ⁊ cõgregati ſunt: ⁊ in cubilibꝰ ſuis collocabunt. i. in locis in quibꝰ detinent: ne ad voluntatẽ noceant nobis. Unde in libro de dono pietatis legit ꝙ ſanctus Eadmũdus Cãtuarieñ. cum legeret ⁊ vigilaret ad ſtudiũ: ⁊ deberet in craſtinũ diſputare de incarnatione: apparuit ei diabolus: ⁊ cũ eleuaret manum vt ſe ſignaret: tenuit eam diabolus: ⁊ cum vellet ſe ſignare de alia: tenuit eã ſimiliter. Et cum diceret ego me ſigno corde: in noĩe patris ⁊ filij ⁊c. diabolus dimiſit eũ. Et cum quereret ad quid venerat? Reſpõdit diabolus ꝙ ad impediẽdũ eum ne haberet quid elegãter diceret de eo qd̃ maxime timebat: qd̃ totã virtutẽ ⁊ potentiã demonũ attriuerat ⁊ cõfuderat: ſcʒ eiꝰ ortus et natiuitas per ea q̃ geſſit in carne. Diabolus eñ quõdã reputabat ſe gigãtẽ in perſona Roboã ſtulti dicẽs. iij. Regũ. ij. Minimus digitꝰ meus groſſior eſt dorſo patris mei: ſcʒ dei q̃ eſt pater oĩm per creationẽ. Sed paruulus puer ſcʒ chriſtꝰ de iugo graui impoſito ſuꝑ oẽs filios Adã ſubtraxit. Ait eñ Joã. x. Ego veni vt vitam habeãt et abũdantius habeãt. Sicut enim pluuia de ſurſum adueniẽs in terra arida ſupplet eius indigentiã ⁊ defectũ: ſic filius dei deſcendẽs in mundũ terrã ſiccam a gratiarũ et virtutũ humoribꝰ ſuppleuit eius ſpũales miſerias ⁊ defectus. Et ꝓpterea clamabat natura humana. Eſa. xvj. Emitte agnũ dominatorẽ terre: q: ſatis habuimꝰ leonem ⁊ lupũ dñantẽ nobis / ⁊ diſſipantẽ et deſtruentẽ oĩa ſpũalia bona noſtra. Quinto per eam honeſtata eſt humana natura. Sap. vij. Uenerunt mihi oĩa bona pariter cum illa: ⁊ innumerabilis honeſtas ꝑ manus illius. Sicut eñ ſol in vere appropinquans facit arbores ſuis radijs ⁊ influentia virere ⁊ florere et fructꝰ multiplices generare: ⁊ agricola veniens ad hortũ ſuum ipſumqʒ diligẽter excolẽs ⁊ frequẽtãs honeſtat eum quantũ põt. ſic ſol iuſtitie ⁊ celeſtis agricola chriſtus: dum per natiuitatem ad hortũ eccleſie ſue venire voluit: ipm̃ per doctrinã ſue predicatiõis rigare / per rigorem ⁊ penitentiã colere ⁊ putare: et per honeſtatẽ virere fecit. Et inde eſt ꝙ ꝓpter huiuſmodi honeſtatẽ ſancti viri tunc maxime cõuerſi ſunt ad laudes ⁊ gratiarũ actiones. Tũc eñ ⁊ paſtores et reges ⁊ ſacerdotes: Zacharias ⁊ Symeon: imo ⁊ Anna ⁊ Maria: vt vterqʒ ſexus ad laudandũ conueniret: tunc maxime decãtauerunt: ſed et angeli. Pro nullo eñ facto legimus celeſtẽ militiã ſic cãtauiſſe. Sicut autẽ in nouo tẽpore ſcʒ verno circa ortum ſolis noua tacte dulcedine volucres magis concinũt: ſic viri ſpũales circa ortum veri ſolis. Nam magna erat dignitas deũ homini ſic cõiungi: qd̃ de ãgelis nõ eſt auditũ. Hebre. ſ. Nuſq̃ angelos apprehẽdit: ſʒ ſemẽ Abrae apprehendit. Et ratio huiꝰ eſſe poterat: q: non reputãtur delicie cibi de aĩalibus domeſticis ſed bene de ſylueſtribꝰ. Angeli autẽ ꝑ gratiam ſemꝑ fuerũt ſibi domeſtici: hoĩes ṽo ſylueſtres per pctm̃ ſemꝑ a deo fugientes: qui capti ſunt aucupio crucis ⁊ venatione et latratiõe predicatiõis. Propter qd̃ voluit delicias ſuas eſſe cum filijs hoĩm: non vnitas ãgelice nature. Inde eſt ꝙ nũc multo grauiꝰ peccãt luxurioſi qñ incarnatꝰ eſt chriſtus ꝙ añ / qñ ita atrociter puniti ſunt in diluuio ⁊ in Sodomis: q: ex incarnatione ⁊ natiuitate filij dei multũ dignificata eſt hũana natura. Et ꝓpter hoc d: ꝙ in nocte natiuitatis per totũ mundũ interẽpti ſunt oẽs Sodomite. Sexto valet ad cõſolationem fideliũ hec memorata ⁊ recitata natiuitas. pſ. Lux orta ẽ iuſto ⁊ rectis corde letitia. Augu. Magna eſt cõſolatio mẽbris ex capite. Hinc hodie canit eccl̃ia illd̃. Eſa. xl. Cõſolamini ꝯſolamini popule meꝰ dicit deꝰ veſter: ⁊ ſtatim ſubdit cãm: ſuſcepit de manu dñi duplicia. ſ. hũanitatẽ ⁊ diuinitatẽ pro oĩbus petĩs ſuis: q: ad ea deſtruenda venerat. Ad ꝯſolationẽ pauperũ et deſpectoꝝ natꝰ eſt: q̃ pauꝑ natus eſt vilibus indutꝰ pãnis: nõ agnitꝰ ſed cõtẽptus. pſ. Propter miſeriã inopũ ⁊ gemitũ pauperũ nũc exurgã: ſ. ex mr̃e dicit dñs. Sʒ hʒ Berñ. Non oẽs conſola.. chriſti natiuitas. Non eñ ꝯſolat chriſt.. fantia garrulos: nõ cõſolant chriſti lachryme cachinnãtes: nõ ꝯſolant pãni eius ambulãtes in ſtolis: non ꝯſolant ſtabulũ ⁊ preſepe amãtes primas cathedras in ſynagogis. Et ſequit: ꝙ multi hodie auro et gẽmis fulgebãt: ſicut hodie fulgẽt altaria. Putas ad eos diuerterunt angeli: immo ad pãnoſos declinabunt. Magis eñ paſtoribꝰ apparuerũt ꝙ terre regibꝰ: ꝙ tẽpli ſacerdotibꝰ. Uñ ⁊ angelus hoc maxime atteſtat cũ dixit. Annũtio vobis gaudium magnũ qd̃ erit oĩ populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluator

*Natiuitas chriſti. Quare potius naturã hũanã ꝙ ãgelicã ſuſcepit chriſtꝰ.*

¶ De eodem feſto Natiuitatis dñi. Sermo. iij. ⁊ in ordine. xxxix. per thema.

Apprehẽdẽt ſeptẽ mulieres virũ vnũ in die illa. Eſa. iiij. Salomon dixit. Tria ſunt mihi difficilia: et quartũ penitꝰ ignoro. Uiam aquile in celo: viã colubri ſuꝑ petrã: viam nauis in medio maris: ⁊ viã iuuenis in adoleſcẽtula. Sicut eñ aquila trãſiens ꝑ aerẽ nullũ ibi relinquit veſtigiũ: nec coluber ſuper terrã aut petrã: nec nauis in mari: multo magis nec vir iſte trãſiẽs ꝑ adoleſcẽtulã ṽginẽ. In primis tñ tribꝰ ẽ aptio manifeſta ⁊ diuiſio patẽs itellectui hũano / lʒ nõ ſenſui: ſaltẽ dũ trãſijt. Sʒ hic neutro mõ apparet via. Et iõ dicit Salomõ ſapiẽtiſſimꝰ ſe penitꝰ ignoraſſe incarnatiõis ⁊ huiꝰ ſacratiſſime natiuitatis myſteriũ. Incepit eĩ via viri huiꝰ ĩ adoleſcẽtula in ĩcarnatiõe ⁊ terminata ẽ in natiuitate: q̃ via ĩ alijs oĩbꝰ eſt polluta. iuxta illd̃ pſ. Ecce eñ in iniq̃tatibꝰ cõceptꝰ ſum: ſʒ via chriſti fuit mũdiſſima. pſ. Deus meꝰ impolluta via eiꝰ: ⁊ ſic huiꝰ vie tã mediũ ꝙ extrema ſunt ĩcognita. Principiũ occultauit virginitas. ſ. ꝯceptũ eiꝰ: extremũ formoſitas: mediũ matris integritas. Cõcepit eñ cum virginitate: trãſmiſit ꝯceptũ ſine aptione

*A Natiuitas chriſti. Myſterium incarnationis ⁊ natiuitatis eſt inſcrutabile.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Unde canit eccl'ia. Porta clauſa poſt ⁊ ante via viris inuia. Ezech. xliiij. Cõuerti me ad viã porte ſanctuarij que reſpiciebat ad orientem: ⁊ erat clauſa. Et q2 peperit ſine dolore: ideo ſine faciei decoloratione: q̃ eſt pulchritudinis corporalis cõplementum. Hinc admirans ipſe ſapiens. Sap. iiij. exclamabat. O ꝙ pulchra eſt caſta generatio. q. d. Si cõcepit quomõ caſta: ſi peperit quõ pulchra: ⁊ nõ potius pallida. Sic igitur allegat Sa[lomon] non oĩm ſapientiſſimus ignorãtiã: Eſaias [v]o impotentiã. Eſa. liij. Generationem eius q̇s enarrabit? q. d. nullus. Baptiſta vero quo nullus maior inter natos mulierũ allegat indignitatẽ. Joã. j. Veniet fortior me poſt me: cuiꝰ nõ ſum dignus corrigiã calciamentoꝝ eius ſoluere. Si ergo Salomon ſapientiſſimꝰ hoc ignorauit. Eſaias ſecretoꝝ dei maxime cõſcius ⁊ labijs terſus: ad hoc tractandũ ſe cõfitetur impotentẽ. Joannes baptiſta oĩm ſanctiſſimus ſe iudicat indignũ: qui hoc propalet myſteriũ: q̇d a me exigit in hac tam excellenti materia tractandũ: qui peccatorem ⁊ ignorantem me ꝓfiteor? Sed q̇ facit vt ceci videant ⁊ ſurdi audiant ⁊ muti loquanť: vt ſpero aperiet oculos meos vt hoc ſacratiſſimũ myſterium aliqualiter videam: ⁊ linguã vt quouiſmodo loquať: et vobis aperiet aures vt intelligatis: ⁊ hoc meritis intactiſſime virginis matris: in cuius vtero factũ eſt hodie matrimoniũ illõ admirabile: in quo apprehenderunt ſeptẽ mulieres virũ vnũ: quam ſalutabimus.

¶ Quæriť cum vir importet etatem ꝑfectã qualis mõ erat in chriſto paruulo in vtero matris exiſtente: quõ poteſt ei cõuenire thema noſtrũ in quo diciť: apprehendent ſeptem mulieres virũ vnũ? Reſpondeť primo ꝙ ab inſtanti cõceptiõis chriſti fuerũt in eo oĩa dona gratiarũ: ita ꝙ tantam ſapientiã / tantã virtutem habuit cõceptus: quantã adultus. Probať primo per illud Eccl'ſ. j. Omnis ſapientia a dño deo eſt: et cum illo fuit ſemꝑ. Nõ ergo eum deſeruit: quando opus ſumme ſapientie cõpleuit. Scd̃o hoc idem ptꝫ Hiere. iij. Nouũ creauit dñs ſuꝑ terrã: femina circũdabit viruꝫ ꝑfectũ ſcꝫ virtutibꝰ ⁊ ſcientijs: ꝙ ſi ignorãtem creaſſet: nõ fuiſſet nouũ ſed antiquũ. Tertio hoc patet ꝑ illud Jo. j. Plenũ gratie ⁊ veritatis. Prius tamen ait. Verbum caro factũ eſt: quaſi vellet dicere ꝙ verbũ caro factũ eſt: ⁊ tunc fuit plenũ gratie ⁊ veritatis. i. virtutibꝰ ⁊ ſcientijs. Nam ly plenum cõſtruendo grãmaticaliter nõ videť poſſe referri ad aliud ſubſtantiuum ꝙ ad verbũ caro factũ. In nobis aũt gratiaruꝫ dona ſucceſſiue acquiruntť ⁊ paulatim. Nemo em̃ repente fit ſummꝰ. Inde diciť Jaco. j. Omne datũ optimũ ⁊ om̃e donũ ꝑfectum deſurſum eſt deſcendens guttatim ⁊ in modũ pluuie ⁊ nõ ſubito ⁊ ſimul: vt ibi dicit quedã gloſ. Deutero. xxxij. Quaſi imber ſuꝑ herbaꝫ ⁊ quaſi ſtille ſuꝑ gramina fluat vt ros eloquiũ meum: que guttatim oĩa deſcendũt. Dicitur ſecũdo ꝙ in inſtanti ſue cõceptionis fuit vir in membris ſuis ꝑfecte lineatus ⁊ cõpoſitus. Patet primo q2 ſi in ſeminibꝰ corruptis non introduciť aĩa niſi in corpore ꝑfecte organizato: a fortiori neqꝫ ſpũs ſanctus eã introducit: niſi corpus fuerit ꝑfectum. Scd̃o q2 hoc fuit opus ſpũs ſancti: dei aũt ꝑfecta ſunt opa. Luce. j. Quod em̃ in ea natum eſt / de ſpiritu ſancto eſt. Sola em̃ Maria ſpiritu ſancto operante ipm̃ membris cõduxit. Eccli. xxiiij. Gyrũ celi. i. illum qui oĩa claudit: circũiui ſola ⁊ veſtiui carne ꝟginea. Hinc clamabat Eccli. xxxvj. Innoua ſigna / immuta mirabilia. Et vere immutata ſunt: q2 a principio voluit homo miraculo diabolico fieri deus: ⁊ nunc econtrario. Deus factus eſt homo: a principio de viro facta eſt mulier perfecta: nunc de muliere vir ꝑfectus. Tertio q2 nõ eſt dignũ reſpectu ⁊ cõſideratione animarũ ſanctarũ: q̇d virtutibus ⁊ donis dei vacuũ eſt: ſed quod oĩbꝰ bonis ſpiritualibus opulentũ eſt. Hoc em̃ dignum eſt viſione animarum ſanctarum: ſed Sap̃. iij. Felix ſterilis ſcilꝫ Maria virgo ⁊ incoinquinata que neſciuit thorum in delicto: habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum: id eſt dignum conſideratione animarum ſanctarum. Oportuit ergo ꝙ tunc plenus eſſet virtutibus ⁊ perfectus: ⁊ ita merito vir appellandus: ſm̃ thema preaſſumptum: apprehendent ſeptem ⁊c. ¶ Septem iſte mulieres que dominum Jeſum dicuntur apprehendiſſe in die vna ſunt ſeptem virtutes quas ipſe in ſua conceptione et natiuitate habuit: cum quibus quodã matrimonio ſpirituali iũctus eſt: de quarum tribus primis hoc ſermone matutino dicetur: de quatuor vero reliquis ſermone pomeridiano.

B



E Natiuitas chriſti. De ſubiectiõe chriſti in natiuitate.

¶ Prima ergo mulier q̃ hunc dñm apprehendit fuit domina ſubiectio: que etiã hũc in vtero exiſtẽtẽ deſpõſauit. Cum em̃ eſſet ſummꝰ ⁊ regũ maximus: et priuilegio vtẽs quo nemo regũ vſus eſt: q2 cõceptus et natus de virgine immaculata: nihilominꝰ extremã ſubiectionẽ pati voluit. Aliqui tributa ſoluunt / ſed cum iam magni ſunt: iſte cum eſſet adhuc in matris vtero. Aliqui in domibꝰ ſoluũt: iſte deportatꝰ eſt per lõgas vias ad tributũ ſoluendũ. Et vt magis pẽſetur hec ſubiectio euãgeliũ miſſe maioris explanat. Nam ille q̇ genitus ab eterno ex patre deo eſt: per quẽ oĩa facta ſunt ⁊ conſeruãtur ⁊ viuunt: qui illuminat oĩa: hodie omniũ humillimꝰ in vtero adhuc exiſtens ſubiectionẽ patiť. Diſcãt ergo ſubiectionẽ impẽdere pueri parẽtibus / ſcholares magiſtris / ſerui dñis / religioſi patribus ſuis: chriſtiani prelatis ⁊ principibus ſuis: ⁊ ne murmurẽt in eos: qm̃ ꝓpter talem ſubiectionem non murmurauit dñs omniũ. Secundo diſcant reges ⁊ principes ſuꝑ ſe habere ſuperiorẽ: ⁊ poſtea ſubtus ſe reſpiciãt inferiorẽ. Signũ eſt beſtie ſemꝑ ſub ſe ⁊ inferius reſpicere ⁊ nunꝙ̃ ſupra ſe. Hoc em̃ non faciebat ſanctus ille Cẽturio: de quo Matth. viij. Nã ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutꝰ. Hoc em̃ primo cognouit: et deinde reſpexit inferiꝰ cũ dixit: ⁊ habeo ſub me milites: ⁊ dico huic vade: ⁊ vadit: et alio fac hoc: ⁊ facit. Sic legiť de Octauiano ꝙ tẽpore chriſti voluit eum ppl's adorare vt deum ⁊ dñm vniuerſi orbis appellare: ꝓpter pacis ac bonoꝝ abundantiã. At ille vocatus Sibyllã Tiburtinã ſapientẽ ⁊ ꝓphetiſſam: queſiuit ab ea ſi eſſet in orbe maior illo. Illa ꝟo oſtendã (inquit) tibi hodie maiorẽ te. Cum ergo eſſet meridies circa tẽpus natiuitatis chriſti ãno. xlij. impij eius: oſtendit ei in circulo ſolis virginẽ geſtantẽ in gremio puerũ. Tunc dixit ei. Hic te maior eſt: hunc vt deũ adora: ⁊ in illo loco poſtmodũ fundata eſt eccleſia que diciť ſancta Maria de ara celi. Et ex illo tẽpore inhibuit Ceſar ne vt deus coleretť aut dñs orbis appellareť ſed ſolum patrie pater. Nũc ꝟo principes ſolum reſpiciũt ad inferiores: ſicut vulpes ad gallinas: capones: et anſeres: nõ ſurſum ad accipitres: ⁊ forte quia ſunt macilẽti ⁊ inutiles ad comedendum. Sed licet parui raptores ſint huiuſmodi: tñ magni aliquãdo cõuertunť in ſordeas: ideo bene plumanť ⁊ comedũtuť tales. Utinã ad illos fieret reſpectꝰ: non ita ad populũ deuorãdũ. Tertio diſcãt reges: imꝑatores et preſides: ſubditos regere cũ modeſtia ⁊ mãſuetudine: et nõ cum crudelitate: ne forte inter eos chriſtũ opprimãt. Nam ⁊ dñs Jeſus inter ſubiectos inuẽtus eſt. Sed modo verendũ eſt ne ſubditi ſicut oues reputenť qui bene herba paſcuntur: quia ita neceſſe eſt illi[s] [ho]c ꝙ oĩs victꝰ eoꝝ tollitur ab eis: ſed tñ hoc dñs tollit ad eorum vtilitatẽ: quia ſ[un]t ſani: alij magni comeſtores: vt plurimũ egri ⁊ ſemꝑ medicorum cura egẽt. pſ. Adiuuit pauperẽ de inopia. Eſt autẽ ſubiectio triplex: quedã culpabilis cũ quis peccatis ſubdiť ⁊ poſt cõcupiſcẽtias ſuas vadit: ſicut leccator poſt meretricẽ: contra preceptũ ſapiẽtis. Eccli. xviij. Poſt ꝯcupiſcẽtias tuas nõ eas. Sed hanc ſubiectionẽ non apprehẽdit dñs: q2 in maliuolã aĩam non introibit ſapientia nec in cor ſubditũ peccatis. Secũda eſt laudabilis qua quis deo ſubijciť: ⁊ iſtam dñs per oĩa aſſumpſit: qm̃ factus eſt per oĩa patri ſuo obediens vſqꝫ ad mortẽ a ſue conceptionis inſtanti: ⁊ ꝓpter hanc cõceptionis humiliationem oĩa nobis impetrauit. Sic ſi volumus habere aliquid a dño: nos ſubdamꝰ eius volũtati. Pſal. Subditꝰ eſto dño ⁊ ora eum: ⁊ hoc iuſtũ eſt: quia. ij. Machabeoꝝ. ix. Juſtum eſt mortalẽ ſubditum eſſe deo. Si em̃ regi terreno ꝓ modica ſpe retributiõis tranſitorie in tot moleſtijs et anguſtijs ſubdi reputent milites eſſe delicias. iuxta illud Job. xxx. Eſſe ſub ſentibus delicias cõputant: quãtomagis reputare debemus delicias eſſe ſubditos voluntati dñi dei noſtri? Tertia eſt tolerabilis. ſ. ĩperatorũ: regũ ⁊ dñorum: quã humani generis creator adhuc ex vtero matris accepit: nobis exẽplũ donãs: vt ſuꝑiorũ ſubiectionem non dedignemur ſed eis obediamus. Si em̃ te plãgas de tallijs ⁊ alijs maledictionibus: vide dñm tuũ qui cõpulſus eſt adhuc in vtero matris exiſtẽs extra ſuam habitationẽ ire ad. xviij. leucas ad perſoluendũ tributũ. Non dedignenť propterea minores eſſe ſubditi ſuperioribꝰ ſuis: quãdo humani generis redẽptor dignatus eſt collum ſubmittere. Non enim cõiter dedit natura cornua ouibus: ſed ſolũ arietibus: nec carnes arietũ ſunt delicate et eſibiles ſed bene ouium: quia tales comeſtores nõ

D Subiectio. Triplex eſt ſubiectio.

E Subiectio. Exẽplo Chriſti debemꝰ pricipibꝰ ⁊ prelatis ſubijci.

cõmedũtur ſed bene ſimplex populus. Nec
tamẽ debẽt inferiores cõtra ſuperiores ha
bere cornua nec rebellare. Sed modo mul
ti videntur ſimiles igneis vaporibꝰ et aereis
vel exhalatiõibꝰ de quibus loquitur Ariſto.
ſcḋo Meteo. que ſunt recluſe infra conca⸗
uitates terre: ſed locum ſurſum appetẽtes
et eſſe ſub terra abhorrẽtes: exitũ querũt:
et omnia concutiẽtes terremotũ faciunt: ⁊
cum violẽtia ſupra aſcẽdunt. Sic ambitio
ſi religioſi ⁊ inutiles in eccleſia vel in digni
tate aliqua dedignantur eſſe in ſtatu depreſ⸗
ſo ⁊ ſub ſuperioribꝰ ſuis: ideo libertatẽ que⸗
rentes vt faciãt quecũqꝫ voluerint: vt vi⸗
demus in diſſolutis religiõibus: terremo⸗
tus: id eſt lites ⁊ cõcuſſiones appellationũ
et tribulationũ in domibꝰ ſuſcitãt vt ad al
ta conſcẽdant: ⁊ ita aliquãdo ꝙ domus ſu
pra ſe inuicẽ cadant ꝓpter diſſenſiones et
diſcordias. Et mirabile eſt modo ꝙ de di⸗
ſciplina religioſoꝝ appellatur ab abbate im
mediate ad curias ſeculares: ita ꝙ modo
nulla penitꝰ eſt diſciplina aut ſubiectio nec
regula obſeruata. Diu eſt ꝙ diabolꝰ eſt in
poſſeſſione taliũ: ⁊ adhuc erit per huiuſmo
di appellatiões. Quicquid ſit ſol nõ tollit
lumen ab aſtris: immo inflammat quantũ
poteſt ⁊ illuſtrat ea: ſic nec iuſtitia ab alijs
tollere debet quod rigoris eſt. Sed ſi forte
hec non fierent: nõ eſſent tot venatores in
curijs illis: nec caperẽtur beſtie rubee ſicut
capiũtur nũc. ¶ Quomodo autẽ ſubiectio⸗
nem iſtam ſibi aſſumpſit dñs declarat tex⸗
tus euãgelij. Nam poſt edictũ factum a Ce
ſare Auguſto aſcendit Joſeph de domo et
familia Dauid cum vxore pregnãte. Non
ſine cauſa dicitur Joſeph de domo ⁊ fami
lia Dauid vt diſcant qui ſunt de magno ge
nere non ſuperbire: quãdo tam ſanctꝰ vir de
tam nobili genere erat ad hoc inductꝰ vt
ſolueret tributũ extraneo: neqꝫ cõfidant in
reditibus/ theſauris/ et prebẽdis: quando
proles tam ſancti viri ſicut Dauid ad hanc
paupertatẽ deuenit: vt etiã non ſolum pro
terra quã tenebat: non pro mercantijs: ſed
et pro perſona redderet tributũ. Olim enĩ
nobiles fuerũt ordinati ad protectionẽ po
puli: ⁊ huius occaſiõe data eſt eis terra no
bilis/ non ſerua: ⁊ ſub ea erat terra ſubdi
torum. Propter quã protectionẽ ſtipendiã
dam ordinatus eſt cenſus quidã ſuper ter
ram ipſorum ſubditorũ: ita vt fieret terra
villana non hoĩes. Sed nunc hoĩes facti
ſunt ſerui per taleas: ita ꝙ primo terra fa
cta eſt ſerua: deinde mercantie per impoſi⸗
tiones. Tertio hoĩes ſerui facti ſunt ꝑ ta⸗
leas. ¶ Secũda mulier eſt munditia ⁊ puri
tas: quã ex conceptu vtero et partu virgi⸗
neo aſſumpſit ſibi vxorem perpetuã. Nam
vt impleti ſunt dies Marie peperit filium
ſuũ primogenitũ. Nõ ſicut Eua q̃ cũ pepit
Cain: ipſe Cain attulit iniq̃tatẽ ex vtero ma
tris: ſꝫ ipſe ex vtero mrĩs inocẽtiã ⁊ purita
tem attulit. Illa q̃dẽ pepit ſine dolore/ ſine
pudore/ ſine corruptiõe. Prĩo ſine dolore:
quod patet. Primo ex eo qḋ canit eccleſia
dicens. Neſciens mater virgo virum pepe
rit ſine dolore ſaluatorẽ ſeculoꝝ. Et ꝓpter
hoc Ambroſius in hymno petit. Oſtende
partum virginis: non dicit conceptũ: quia
conceptus fuit occultus/ nec manifeſtauit
decorẽ ⁊ nobilitatẽ nati ⁊ ꝟginis pariẽtis
ſicut partꝰ. Nõ enĩ deceret alter partꝰ deũ.
Nec enĩ decens fuiſſet vt Maria in dolori
bus peperiſſet: vt nũc cum ea lugeremus:
nec hoc admirandũ eſſet mundo. Secũdo
quia tunc maria maxime letabũda fuit et
gaudẽs: quod non fuiſſet ſi peperiſſet cum
dolore: patet aſſumptum. Primo per illud
Eſa. iij. Germinãs germinabit ſicut lilium
exultabit letabũda ⁊ laudans. Scḋo ſi hu
iuſmodi natiuitas maximũ gaudium chri⸗
ſtianis attulit. iuxta illud angelicũ. Annũ⸗
tio vobis gaudiuꝫ magnũ quod erit omni
populo: quia natus eſt vobis hodie ſalua⸗
tor. Et improportionabiliter maius ſit ſal
uatorem de ſeipſo ꝙ ſibi naſci: ſequitur ꝙ
improportionabiliter maiorẽ gaudij cau⸗
ſam habuit ⁊ magis gauiſa ſit ꝙ ceteri fi⸗
deles. Scḋo improportionaliter maius eſt
naſci ſibi ſaluatorẽ filium q̃ꝫ naſci dñꝫ. Si
beata gens cuius eſt dñs deus eius: mul⸗
to beatior cuius dñs deus filius eius: ſed
beatiſſime ꝟgini naſcitur filius: alijs dñs:
ergo pluſq̃ꝫ alij tũc gauiſa eſt. Tertio dicit
dñs Joã. xiiij. Si diligeretis me: gaudere
tis vtiqꝫ. Dilectio enim eſt immediata gau
dij cauſa: ſed Maria ſumme dilexit filiũ:
tunc ergo ſumme gauiſa eſt. Quarto Ma⸗
ria fuit tunc oĩbus viatoribus ⁊ cõprehen
ſoribꝰ cauſa gaudij ⁊ letitie: ergo tũc plus
habuit gaudij ⁊ letitie. In cuiꝰ figura Sa
ra dicit. Riſum fecit mihi dñs: et oẽs qui
audierĩt corridebũt mihi: quaſi dicat: gau
dium ad me primo pertinet: ſed alijs per
me ⁊ ex conſequẽti. Et ideo vere dicetur ei

F Maria ꝙ peperit chriſtũ ſine dolore: ſine pudore et ſine corruptione.



illud Judith. xiiij. Tu gloria Iſrael: tu leti⸗
tia Hieruſalẽ: tu honorificentia populi no
ſtri. Quinto: quia Eſaie. ix. Letabũtur co⸗
ram te ſicut qui letãtur in meſſe: ſicut exul
tant victores capta preda quãdo diuidunt
ſpolia: vbi tangũtur due cauſe gaudij: ſcilꝫ
meſſorum de fructu/ et victorũ de ſpolijs.
Sed Maria tunc habuit fructum beatiſ⸗
ſimum et victoriam et ſpolia: quando de
faucibus Leuiathã mundum quaſi ſpo⸗
lium eripuit: ergo tunc ſumme gauiſa eſt:
licet ex euãgelio mulier cum parit triſtitiã
habeat. Si enĩ chriſtus membra aliorum
quaſſata et infirma et diſſoluta in melius
reformat ⁊ cõſolidat: quãto magis per vte
rum virginis tranſiens integra ſeruauit
membra que inuiolata reperit. Sexto ſm
Auguſtinũ in epiſtola ad Ephe. exponen⸗
tem illud Pſal. Deus vltionũ libere egit:
quia chriſtꝰ inter omnes ſolus fuit liber a
culpa: ideo libere egit/ in naſcẽdo libere ex
Maria: quod oſtendit Pſal. dicẽs. Et ipſe
tanq̃ꝫ ſponſus procedẽs de thalamo ſuo.
Chriſtus tanq̃ꝫ ſponſus alacer exultans ⁊
totus feſtinus ad ducendã vxorem: id eſt
ad cõiungendã ſibi eccleſiam in ſua natiui
tate ꝓceſſit de virginis vtero quaſi de ſpõ
ſi thalamo: ad quod deſignandũ hora qua
de thalamo proceſſit virgineo: paſtoribus
annuntiatũ eſt gaudium magnum: et can⸗
ticum auditum eſt angelicũ. Et ſi tam exul
tans ꝓceſſerit chriſtus in nuptijs illis ſpi⸗
ritualibus: nõ dubiũ quin thalamũ ſuum:
id eſt virginẽ repleuerit letitia. ¶ Secũdo
peperit ſine pudore. Non enĩ pudor eſt aut
verecundia niſi vbi prefuit peccatũ aut ſe⸗
quela peccati: ſed nihil in hoc partu pecca
ti aut immunditie interfuit: vbi permanſe
runt pudica clauſtra ꝟginea. Ideo ſine pu
dore peperit. Inde eſt ꝙ dñm nõ pudet in
veteri teſtamẽto ſe appellare filium ancil⸗
le illius ſcilicet que dixit. Reſpexit humili
tatem ancille ſue. Et in nouo teſtamento fi
lium hominis: id eſt virginis: contra ſuper
biam noſtram qui iactamus vel fingimus
generis nobilitatẽ: ⁊ quaſi ex parte dignio
ri nos nominamus. Similes mulo de quo
fabuloſe dicitur ꝙ interrogatus a vulpe
cuius generis eſſet: Reſpondit. Sum crea
tura dei. Cui vulpes. Scio me ſicut et te
creatura dei: ſed de genere quero. Mulus
autem pudens dicere ſe eſſe filium aſine: re
miniſcens equum nobileꝫ qui patris eius
attauus fuerat: reſpondit. Nepos ſum il⸗
lius regij equi. Sic et nos interrogati de
noſtro genere: ſtatim in prõptu habemus
magis dignum in ore. ¶ Tertio peperit ſi⸗
ne carnis corruptiõe. Sicut enim aer ſine
corruptione attrahitur: ſine pondere reti⸗
netur: et ſine dolore emittitur: ſic chriſtus
ſine corruptione conceptus eſt: ſine ponde
ris grauamine geſtatus in vtero: ⁊ ſine ma
tris dolore ex vtero egreſſus. Secũdo poſ⸗
ſet dari exemplũ de luce: quia ſi lumẽ crea⸗
tum tranſiens vitrum non ſolum lumẽ per
vitrum emittit: ſed ⁊ ſpecies colorum ſenſi
biles vitri per quod tranſit ſecum portat:
et oculis intuentiũ oſtendit ſine vitri cor⸗
ruptione: cur non lumen increatũ. de quo
Joãnis. viij. Ego ſum lux mundi trãſiens
per virgineum corpus: non ſolum diuini⸗
tatis claritate ſed etiam ſenſibilem huma
nitatem per vitrum emittens in virgineũ
corpus ſine ſue virginitatis detrimento.
Cui conſonat ſcriptura Eſa. lxij. Egredia⸗
tur vt ſplendor iuſtus eius: ⁊ ſaluator eius
vt lampas accendatur: id eſt qui ab eterno
egreſſus eſt a patre: ex tẽpore egrediatur
a matre vt ſplendor per vitrum: ⁊ ſaluator
vt lampas accẽdatur: quia ſicut in lampa⸗
de accenſa eſt natura vitri/ olei: et luminis
ad aliorũ illuminationẽ: ſic in illo fuit na⸗
tura corporis et anime et lux diuinitatis
ad omniũ quantũ in eo eſt illuminationẽ:
quia erat lux vera que illuminat omnẽ ho
minem. Hec autem mulier precedentẽ ſub
ſequitur: ſcilicet ſubiectionẽ: quia cõmuni
ter qui in ſubiectione ⁊ obedientia verſan
tur: puriores ſunt ꝙ qui regimen habent.
Plures ei occaſiões mũdi hñt q̃ alios ſuſtẽ
tãt ꝙ q̃ ſuſtẽtantur: ⁊ q̃ in alto ſunt ꝙ qui
in imo. ¶ Tertia mulier eſt amor ſeu chari⸗
tas. Legitur enĩ ꝙ Maria pãnis eum in⸗
uoluit ⁊ brachia ſacra religauit. Et ſi que⸗
reretur quõ Maria hoc potuit: cum ipſe
eſſet gemine gigas ſubſtantie: deus cuius
poteſtati reſiſtere nemo poteſt: certe nihil
aliud detinebat eũ: aut ligari permiſit ꝙ
amor. Nihil enĩ ei reſiſtere poteſt ꝙ amor.
Amor enĩ erat eius vxor inter ceteras ma⸗
gis dilecta: ⁊ q̃ eum magis regebat: q: oĩa
quecũqꝫ voluit faciebat. Amor enĩ eũ pri⸗
mo ſaltare fecit de celis in terram: propter
amicã ſuam naturã humanã. Canti. ij. En
iſte venit ſaliẽs in mõtibꝰ trãſiliẽs colles. i.
angelos ⁊ demones ⁊ apprehẽdẽs naturã

B Natiuitas chriſti.

Amor fuit cã natiuitatis domini.

Universidad de Deusto Biblioteca



noſtrā fugientem: vſqꝫ ad vallem miſerie
noſtre tranſiliuit. Erat eñi auis volās vſqꝫ
ad cadauera. de qua pſ. Aſcendit ſup che
rub...ꝛ volauit: volauit ſup pennas ven⸗
toꝝ. Sicut aūt auis cōcupiſcentia cadaue
ris ducta deſcendit ad terrā: ſic dñs vidēs
naturā humanā totā pctis fetentē: vt eaꝫ
ſibi p amorem incorporaret/in vterū virgi
nis deſcēdit. Sed modo pauci ſunt ꝗ vel⸗
lent facere vnū ſaltū pro eo qui pro nobis
tot fecit ſaltus. ..de celo in vterū virginis
ꝛ de vtero in mu..ū: ꝛ de mūdo in crucē:
ꝛ de cruce in infernū: ꝛ ab inferno in celū.
Similes illis de quibꝰ dicit ꝙ erat quidaꝫ ꝗ
de ſua vxore narrabat quō tenerrime dili⸗
geret eum: ꝛ ꝙ nihil volebat quin in prō⸗
ptu faceret: ſed vicinꝰ eius ſubridens va⸗
diauit ꝙ vnū ſaltū pro eo non faceret. At
ille aggrediens vxorem nūqꝫ obtinere po
tuit: vt vl' modicū p eo ſaltū faceret: dicēte
illa virū ſuū velle illudere ei. Sic nec nos
pro quacūqꝫ dilectione dei nobis oſtenſa
aliquid pro eo volumꝰ facere: neqꝫ a pctis
noſtris abſtinere: neqꝫ extra ea ſalire. Se⸗
cūdo nō ſolū amor fecit eū ſaltare: ſꝫ etiaꝫ
naturā humanā oſcula iam diu querentē.
ſm illud Canti. v. Oſculet me oſculo oris
ſui: qñ vinculo amoris vnitꝰ eſt dñs huma
nitati: adeo vt ſicut aer receptus in ſtoma
cho pp̄ter raritatem eius inuiſibilis: tan⸗
dem pp̄ter calorem ingroſſatꝰ reiectus ap
paret quodāmodo viſibilis: ſic dñs inuiſi⸗
bilis p naturā/attractus p amorem in vē
tre virginis apparuit ingroſſatus ꝛ viſi⸗
bilis. Hoc autem fecit amoris calor. Ter⸗
tio ligauit eum amor. Quis enim Samſo
nem fortiſſimum ligare potuit niſi amor?
Quis leonem de tribu iuda ſuperauit niſi
amor? Certe zelus dñi exercituū fecit hoc.
Funes eñi ꝛ ligamina nō eū detinebāt ſed
amor. Amor eñi in frigore eū calefaciebat
amor omnia difficilia portare/vulnerari/
ꝛ mori faciebat. Et pp̄ter nimiā charitatē
qua dilexit nos: tradidit ſemetipm pro no
bis: immo ꝛ ſeipm p nobis dedit ꝛ diſtri⸗
buit. Quid ergo retribuā dño pro oībus:
id eſt pro amore quem retribuit mihi? Cer
te Canti. viij. ſi dederit homo omnem ſub⸗
ſtantiam pro dilectione: quaſi nihil deſpi⸗
ciet eam.

¶ Sermo quartus pomeridianus
eiuſdem diei. ꝛ in ordine. xl. per the
ma precedens.

SEcundum iura re⸗
gnū elongatū ꝛ pditū quantū
ad ſucceſſionem pp̄ter gñis di⸗
ſtantiā/recuperat p matrimo⸗
niū cōtractū inter pſonā diſtantem ꝛ legi
timū heredem talis regni. Natura hūana
ſm aīam eſt de gñe dei. Actuū. xiiij. Dei ei
genus ſumus: ſicut quidā veſtroꝝ poeta⸗
rum dixerunt: p pctm tñ multū ſe elonga⸗
uit a deo ꝛ hereditate eiꝰ. pſ. Longe a pec
catoribus ſalus. Que ꝙdiu ſtetit in recta
linea deſcendente a ſtipite dei: ſcꝫ in verita
te vite que eſt linea recta: capax erat regni
illius: ſicut illi qui ſunt in recta linea rega
li. Sed homo obliquauit a veritate vite: ꝛ
adhuc quotidie declinat. Exēplo viatoris
qui cōſiderans viā rectā durā eſſe ꝛ aſperā
videns iuxta ſe mollem ꝛ delectabilem p
prata florida ꝛ amena/declinat a via recta
ingrediens aliā viā: ꝛ dum credit ptinge⸗
re ad terminū inuenit paſſum arctū ꝛ dif⸗
ficilem: quem putans trāſire precipitat in
foueā vel lutū. Sic multi: qꝛ via celi dura
eſt ꝛ aſpera. Seneca. Nō eſt ad aſtra mol⸗
lis e terris via. pſ. Propter vba labiorum
tuoꝝ ego cuſtodiui vias duras. Declinant
ad delectabilia ꝛ voluptates mūdi: ꝛ cum
finaliter intendūt ſe reducere ad viā rectā
iuſto dei iudicio accidit eis ſubito paſſus
mortis arctus ꝛ difficilis: in quo dum cre⸗
dunt redire ad deū ſubito cadunt in infer
num. Job. xxj. Gaudent ad ſonitū organi
ducūt in bonis dies ſuos: ꝛ in puncto ad
inferna deſcendūt. Qđ videns filiꝰ dei ma
trimoniū inter ſe ꝛ naturā humanā pfecit
in virginis vtero. Unde canit hodie eccl'ia
Tanqꝫ ſponſus dñs pcedens de thalamo
ſuo. Et p hunc modū hodie recuperatum
eſt celeſte regnuꝫ. Propter qđ hodie canit
eccleſia. Hodie rex celorū de virgine naſci
dignatus eſt: vt hoīem pditū ad regna ce
leſtia reuocaret. He nuptie facte ſunt ī tha
lamo virginis: in ſacrario ſpūs ſancti. ꝛ ca
pellanus ꝗ hanc fecit coniunctionem fuit
ſpūs ſctūs: ꝛ celebratū fuit feſtū earū ma
xime in celo ab angelis: iuxta illud cātícū.
Gl'ia in excelſis deo. Reliquie harum nu
ptiarū miſſe ſunt in terra: ꝛ ideo dꝛ. Et in
terra pax hoībꝰ bone volūtatis. Illius eñi
cōiugij reliquie fuerūt pax. Fumꝰ harū re
liquiaꝝ penetrauit ꝛ deſcēdit vſqꝫ ad po⸗
ſitos in limbo. Eſa. ix. Habitātibꝰ in regio



ne vmbre mortis lux orta eſt eis. Nos ergo
tāqꝫ nuptiales cū veſtibus nuptialiū virtu
tū quas hodie ſumpſimus/ad thalamū ip⸗
ſum pgrediamur: ſi forte de reliquijs per⸗
cipiamus: vel ſaltē fumus ꝛ odor ad nares
anime noſtre perueniat: ſalutādo Mariā.
¶ Queritur quō dñs tot ſibi aſſumpſit mu
lieres p vno die: an diligeret tantū mulie⸗
res vt tot ſibi acciperet? Nōne mulieres de
hoc iuſte cōquerent? Nam ꝛ legit in geſtis
Romanorū ꝙ tp̄e Pōpilionis mulieres in
ſenatu petierūt audiri: ne vir vnus plures
haberet vxores. Reſpondetur ꝙ ex ſcriptu
ris ſacris tribꝰ modis legimus quoſdā ha⸗
buiſſe plures vxores. Primo pp̄ter concu⸗
piſcentiā fouendā ꝛ adimplendā: vt Tubal
Cain/ſeu Lamech. Gen̄. iiij. Sꝫ hodie dñs
non pp̄ter carnales cōcupiſcētias/ſed ma
gis eis oppoſitas: vtutes oēs ſimul aſſum
pſit que a primo parēte Adam fugate erāt:
vt diſceret generatio altera ſpūalis ſcꝫ chri
ſtianorū: nō ſequi carnales concupiſcētias
ſed magis ſpūales. de quibꝰ Sap. vj. Con⸗
cupiſcētia ſapiētie deducit ad regnū perpe
tuū. Scđo modo ad multiplicādum prolē
deo ſeruientē. Et hoc modo habuerunt plu
res vxores ſancti patriarche Abraā Jacob
Judas ꝛ Moyſes: vt oſtēdit Guil. Pariſ.
Ante illos plurimi producebant fetus: ſed
ſicut glādes producūtur porcis. Produce⸗
bant eñi prolem quā in demoniorū ſacrifi⸗
cijs nutriebāt ꝛ deuouebāt: ideo porcis in⸗
ferni reſeruabat. Propterea dñs hodie plu
res ſibi vxores aſſumpſit. i. plures vtutes:
vt prolē ſpūalem multiplicaret in terra: ita
vt vna illarū ſcꝫ miſericordia tot fecerit fru
ctus vt teſtimonio beate vginis miſericor⸗
dia eius a pgenie vna ſcꝫ Judeorū: in qua
paucā prolē multiplicauit/trāſierit in pge
nies gentiū: in ꝗbus maxime pgenies ꝛ ge
nerat iōes in chriſto genite ſunt. Tertio cau
ſa pacis in regno ſeruāde fiūt matrimonia
Per multarū eñi filiarū matrimoniū con⸗
trahit multorū fedus: et hoc modo plures
duxerūt vxores Dauid ꝛ Salomō. Sic do
minus vt pacē reformaret inter deū patrē
et genꝰ humanū/multas vxores deo placē
tes. i. virtutes ſibi aſſumpſit: vt inde pare⸗
ret nouam creaturā. Propterea eñi qꝛ odio
habet iniquitatē/ꝛ ad iniquitatē reſpicere
non pōt: ideo ſibi aſſumpſit puritatē ꝛ mū
ditiā: vt filios munditie pcrearet. Si ergo
he mulieres ita fecunde facte ſunt: et pauci

B Pluralitas vxorū. Multis modis contingit hēre pluralitatem vxorū.

erāt fetus diuinitatis cultores: non mirū ſi
apprehēdit ꝛ deſpōſauit iſtas ſeptē mulie⸗
res: vt ſic etiā mulieres ille deſponſarēt eū:
ſm thema preaſſumptū. Apprehēdent ſe⸗
ptem ꝛc. ¶ Reſtat nūc conſequēter loqui de
quatuor alijs mulieribus. i. virtutibus que
dñm Jeſum apprehenderunt: ꝛ quas dñs
ipſe apprehendit ꝛ ſibi ſociauit. ¶ Quarta
igit mulier in ordine eſt ſancta paupertas.
Unde dꝛ ꝙ mater eius reclinauit eū in pre
ſepio: quia nō erat ei locu.. in diuerſorio. O
magna paupertas: nō ſo... non habuit do⸗
mū propriā/ſed nec in c..muni diuerſorio
aīalibus ꝛ alijs repleto potuit habere locū
ſed corā aīalibus ꝛ poſt aīalia habuit locū
arctiſſimū. Ubi nūc delicie mūdi: vbi vani⸗
tates ſeculi: vbi ſuperfluitates ꝛ carnis de⸗
lectationes? Certe vno exēplo oīa dñs dam
nat. Anſelmus. Tu dñe vniuerſorū qui nul
lam habes indigentiā: inter ipſa tue natiui
tatis initia nō horruiſti abiectiſſime paup⸗
tatis deguſtare incōmoda: ſed in vili preſe⸗
pio ſordētis ſtabuli tu ꝗ terrā palmo cōclu
dis inuolutus pāniculis reclinatꝰ es. ꝛ hoc
ipm ab aīalibus mutuo tua mater accepit
Ex hoc videri debet mirabile ꝙ paupertas
ita ab oībus deijcit qñ a dño ita apprecia⸗
tur: ꝛ ꝙ reputet immūda: cū tamē oīs mū
ditie ſit cauſa: ꝛ per eā abijciātur oīa ſterco
ra mūdi. Reputat grauis ad portādum: et
tamen facit hoīem expeditū ad natandū p
mare huiꝰ ſeculi ad glorie portū. Reputat
tertio importuna ꝛ male gratioſa: ita ꝙ in
palatio regis oēs litigant ad propellendū
eā. Si eas ad forū: videbis ibi mercatores
oēs ad ventū ꝛ pluuiā ꝛ innumera pati vt
eā a ſe repellant. Immo illi qui eā deſpōſa
uerūt reputāt tedioſam: vt in clauſtro reli⸗
gioſorū qui eā repudiāt ꝛ inducūt pprieta
tem: ꝛ tñ nihil eſt magis quietās animū ꝙ
paupertas. Nō eñi oportet pro ea defendē
da aduocatos cōducere: nec tribunalia con
ſcēdere p defenſione eius: nec conſulere le⸗
giſperitos: nec gētes armare p ea tutāda.
Sicut eñi oſſa denudata carnibus pacē ha
bent cū canibꝰ: ſic paupertas cum mūdiali⸗
bus. Et adhuc hec dña habet ſecū ancillam
ſuā ſecuritatē. Nihil eñi timet pauper. Ho⸗
ratiꝰ. Cātabit vacuus corā latrone viator.
Et maxime ea diligēda eſt ꝛ apprecīāda: cū
dñs eā ita appreciauerit: vt ait apl's. Cū di
ues eſſet/factꝰ eſt pauper: vt illiꝰ inopia di
uites eſſemus. Cū eñi (vt Bern̄. ait) oīa in

C Natiuitas chriſti. De paupertate chriſti multiplici in natiuitate: et de laude paupertatis.

celis eſſent ⁊ inuenirẽtur in eis abũdanter
diuitie: hoc tñ deficiebat ꝙ paupertas ibi
nõ erat. Ideo allectus dñs ei⁹ bonitate con
ſider[illegible] ꝙ filij hoim eã dedignabãtur ĩ pro
rẽ accipere: eã ſibi deſpõſauit: ⁊ vſqꝫ in finẽ
vite eam fideliter aſſociauit: ⁊ ſua eſtima-
tione fecit precioſam. Ita vt penſare poſſis
hodie eius paupertatẽ ex quatuor. Primo
paupertatẽ eius deſcribit hodie euãgeliſta
ex veſte. Nã inuoluit eũ mater panniculis.
Ubi reprehen[illegible] elati q̃ preter ſtatũ ſuũ
veſtib⁹ magni p[illegible] induũtur. Oĩs em̃ ve-
ſtis precioſa quer[illegible]ur aut ad paſcendũ ocu
los: aut ad operimẽtum nuditatis: ſed pro
operimẽto nuditatis ita bene indueref hõ
ſcarleto Aruernie ſicut ſcarleto ſancti Mar
celli. vñ Bern. Magna abuſio ⁊ magna ni
mis: vt diues velit fieri vermiculus vilis:
ꝓ quo pauper fieri voluit dñs maieſtatis.
Scd̃o fuit lecti paupertas maior: cũ dicif.
Reclinauit eũ in preſepio: non in reclinato-
rio aureo: qd̃ fuit magna vilitas ⁊ pauper
tas. Nam preſepiũ non debet eſſe locus vel
lectus hoim/ſed iumẽtorũ. In quo dãnaf
põpoſitas lectorũ ⁊ voluptas: cõtra ſuper-
bos/auaros ⁊ luxurioſos. Ubi nũc ſunt ſu
perbi: in lectis eburneis ⁊ paratis. Audi o
ſupbe Bern. ſup illo Jo. xiij. Nõ eſt ſeruus
maior dño ſuo dicẽtem ⁊ improperantẽ ti-
bi. Magiſter tuus pãnoſus: ⁊ tu purpure⁹.
magiſter tuus in preſepio: ⁊ tu ĩ lecto ebur
neo. magiſter tuus ĩ miſerijs: ⁊ tu ĩ delicijs
magiſter tuus venit miniſtrare: ⁊ tu vis ti-
bi miniſtrari. Hic etiã condẽnãtur auari in
ampliatione domorũ ⁊ poſſeſſionum: quos
antea damnauerat Eſaias. v. Ue qui cõiun
gitis domũ ad domũ: ⁊ agrum agro copu-
latis. Nũquid habitabitis vos ſoli ĩ medio
terre? Ubi etiã ſunt luxurioſi: in delicijs le-
ctorũ in q̃bus volutãtur ad modũ porcoꝝ.
Cõtra quos Amos. v. Ue vobis qui dormi
tis in lectis eburneis: ⁊ laſciuitis in ſtratis
vr̃is. O beatiſſima mater quãta tibi tũc in-
ter immẽſa gaudia erat illa anguſtia: cũ vi
deres oĩm dñm quẽ celi ⁊ terra capere non
pñt/in preſepio inclinatũ. Non eſt ille lect⁹
qui gallice dr̃: de geſine: qui conſtat pro pre
paratione centũ vel quinquaginta francis.
Tertio non ſolũ fuit veſtis vel lecti pauper
tas/ſed etiã domus: q: nõ erat ĩ domo clau
ſa: ſed vndiqꝫ ventis ⁊ tẽpeſtatibus expoſi
ta. Et vere ita decebat: q: tu dñe via es: ideo
in via cõi hoibus ⁊ aĩalibus immorari de-
bebas vt iuſti ⁊ pctõres te facile poſſent in-
uenire. Beda. In diuerſorio naſcif vt in via
qui ait. ego ſum via: vt per eũ ad patriã ve-
ritatis ⁊ vite redeamus. Quarto in vtẽſili-
bus fuit pauptas: q: et ſi in preſepio poſit⁹
eſt: nulla tñ habuit vtenſilia: ſed (vt inquit
Anſelmus) fenũ mutuo ab aĩalib⁹ accepit.
¶ Quita mulier fuit dña miſericordia. Hoc
manifeſte demonſtrãt angelorũ verba. Nã
cũ paſtores eſſent in regione eadẽ apparuit
eis angelus cũ magna luce: ⁊ timuerunt. q̃
dixit eis. Ecce annuntio vobis gaudiũ ma
gnũ: q: nat⁹ eſt vobis hodie ſaluator: q̃ eſt
chriſtus dñs in ciuitate Dauid. Non enim
erat ſalnator niſi per ſuã miſericordiã: quã
ſibi deſpõſauit. Hoc dicit Paulus ad Titũ
iij. Non ex operib⁹ iuſtitie que fecim⁹ nos:
ſed ſm ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit.
Hui⁹ aũt mulieris cõditio eſt ꝙ magis di-
lecta ⁊ deſiderata eſt ab hoibus q̃ꝫ pauper
tas. Hinc ⁊ Dauid clamabat eã deſiderãs.
Ubi ſunt miſericordie tue antique dñe. Se
cũdo mutauit nomẽ mariti dñi ſcꝫ Ieſu: vt
qui prius dicebaf deus vltionũ dñs. i. dñs
exercituũ: nũc vocef miſericors ⁊ miſerator
dñs. pſ. Exortũ eſt in tenebris lumẽ rectis
corde: miſericors ⁊ miſerator ⁊ iuſtus dñs.
Tertio eſt fecũdiſſima teſte Maria: que (vt
predictũ eſt) dicit ꝙ miſericordia ei⁹ a pro-
genie in ꝓgenies. A progenie ſcꝫ Iudeorũ
in ꝓgenies gẽtiliũ: ita ꝙ vbi prius ſolũ gi-
gnebat in Iudea: nũc vbiqꝫ generet dei mi
ſericordia: q: ſm pſ. Miſericordia dñi ple-
na eſt terra. ¶ Sexta mulier eſt humilitas:
qd̃ oſtẽdit angelus. Nã ſubiũgit reſpõdẽs
cuidã tacite queſtioni q̃ ſibi fieri potuiſſet
a paſtorib⁹. Ubi ſcꝫ inueniem⁹ eũ dicẽs ad
illud interſignium humilitatis inuenietis.
Inuenietis em̃ infantẽ pannis inuolutũ et
poſitũ in preſepio. Humilitas quidẽ ſignũ
eſt dñi Ieſu. Et per oppoſitũ ſi in aliquo lo
co videas ſuperbiã ⁊ elationẽ: ſignũ eſt ha-
bitationis diaboli. Hoc em̃ ſignũ qd̃ dedit
angelus: oẽm modũ ſupbie tollit. Nã in tri
bus ſolũ cõſiſtit ſuperbia: ſcꝫ in ſciẽtia/diui
tijs/⁊ poteſtate ſiue honore. Primã ſuper-
biã deſtruxit dñ̃ natus eſt infans. i. non po
tẽs loqui. Secundã dñ̃ natus eſt paup pan
nis inuolut⁹. Tertiã dñ̃ natus eſt in ſtabu-
lo ⁊ inter pedes aĩaliũ repoſitus. Intelligi
te hoc ſignũ humilitatis vos o paſtores: q:
vobis dr̃. Hoc ſignũ inuenietis infantẽ ⁊c.
q̃bus cõceſſum eſt cũ Maria inuoluere eũ-

D Natiui tas chri ſti. De mi ſericor dia que apparuit in natiuitate chriſti.

E Natiui tas chri ſti. [illegible]



dem infantẽ pãnis ⁊ in preſepio altaris re-
clinare. Reſpice hoc ſignuꝫ in te o ſacerdos
ſi mundiciã habeas ⁊ pudicitiã: ⁊ tunc vide
puritatẽ infantis ⁊ cõtremiſce. Ipſe enim
eſt in cuius conſpectu aſtra nõ ſunt mũda.
Uñ ⁊ dicebat Petrus. Exi a me dñe q: ho-
mo pctõr ſum: ſplẽdidus es veſtib⁹ ⁊ equo-
rũ phaleris: ⁊ in ꝑcioſa ſupellectili gloriãs.
Uide pãnis inuolutũ ⁊ cõfundere. Ipe em̃
eſt q̃ veſtit lilia agri: ⁊ qui dicit ꝙ pulchritu
do agri mecũ eſt. Si primos recubit⁹ ⁊ pri-
mas cathedras in cenis ⁊ atria delicioſa et
mollia requiris: vide in preſepio reclinatũ
⁊ erubeſce. Ipſe em̃ eſt ille cui celũ ſedes eſt
⁊ terra ſcabellũ pedũ eius: cui dixit Centu-
rio. Dñe nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ
meũ. Sed heu benedicte puer: nõ eſt q̃ am-
plectaf humilitatẽ tuã. Oẽs abhorrẽt pan
nos tuos: oẽs preſepe tuũ refugiũt: oẽs ad
ſupbie ſigna declinant. Sane dici põt. Bos
cognouit poſſeſſorem ſuũ: ⁊ aſinus preſepe
dñi ſui: Iſrael aũt me non cognouit. Eſa. j.
q: bos. i. viuẽs de opere manuũ ſuarum: ⁊
aſinus. i. ſimplex ⁊ illiteratus cognouerunt
dñm ⁊ preſepe ſuũ: ſed Iſrael. i. literat⁹ me
nõ vult cognoſcere. De talib⁹ ſcriptum eſt.
Turbabunf qui habitãt terminos a ſignis
tuis. Terminos. i. les frõtieres: qui contra
inimicos pugnare die ac nocte debent. Uel
terminos. i. tpalia que finẽ ⁊ principiũ ha-
bẽt. Abhorrent em̃ paupertatẽ/humilitatẽ
et mũditiã: q: poſuerũt ſigna ſua ſcꝫ demo
nes ſicut ĩ exitu. i. ſicut in ſimplicib⁹ qui q̃ſi
ſituãtur in exitu. iuxta illud Luce. xiiij. Ite
in exitus viarũ: ita etiã ſup ſummũ. i. ſuper
maiores: ita vt ſicut ſup ſubditũ ſic ⁊ ſuper
prelatũ. Uñ ꝙ Maria ſub pãnis humilib⁹
inuoluit dñm deſignat ꝙ ſub hũilitate bo-
na oĩa conſeruãtur: ⁊ ideo ſub humilib⁹ pã
nis omne bonũ inuoluit. Hinc Aug. in ſer-
mone de nati. dñi. Abſcõde Maria noui ſo
lis fulgorẽ: inuolue pãnis infantẽ. Nam et
ipſi panni diuitijs oĩbus precioſiores ſunt:
oĩ purpura glorioſiores: deniqꝫ chriſti pau
pertas cũctis opib⁹ cũctiſqꝫ theſauris ante
ponẽda eſt. Hec Aug. O q̃ precioſum fardel
lũ paupertatis ⁊ humilitatis ad portandũ:
in quo inuenif om̃e bonũ inuolutũ. Sicut
em̃ primus Adã de paradiſo eiect⁹ eſt pro-
pter pctm̃: ita Adã ſecũdus de paradiſo de-
ſcẽdit vt aboleret pctm̃. Et ſicut de malitia
primi Ade dictũ eſt deriſorie. Ecce Adã q̃ſi
vnus ex nobis fact⁹ eſt. Ita admirãdo hu-
militatẽ chriſti dicere poſſumus. Ecce Adã
quaſi vn⁹ ex nobis. Et ſicut primus in hãc
miſeriã exijt indutus pelliculis: ita in eadẽ
ſecũdus inuẽtus eſt inuolutus pãn[illegible]culis.
¶ Septima mulier eſt pax cui atteſta[illegible] mul
titudo angelorũ. Nã poſt hoc facta eſt mul
titudo militie celeſtis exercitus laudãtium
deũ ⁊ dicentiũ. Gloria in altiſſimis deo ⁊ in
terra pax hoib⁹ bone volũtatis. Si pax ex-
hibef tãqꝫ ſponſa hoibus bone volũtatis:
quãto magis huic puero [illegible] quo ſemp opti
ma volũtas fuit? Soli e[illegible] boni eã deſpõſa
re pñt: q: nõ eſt pax im[illegible]s dicit dñs. Tria
em̃ piſa vix in vna veſica eſſet pñt quin cla
morẽ faciãt: ſic tres maligni et aſtuti hoĩes
in regno/niſi infinita iurgia commouẽdo.
Hec aũt vxor bene inuenief dũmodo bene
queraf: ſm ꝙ precipit pſ. Inquire pacẽ et
pſequere eã. Sed ꝓpterea vix eã habem⁹:
aut q: pauci eã querere velint: aut q: pau-
ci ſunt hoĩes pacis. Si eſſent tot hoĩes pa-
cis ſicut guerre: bene ageref. Sed nõ eſt in
iſto regno garnitio hoĩm pacis ſed bñ guer
re: q̃ nolũt populi pacẽ: q: nõ plus viuerẽt:
vellẽ ſaltem ꝙ eſſet vna bona lãcea pacis.
Scd̃o ſi velint pacẽ: non tñ querunt modo
quo debẽt: q: querũt manu armata contra
deũ ſcꝫ cũ pctis ſuis. pſ. Non eſt pax oſſib⁹
meis. i. principib⁹ a facie pctõꝝ meoꝝ. Sed
bonis pax erit: q: pſ. Pax multa diligẽtib⁹
legẽ tuã dñe. Et Eſa. lxij. Utinã attẽdiſſes
ad mãdata mea: facta fuiſſet q̃ſi flumẽ pax
tua. Sꝫ dices. Quõ dicis ꝙ pax iſta eſt dif
ficilis ad inueniẽdũ: nõne quotidie p eccle-
ſiã deportaf ⁊ cuilibet offerf? Dicif ꝙ verũ
eſſet ſi non reportaref vnde accipitur. Pax
em̃ dñ̃ accipitur/immediate dimittif et re-
portaf: ⁊ ita ſolũ illa pax oſculatur. Satis
ore pulchra dicim⁹ de pace: ſed man⁹ nõ ac-
cipit eã ſed facit eã reportari. Sꝫ q̃aduſqꝫ
iuſtitie manus eã accipiat nõ ꝑmanebit: q:
iuſtitia ⁊ pax oſculate ſunt. Et Eſaie. xxxij.
Erit opus iuſtitie pax. Et pſ. Orief in dieb⁹
ei⁹ iuſtitia primo. ſequif. Et abũdantia pa-
cis. Uñ querit pſ. Uſqꝫquo pctõres dñe:
vſqꝫquo pctõres gloriabunf. Rñdet. quo-
aduſqꝫ iuſtitia cõuertaf in iudiciũ: ⁊ qui iux
ta illã/oẽs q̃ recto ſunt corde. Preterea il-
la pax q̃ deferf eſt de ligno vel lapide/niſi ĩ
magnis feſtis: q̃ cito frãgif/et pauci precij
eſt: ſed ſi eſſet pax aurea eſſet maioris dura
tionis. Sic illa pax q̃ cõiter offertur nõ eſt
magne duratiõis ⁊ firmitatis. et ſi eſſet de

F Natiui tas chri ſti. De pa ce annũ tiata in natiui- te chri- ſti: ⁊ q̃- modo ſit que- renda.

Universidad de Deusto Biblioteca

auro ita ꝙ hoīes poſſent viuere diuites: ſic
ꝙ illa pax auro ⁊ argēto repleret pauperes
cultores ⁊ mercatores ⁊ artifices: tūc debe
ret fieri magnū feſtū. Sꝫ pax de ligno que
cum arcu ⁊ lācea fit/nullius eſt precij: quia
plus cōſtat ꝙ̄ cōferat: ⁊ pauperes hoīes ꝑ
illā euacuātur. Medici dicunt ꝙ qn̄ homo
nihil cibi recipit: tūc ſtringūtur inteſtina: ⁊
vix aliquid recipiunt vltra. Deus fecit ma-
gnam gratiā pauperibus ꝙ eoꝝ burſa nō
eſt de inteſtinis/ſed de corio: q꞉ diu eſt ꝙ ni
hil aut paucū re[...]oit: in periculo eſſet ꝙ ni
hil poſtea reciper[...]poſſet. Audita hac pace
aurea ꝑ angelos proclamata: ecce paſtores
dicūt adinuicē. Trāſeamus vſqꝫ Bethleē:
et videam⁹ hoc verbū qđ factū eſt qđ dn̄s
oſtendit nobis. Et venerūt feſtinātes. Sed
cur nō venerūt Pilatus/Cayphas/et An-
nas? Reſpondetur q꞉ nolebāt eā. Nā ſemꝑ
piſcatur in aqua turbida: in aqua vero cla
ra vix capiuntur piſces. Sic ꝙ̄diu ſunt liti
gia/diſſenſiones et proceſſus in populo: iu
dices et magiſtratus/quales erāt predicti:
bene piſcātur in burſis populi: nō ſic ſi eēt
pax. Venerunt ergo non illi ſed paſtores: ⁊
inuenerunt dn̄m Jeſum ſeptē iſtis mulieri
bus circūdatum: ſubiectū ſicut ⁊ illi paſto-
res: purū ⁊ innocētē: hoīm amatorē: ſalua
torē: pauperē: humilē ⁊ pacificū. Jta ⁊ nos
diſponamus ad vidēdū eū hic in humilita
te: vt poſtea videre poſſimus in gloria.

¶ De eodem feſto Sermo. v. et in or-
dine. xlj. per thema.

A
Natiuitas chriſti.
Rigorē iuſtitie ꝯuertit deus in dulcedinē mīe i ſua natiuitate

**P**Uer natus eſt no-
bis: ⁊ fili⁹ datus eſt nobis. Eſa.
ix. Ante deſcēſum filij dei ī mū-
dū terribilis erat de⁹ ex magnitudine ſue
potētie ⁊ ſapiētie exercens in hoīes iudicia
terribilia. Pſ. Deus noſter rex magn⁹ ⁊ ter
ribilis ſuꝑ oēs qui in circūitu ei⁹ ſunt. Hoc
patuit in ꝑditione toti⁹ orbis ꝑ diluuiū: in
ſubuerſione quinqꝫ ciuitatū: ⁊ inde timeba
tur nimis. Nūc aūt q꞉ ipſe magnus factus
eſt paruus et humilis in ſua benedicta na-
tiuitate: q꞉ puer natus eſt ⁊ filius datus eſt
nobis. Jdeo ex paruuli conditione fact⁹ eſt
tractabilis ⁊ miſericors. Bernar. Magnus
dn̄s ⁊ laudabilis nimis: fact⁹ eſt paruulus
et amabilis nimis. Prius quidē per terri-
bilia iudicia ei⁹ notus erat in Judea deus:
et in Jſrael magnū nomē eius. Nūc aūt in
chriſtianitate notus eſt deus: et apud eos
humile nomē eius: q꞉ puer nat⁹ eſt nobis:
et filius datus eſt nobis. i. ad noſtrā vtili-
tatē. Dicūt enim doctores ꝙ filiū dari no-
bis eſt ipm paratū eſſe facere ad voluntatē
noſtrā: quicquid ab eo rationabiliter peti-
mus fieri. Sic igitur datus eſt nobis: quia
paratus eſt niſi ex parte noſtra tenuerit: et
ſingulariter in hac ſancta natiuitate ſua.
Q̄diu eīm pullus auis ſtat in nido ⁊ paſci-
tur a matre: nō poteſt volare ſed eſt paruu
lus: ⁊ tūc faciliter pōt accedēs ad nidū pre
dā rapere et pullū accipere/ et ſecū afferre.
Sic filius dei factus paruulus ſm carnē
ſtat hodie nouiter nat⁹ in gremio matris:
que ipſum nobis attulit in nido vteri ſui: ⁊
modo paſcit eū famelicū lacte ſuo virgina-
li: ⁊ inuoluit eū pāniculis: ⁊ offert paruulū
nobis: vt accedamus ad eū ꝓ preda regni
celoꝝ percipiēda. Scribitur enim Gal. iiij.
Heres paruulus eſt. Quia eīm heres regni:
ideo ipſum regnū ab eo habere poſſumus:
ſed q꞉ paruulus/faciliter obtinere. Tum q꞉
modo nec fugere nec volare poteſt ad ſinū
patris in celū: immo tenetur vt nobis ape
riat celū inter brachia matris. Tum ſecūdo
quia experiētia docet ꝙ a paruulo faciliter
habetur quicquid petitur: ita ꝙ pro pomo
daret ſcutū: et ſi ab eo dulciter petatur: me
lius obtinetur. Deus aūt magnus ſm diui
nitatem: hodie apparuit paruulus ſm hu
manitatē. Jdeo hodie ⁊ faciliter ab eo ſcil꞉
pro parua oratione obtinebimus gratiā et
regnū glorie ei⁹. Et hoc maxime petere ha
bemus a matre ſua: q꞉ qn̄ puer ita eſt par-
uulus ꝙ nō loquit/ꝙ̄uis ſit heres et dn̄s:
tn̄ ad matrē ꝓ negotio expediēdo ſit recur
ſus. Heres aūt regni dei ſm eccleſie repſen
tationē paruulus eſt ⁊ non loqtur: ideo ad
matrem eius recurramus dicētes Aue.

B
Natiuitas chriſti.
Facile ē obtinere quod volum⁹ in natiuitate.

¶ Natus eſt puer ſed antiquus dierū: par-
uulus cui⁹ magnitudinis nō eſt finis: ma-
gn⁹ in forma dei: breuis in forma ſerui: nec
breuitas illa magnitudini officit: nec ma-
gnitudo breuitati: quinimmo ſub illa bre-
uitate attingit a fine vſqꝫ ad finē fortiter:
et diſponit oīa ſuauiter. Natus eſt aūt no-
bis nō ſibi nō angelis: q꞉ qui ſtabāt nō in-
digebāt: qui ceciderāt irreparabiles erant.
Et boni angeli q̄ eū magnū habebant/par
uulū nō requirebāt: et ideo nobis natus ⁊
nobis datus: q꞉ nobis neceſſarius. ſicut vi-
detur bene intellexiſſe ꝓpheta dicēs in ver
bis thematis pāſſumpti. Puer nat⁹ eſt ⁊c.



¶ Circa thema noſtrū dicemus primo qua-
re deus factus eſt puer. Secūdo ad qđ da-
tus eſt nobis iſte puer. Tertio vn̄ ⁊ ex qua
radice proceſſit ꝙ ſic puer iſte natus eſt no-
bis. Quarto qualiter nutriendus eſt puer
iſte qui tā ſingulariter datus eſt nobis. De
duobus primis dicet hoc ſermone matuti-
no. De reliquis ſcđo ſermone pomeridiano.

C
Natiuitas chriſti.
Quare deus factus eſt puer ꝑuulus.

¶ Ad primū dicitur ꝙ factus eſt de⁹ puer
paruulus. Primo ne peccatores in ꝑncipio
terreret: ſed ſe facile condonantē ⁊ quaſi ꝓ
nihilo placandum oſtenderet. Ante eīm in-
carnationem dicebat peccator ei. Geneſ. iij
Audiui vocem tuā ⁊ timui ⁊ abſcondi me.
Sed poſt incarnationem pro pomo ad mo
dū pueri poteſt placari: qui pro pomo pri⁹
offenſus fuit. Hanc eīm legem ſcꝫ facile cō-
donare retinet ſibi iſte puer. iuxta illud qđ
dicit Ezechiel. xviij. Quacumqꝫ hora inge-
muerit peccator: vita viuet ⁊ nō morietur.
De hoc eīm puero dicitur Matthei. xij. ⁊ ſu
mitur de Eſaia. xlij. Ecce puer meus quem
elegi: dilectus meus in quo bene cōplacuit
anime mee. Et ſequitur. Non contendet ad
modū mali ⁊ ſeueri iudicis neqꝫ clamabit.
Unde recitatur ex libro de dono pietatꝭ de
quadam moniali publica meretrice: q̄ poſt
multos annos redijt ad locum ſuum. Que
cogitās ad dei iudicia: ⁊ ad mala que geſſe
rat: ⁊ ad mala etiā que pro ea chriſtus paſ-
ſus erat/deſperabat. Continuo cōſiderauit
in nocte natalis infantiā ſaluatoris: ⁊ ī no-
mine pueri cito pacaturi petijt et obtinuit
veniā: voce pueri quē tenebat virgo mater
in vlnis ſm eccleſie repreſentationē: dicen-
tis ſibi dimiſſa eſſe oīno ſibi peccata. Hoc
etiā apparet exēplo Marie Egyptiace pec
catricis: que in deſerto exiſtens in tentatio
nibus vehemētibus quas patiebatur: ⁊ in
orationib⁹ ſuis ſemper habebat pre oculis
puerū illius imaginis beate virginis: ⁊ ip-
ſam per quā fuerat conuerſa. Eſt eīm puer
paruulus ad modū ſpeculi: quod ſe confor-
mat offerēti vel obiecto vel rei preſentate:
quia ſi ſe offerēs ſibi faciat pulchrū vultum
vel arrideat: ⁊ ſpeculū ſimiliter faciet. Sic
de paruulo chriſto nato. Si enim volumus
habere gratiā eius: oportet ei facere bonū
vultum ⁊ letū per bonam voluntatē ⁊ pro-
poſitum firmū perſeuerandi in bonis ope-
ribus: ⁊ tunc ſpeculū diuine maieſtatis fa-
ciet nobis pulchrum vultum. Et ſi inuenia
mus eū aut ſentiamus aliqualiter diffici-
lem/recurrendū eſt ad matrē eius Mariā:
quia per eā cito placabitur. Non eīm eſt ali-
qua perſona que ita faciliter poſſit placare
puerum turbatum/ſicut mater eiu[s] vel nu
trix. Sic nō eſt aliquis in celo ⁊ in terra qui
ita faciliter poſſit iſtum puerū iratū ⁊ offen
ſum placare/ſicut mater ei⁹ que ipſum nu-
triuit ⁊ portauit. Figurata Judicū. xvj. per
Dalilam que Samſonem fortem fecit ob-
dormire in ſinu ſuo: et poſtea reddidit eum
debilem. Sic iſta fecit m[...]em mēſibus ob-
dormire filiū dei in ven[tr]e ſuo: et modo in
gremio: ⁊ de deo coop[er]ata eſt vt fieret ho
mo: ⁊ de fortiſſimo ſic debilis ꝙ nec ire nec
loqui poteſt ſm naturam: nec loquitur nec
vadit/niſi portet eū. Ante incarnationem
eīm durus erat deus populo ſuo: ita ꝙ ira-
tus omne genus humanū trudebat in in-
fernū. Jnde queritur Job in perſona gene-
ris humani. Job. xxx. Mutatus es mihi in
crudelem: ⁊ in duritia manus tue aduerſa-
ris mihi. Sed Maria ita emolliuit eum et
placauit: vt immediate canerent angeli. Et
in terra pax hominibus bone voluntatis.
Jdeo hodie peccatores habent ab infante
querere miſericordiā: ⁊ dicere illud pſ. Viā
iniquitatis amoue a me: tu ſcꝫ qui ſolus de
lere potes iniquitates: ⁊ de lege tua ſcꝫ quā
retinuiſti tibi de facile condonando: miſere
re mei. ¶ Secunda ratio vt facilius cū ipſo
negotiari poſſemus. Ante enim incarnatio
nem nullus poterat facere bonū forum cū
deo: quia quantūcumqꝫ darent/non pote-
rant emere paradiſum: vt patet in Joanne
baptiſta ⁊ multis alijs/qui etiam deſcēde-
rūt in infernum. Sed poſtqꝫ fact⁹ eſt puer/
optimū forum poſſumus facere cū eo: ⁊ eū
quaſi puerū decipere. Quaſi eīm pro nihilo
modo dat regnum celorum. pſ. Pro nihilo
ſaluos facies illos. Et vere pro nihilo. Reci
pit eīm monetam que nihil valet: imo omni
no dānoſa eſt nobis: q꞉ falſa: immo ſi capti
eſſemus cū illa/bulliremus in caldaria in-
ferni ſicut falſi monetarij. Jlla eīm eſt pro-
pria peccata noſtra. de q̄bus Johel. ij. Pre
ſtabilis eſt ſuper malitia. Super peius va-
diū quod ſit in domo conſcientie noſtre: cō
cedit regnum eternū. Sicut enim pater vo
lens filiū aliquid habere de ſuo: vēdit ei ſe-
mipretio ⁊ dimittit quaſi ſe decipi a filio: ſic
pater noſter volens nos habere regnū: im-
mo rogans nos vt emamus/quaſi permit
tit ſe decipi a nobis: ꝓ nihilo illud vendēs.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



Propter qđ dicebat Dauid loquēs deo pa-
tri. Da imperium puero tuo.q.d. Tu nimis
bene ſcis quantū valēt tua:propter qđ nō
poſſum bene tecū bonū forū facere. Tu em̄
extendis celū ſicut pellem.i.ad modū pelli-
parij extendētis ⁊ cōmendātis ſuum pelli-
ciū. Sed da imperiū puero tuo: vt ſcꝫ cū eo
faciliter negotiari poſſim:⁊ ſic ſaluū fac fi-
lium ancille tue.i.eccleſie. Et ideo nunc bo-
num eſt emere/ꝗꝫdiu denariate ſunt in ma
nu pueri:⁊ ꝗꝫdiu durat moneta ſcꝫ peniten
tie:que cadet in morte. Noli expectare tem-
pus illud in quo erit maxima etiam gutte
aque cariſtia: vt patet de diuite Luce.xvj.
¶ Tertia ratio. Factꝰ eſt dn̄s omniū puer:
vt condēnaret ⁊ humiliaret fatuā preſum-
ptionē ⁊ ſuperbiā mundanā. Licet em̄ ſciat
homo ꝙ in futurū exponet̄ vermibus ⁊ pu
tredini:⁊ ꝙ in hac vita vix aliud recipiet ꝓ
oībus laboribus ſuis ꝗꝫ languorē/dolorē/
pudorē/afflictiones/infirmitates/infortu-
nia abſqꝫ numero: nihilominꝰ inde ſupbit
cadauer vermiculoſum ⁊ ſaccus plenus fi-
mo. Et ſi hec non ſufficiant ad tui humilia-
tionem/reſpice regem tuū/deum tuū/dn̄m
tuū quaſi infantē humiliatuꝫ:quem totus
mūdus capere non pōt intra clauſtra virgi
nalis vteri clauſum. Reſpice inqꝫ dominū
et creatorē tuū in ſimilitudine vnius pueri
vagiētis cubātis in preſepio: ſociatū a be-
ſtijs ⁊ vna ſola puella virgine ⁊ vno hoīe:
ita vt aula dei tui ſit ſtabulū:thalamꝰ preſe
piū:cantus ipſi vagitus pueriles:laterales
ſui cuſtodes/bos ⁊ aſinus: curie frequētia
Joſeph et Maria. In quo igit̄ ſuperbis o
ſtulta pſumptio? An de tua potētia an no
bilitate:q̄ facit vt tibi videant̄ alij non eſſe
hoīes ſicut tu? Reſpice regem regū miſeria
ſeruitute oppreſſum:quādo cogitur venire
ad reddēdum ſeruitutis tributū. Et dic ibi
ſi vis:quō aſcendit Joſeph de Nazareth et
de edicto ⁊c. Si inqꝫ gl'iaris et eleuaris ꝓ-
pter veſtes/paramenta ⁊ ornamenta:vt ea
cū ſumptibꝰ magnis ⁊ forte alienis tibi pa
res:reſpice oīpotentē deum ꝓpter te nudū
et poſtmodū a paupere matre vilibꝰ panni
culis inuolutū:et ſicut oīpotētem deorſum
inclinatū. Si etiā propter ſapientiā tuā ſu
perbias reſpice illū cuius ſapientie non eſt
numerus nullū verbū dicētem quaſi igno-
rantē. Si de bonitate vel ſanctitate tua ex-
altaris:ecce ſanctus ſctōꝝ reputat̄ inter be
ſtias. Si vnū tale exemplū/vnū tale ſpecu-
lū/vna talis medicina non ſanet cor huma
nū ab infirmitate ſupbie:neſcio quid aliud
ſanare poterit. Jō ſicut dicit Apl's.j.Cor.
j. Nō glorietur in cōſpectu eiꝰ oīs caro ſed
eius exemplo humilietur. de quo idē Apl's
Phil.ij. Humiliauit ſemetipm formā ſerui
accipiēs:habitu inuētus vt homo. ¶ Quar
ta ratio. Factꝰ eſt puer vt facto pdicaret cō
tra errores mūdanos. Ante em̄ natiuitatē
chriſti mūdus in ſua ſchola laudabat oēm
cōplacentiā in diuitijs/delicijs ⁊ honoribꝰ:
⁊ adhuc iſtud mūdani predicāt. Nunc autē
deꝰ ſapiētiſſimus ecōtrario in ſchola ſua ce
pit docere. Nā puer factꝰ eſt nudus:vt diui
tias doceret contēnere. Nō em̄ puer multū
eas appreciari ſolet. Propterea nō confun-
dat̄ pauper de ſua paupertate qn̄ rex glorie
eā ſibi dignatꝰ eſt aſſumere ſponſam:vt ab
initio natiuitatis ſue filiꝰ hoīs nō haberet
vbi reclinaret caput ſuū:etiā nec in morte.
Sed ⁊ honores paruipēdit:qn̄ magnꝰ dn̄s
⁊ laudabilis nimis:rex magnus ⁊ excelſus
ſup omnē terrā:factus eſt paruulus cōtem
ptus ⁊ contēptibilis/⁊ in contēptibili loco
natꝰ. Non ergo reputēt mūdani illud ſum-
mū bonū:qn̄ rex eternus in hūc mundū ve
niēs eos paruifacit:⁊ ſuo exēplo dānat. De
licias etiā abhorruit:qn̄ natus infans feno
loco puluinarū incubuit. Nō igit̄ in his ſi-
bi cōplaceat homo ſeruꝰ chriſti/homo redē
ptus a dn̄o:ſed magis in infantia ſui ſalua
toris. Ex eo em̄ maius cōmodū reportabit
ſi ſit ſicut paruulus iſte: ꝗꝫ ſi fuerit magnꝰ
quēadmodū primꝰ angelus. Prīo ſi ſis par
uulus ⁊ hūilis/nō inflatus:vocatus eris a
puulo chriſto/q: ſolos puulos vocat. Pro-
uer.ix. Si q̄s eſt paruulus/veniat ad me:⁊
impediētes ne veniant/ꝓhibet. Mat.xix.
Sinite paruulos venire ad me. Scđo i cu-
ſtodia eiꝰ pmanebis.pſ. Cuſtodiēs puulos
dn̄s: humiliatꝰ ſum ⁊ liberauit me. Tertio
erudit ⁊ inſtruit eos.q: pſ. Declaratio ſer-
monū tuoꝝ illuminat:⁊ intellectū dat par-
uulis. Et alibi. Teſtimoniū dn̄i fidele ſapiē
tiā preſtās puulis. Jnde Mat.xj. Abſcōdi
ſti hec a ſapiētibꝰ ⁊ prudētibꝰ:⁊ reuelaſti ea
paruulis. Quarto ꝓmouet eos ad regnū ⁊
ad ſui ſocietatē. Propter qđ his q̄ nō ſunt
puuli cōminat̄ dicēs Mat.xviij. Niſi q̄s hu
miliauerit ſe ſicut puulus iſte:nō intrabit i
regnū celoꝝ. Vn̄ ⁊ Saul a regno deiectꝰ eſt
ꝗcito deſeruit paruitatē iſtā. Ei em̄ dictū
eſt.j.Re.xv. Nōne cū paruulus eſſes i ocu-

D
Humilitas.
Hūiles multa cōmoda cōſequūtur a chriſto.



lis tuis:caput ī tribubꝰ Jſrael factꝰ es. Sic
igit̄ cōſentiamꝰ ꝓpter noſtrā vtilitatē eſſe
puulos ſicut chriſtꝰ. Sufficit em̄ ſeruo ſi ſit
ſicut dn̄s eiꝰ. Jo.xiij. ¶ Ad ſcđo queſitū dr̄
ꝙ q̄druplicitér ⁊ ad q̄tuor datus eſt nobis
puer iſte. Primo q̄dē datꝰ eſt nobis in ſociū
et ductorē ad cōducēdum nos tāqꝫ cecos p
vias huiꝰ ſeculi:ſicut ſolet dari ceco puer ꝓ
ductore. Genꝰ humanū cecatū eſt p pctm̄.
Nec mirū:q: vulgo dr̄. Qui bonum videt ⁊
malū accipit:mala gutta eruat ſibi oculū.
Homo ꝓpoſito ſibi ligno vite ⁊ ꝓhibito li
gno ſciētie:lignū bonū vite nō tetigit: ⁊ li-
gnū ſciētie ſibi malum guſtauit.ideo ei de-
buit dici ꝙ mala gutta erueret ſibi oculuꝫ.
Hoc eſt primū qđ facit diabolus ſcꝫ exceca
re hoīem vt pronus ſit ad oīe malū: ſicut
equus cecatꝰ audacter intrat in foſſatū/in
quo qn̄qꝫ remanet. Et ideo neceſſariū fuit
hūano generi vt puerū iſtū haberet ſociū ⁊
ductorē. Nō em̄ poſſumꝰ ex nobis ī opa ſa-
lutis:licet bene dānationis. Quādiu Sam
ſon cecatꝰ ductorē habuit:ſine malo ſe rexit
poſtqꝫ aūt eū a ſe emiſit/ſex alios īteremit
Jta q̄ huic puero tāq̄ ductori innitit̄: licet
ex ſe ſit cecus/nec videat q̄ agēda ſunt: ſm
illud.ij.Coꝝ.iij. Non ſumꝰ ſufficiētes aliq̄d
cogitare ex nobis tāq̄ ex nobis: ad optatū
tn̄ perueniet ſalutis finē. Qui vo ꝓprio ſen
ſui ⁊ volūtati inniti voluerit:male ſe habe-
bit. Vn̄ ꝙ datꝰ ſit nobis puer iſte tāq̄ ſociꝰ
patet ex hymno in quo dr̄. Se naſcēs dedit
ſociū. Mercator aūt ſolus nō bene pōt ſe-
cure trāſire nemus piculoſum: ideo indiget
ſocietate: ⁊ qn̄ videt ſocietatē gaudet et ſe
adiūgit ei. Trāſitus vero huiꝰ mūdi piculo
ſior eſt trāſitu nemoris quantūcūqꝫ pericu
loſi:q: latrones in nemore nō querūt niſi q̄
mercator portat. Sed latronibꝰ inferni nō
ſufficit ꝙ homo oīa bona ſua deponat in
morte:q: ſequunt̄ hoīem ꝓpter aīam. Ne-
mo certe huiꝰ mūdi nemus ſecurꝰ vnq̄ trāſ
iuit:immo filiꝰ dei in tranſeūdo cōtremuit
et expauit. Neceſſaria propterea fuit nobis
ſecuri ductoris ſocietas. de quo Deut.xxxij.
Dn̄s ſolus dux eius fuit:⁊ non erat cum eo
deꝰ alienus. Hinc q: tam neceſſariꝰ erat du
catus ſeu ſocietas huiꝰ pueri:ideo petebat
ſapiēs in pſona generis humani. Prouer.
ix. Si quis eſt paruulus veniat ad me. Cui
petitioni reſpōdet deus pater.j.Paralipo.
xxij. Filiꝰ meus puer paruulus eſt. de quo
Luce.xxiiij. Jeſus autē appropinquans ſcꝫ
per incarnationē ibat cū illis. Jlle eſt par-
uus filie Pharaonis qui populum dei edu
xit de Egypto in terrā ꝓmiſſionis. Et quia
hoīe formato poſitū eſt lignum vite in me-
dio paradiſi quo poſſet viuere: ideo ad re-
formandū hominē fructum vite paruulum
hodie poſuit in medio duorū animaliū:per
quē poſſumus vitā recuperare. Ad rē que
in medio eſt poteſt quilibet attingere. Pſ.
Deus operatꝰ eſt ſalutē in medio terre. Se
cūdo datus eſt nobis hoc exemplū ad in-
ſtructionē ⁊ correctionē noſtram. Cum em̄
liber emēdetur ad aliquod exēplar verum:
propterea miſit deus nobis ad correctionē
veriſſimū exēplar paruulū hodie natū. Jo.
xiij. Exemplū dedi vobis. Nec exēplar po
tuit melius mittere. Nā chriſtus eſt dei vir-
tus ⁊ dei ſapientia.j.Coꝝ.j. Ut eſt dei vir
tus ad eū videtur reſpexiſſe primꝰ angelus
cū dixit. Eſa.xiiij. Aſcendam in celū:⁊ ſimi-
lis ero altiſſimo. Ad ipſum ſicut dei ſapien
tiā reſpexerunt primi parentes: q̄bus dixit
ſerpēs. Eritis ſicut dij ſcientes bonū ⁊ ma-
lum:et vterqꝫ ſic voluit dei filium imitari.
Sed multū deficit de hoc qđ fatuus cogi-
tat. Virtus em̄ dei eſt admiranda ⁊ ſapien
tia laudāda:⁊ neutrum imitandū. Et pro-
pterea poſuit deus filiū ſuū in tali ſtatu:vt
quicūqꝫ voluerit eum imitari:nō poſſit er-
rare. Hic eſt ſtatus ſumme humilitatis:qn̄
ſumme humiliatus eſt deus factus paru-
lus. de quo Mat.xviij. Paruulū ſtatuit in
medio eorū:⁊ dixit. Quicūqꝫ ſe humiliaue-
rit ſicut paruulus iſte:hic eſt maior ī regno
celorum. Paruulū preterea ſtatuit tāq̄ ex-
emplar ad dirigendū. Si enim filum vel li-
nea eſſet tenſa a termino vſqꝫ ad terminum
vie:nullus ſequēs filū poſſet errare: etiam
ſi eſſet domus Dedali dūmodo ſequeretur
filum vel lineā:niſi filum rūperetur vel ſol-
ueretur. In paruulo nato eſt quedā linea
ab homine vſqꝫ ad deū:incarnatio ſcilꝫ ne-
ctens vtrūqꝫ inſeparabiliter. Qui adheret
huic paruulo: impoſſibile eſt quin deduca-
tur. Eſaie.xj. Puer paruulus minabit eos.
Fecit autē deus pater ſicut doctor Geome-
trie:qui vidēs ſcholares non proficere nec
intelligere quod loquitur:quod dicit verbo
declarat exemplo/protrahendo figuras in
terra:et tunc ſcholares intelligunt et pro-
ficiunt. Sic deus pater olim loquens pa-
tribus in prophetis. Hebreorum.j. De vir-
tutibus/de humilitate/de paupertate/de

E
Natiuitas chriſti.
Ad q̄tuor datꝰ eſt nobꝭ chriſtꝰ ī natiuitate.

F
Natiuitas chriſti.
In chriſto eſt īuenire exēplar omniū ṽtutū.

Universidad de Deusto Biblioteca

charitate parū aut nihil ꝓficiebāt: quia de
hoc nō curabāt. Ideo quicq̄d dixerat ⁊ pre
dicabat ſcripſit in terra et oſtēdit ꝑ exēplū
in iſto puero. Primo quidē exēplū humili-
tatis: cū rex angeloꝝ factꝰ eſt paruulus pē
dēs ad mamillas paupercule virginis. Se
cūdo exēplū paupertatis: dū poſitus eſt in
preſepio: vt halitu aſini ⁊ bouis calefieret:
qui nō habebat in quo inuolueretur. exem
plū caſtitatis: dum de virgine voluit naſci.
exēplū charitatis: dū cōmunis in cōi ciuita
te ⁊ loco voluit naſci: in quo dedit nobis ta
le exēplū: vt nulla ... nobis ꝓfectus cadat
excuſatio. Ait etiā Chryſ. in quadā homi.
ſuper epiſtolā ad Heb. φ dn̄s fecit ſicut ſu-
tor diſcipulo ſuo q̄ verbo nihil intelligit: ſed
tūc facto ⁊ exēplo genua ad cōſuēdū diſpo
nit ⁊ operatur: ⁊ in hoc magis facto φ ver
bo diſcipulū inſtruit. Sed dicet aliq̄s. Ne-
mo pōt tātum ſe humiliare ſicut paruulus
iſte: quō ergo nobis ꝓponitur imitandus?
Reſpōdetur. Sufficit de malo debitore ha
bere auenā pro tritico. Verūtamen q̄ plus
imitatur: plus ꝓficit. Imitātur aliq̄ in hu-
militate ⁊ magni fiūt. j. Reg. xv. Nonne cū
paruulus eſſes in oculis tuis: caput in tri-
bubus Iſrael factus es? Alij in auſteritate
et ij ſatis ꝓficiunt. Sed qui in paupertate
melius ⁊ in pluribus: qꝛ ad paupertatem
ſequitur humilitas et auſteritas: et ideo ij
maiores ſunt in regno celoꝝ. Unde cōmu-
niter filie turpi plꝰ datur in dotē. Talis eſt
paupertas. Qui vero in charitate eū imitā
tur: optime ꝓficiūt: qꝛ charitas eſt potiſſi-
ma virtutū ſine qua alie nihil ꝓſunt. vt de-
ducit apl's. j. Coꝝ. xiij. Tertio datꝰ eſt i pre-
ciū redēptiōis: ideo naſcitur in foro: qn̄ to
tus mūdus Romanis ſeruiebat ſub tribu
to: et qn̄ cōuenerāt ad tributū ſoluēdū. Ac
ſi diceret deus pr̄. Ecce ego mitto filiū meū
ad forū: vt ſit ꝓ oībus tributū. Inde eſt φ
nūc eſt oblatio quotidiana populi chriſtia-
ni quaſi preciū redēptionis pctōꝝ oblatū ſi
bi. Quarto datꝰ eſt in premiū laboris. Vinc
eſt φ qn̄ natus eſt paſtores qui in cuſtodiē
dis ouibus pervigilias noctis laborabant
eum quaſi premiū inuenerūt. Ecce quō na-
tus eſt ⁊ datus nobis. i. ad vtilitatē noſtrā
puer iſte. ſ. in ſociū peregrinationis: in exē-
plū inſtructionis ⁊ directionis: in precium
redemptionis: et in premiū laboris.

B Humilitas. Qui plꝰ imitatᷣ chriſtū ſe humiliando plus ꝓficit.

¶ Sermo. vj. eiuſdē diei: et pomeridianus
in ordine. xlij. per thema ſupradictum.

Queritur vtrum de-
cuerit chriſtū incarnari et fieri
paruulū ꝓ nobis? Et videtur φ
non: qꝛ iuxta ſapientiā ſeculi cō
culcat ſublimis humilē: fortior minus for-
tē. Eccli. xiij. Pōdus ſuper ſe tollit: qui ho-
neſtiori ſe cōicat: ⁊ ditiori te ne ſociꝰ fueris.
Quō ergo ſociauit corpus debile ⁊ fragile
diuinitati omnipotēti: carduum cedro liba
ni? Reſpondetur ꝑ duas veritates. Prima
eſt: nō ſic eſt in diuina ſapiētia ſicut huma-
na que ſtultitia eſt apud deū: hec eñ natu-
ram noſtrā aſſumpſit: nō illa deū: ſicut cor-
pus beſtiale noſtrum: q̄uis ſit oīm corpoꝝ
nobiliſſimū: vtpote conſtitutū ſuper omnē
corporalē creaturam: tn̄ pure paſſiue ſe ha
bet ad aīam recipiendā que cū angelis cō-
municat. Ideo nec corpꝰ aſſumit aīam ſed
aīa corpus ſibi a deo ⁊ natura paratū: ⁊ tn̄
optima eſt cōiūctio: vtpote niſi cū violētia
diſſolubilis. Quāto magis illa beatiſſima
vnio (que extremitatē amoris tenet) nō cō
culcationis nature nr̄e: ſꝫ magis exaltatio-
nis exordiū fuit? Sicut corpus ſine aīa ni-
hil eſt: aīa vero corpori multa preſtat bñfi-
cia: vtpote pulchritudinē/ claritatē viſus/
ſonū vocis/ motum greſſus/ et ſic de alijs.
Corpus eñ ſine aīa trūcus eſt inutilis. Sic
natura nr̄a ſine deo inutilis: oīno ſine ipſo
nihil poterat facere. Scḋa veritas: decuit
chriſtū incarnari ⁊ ſuſcipere paſſibilitatem
noſtram. Primo vt cōpati ſciret ⁊ mi ſereri
diſceret: vt quō dicit apl's: qꝛ didicit ex his
que paſſus eſt obediētiā: diſceret et miam.
Nō φ ante miſereri neſciret: cuius mia ab
eterno ⁊ vſqꝫ in eternū: ſed qḋ natura ſcie-
bat didicit experimēto. Debuit eñ (ſicut di
cit idē apl's) fratribꝰ ꝑ oīa aſſimilari: vt mi
ſericors fieret: quatinꝰ infirmi filij Adam
quos ſuos fieri ⁊ appellari fratres voluit:
ſuas illi infirmitates cōmittere nō dubita
rēt: quas ille ſanare poſſet vt deus: ⁊ vellet
vt ꝓximus: et cognoſceret vt eadē paſſus.
Scḋo caro factꝰ eſt vt nos ſpūales faceret:
inclinatus eſt vt leuaret: exijt vt introduce
ret: viſibilis apparuit vt inuiſibilia mōſtra
ret: contraxit ſe maieſtas vt nos dilataret.
Tertio vt ſe homini ſocium daret in via ad
eū iuuādū ⁊ viā oſtēdēdā: ⁊ via redeūdi fie
ret ꝑ hoīem deū. Lōge eñ diſtabamus ab
immortali mortales: a iuſto iniuſti: ꝓpter-
ea iūxit ima ſummis: vt ſic via pateret qua

A Natiuitas chriſti. Chriſtū decuit incarnari ⁊ naſci.



imis ſumma ſociaret. Hec autē coniunctio
facta eſt in vtero Marie virginis: quam ſa
lutabimus dicentes Aue.

¶ Puer iſte in Maria natus eſt per opera-
tionē ſpūſſancti. Sic aūt de ſpiritu ſancto
Maria cōcepit: nō φ de ſpū ſancto ſemen
partus acceperit: ſed qꝛ per amorē ⁊ opera
tionē ſpūſſancti ex carne ſua diuino partui
Maria ſubſtātiā miniſtrauit. Nā qꝛ in cor-
de ſuo amor ſpūſſancti ſingulariter arde-
bat: iō in carne eius virtus ſpūſſancti mira
cula faciebat. Cuiꝰ opere mulier iſta in ar-
ca vteri virginalis miſcuit tria ſata ſimile:
verbi ſapiētiā/ carnis munditiā/ aīe huma
ne ſubſtantiā ſimpliciſſimā: donec fermēta
retur totū fermēto incrementi: nō pcti: fer-
mēto nouo de quo btūs Bn̄dictus in regu
la: doctrina magiſtri tāq̄ fermentū diuine
iuſtitie in diſcipuloꝝ cordibus aſpergatur:
nō fermēto veteri. de quo Apl's. Expurga-
te vetus fermentū. Hoc fermēto fermētata
ſunt oīa regna ad gratiā/ non ad culpā: ad
vtilitatē et ſalutē/ nō ad dānationē: qꝛ ſm
thema preaſſumptum. Puer natus eſt no-
bis. i. ad cōmodū ⁊ vtilitatē noſtrā: ⁊ filius
datus eſt nobis. ¶ Cōſequēter dicendū eſt
ad tertio queſitū in quo querebatur vn̄ ꝓ-
ceſſerit φ ſic chriſtus datꝰ eſt nobis ꝑ incar
nationem ⁊ natiuitatē? Reſpōdetur φ nō
ex meritis nr̄is ſed ex benignitate ⁊ amore
dei ad nos ꝓceſſit incarnationis myſteriū
et natiuitatis: ⁊ quidem ex amore ſummo.
Eſt eñ dilectio quaſi duos ligās: amātē. ſ.
et amatū: immo quodāmodo facit tranſire
amātē in naturā amati: ⁊ ſi ſit verus amor
celari nō pōt: quin opere vel alio aliquo ſe
oſtēdat. Nō eñ pōt celari ignis quin fumo
vel flāma ſe manifeſtet. Prouerb. vj. Nūqd
pōt homo abſcōdere ignē in ſinu ſuo: vt ve
ſtimēta eius nō ardeant? Quia vero duoꝝ
amicoꝝ inuicē turbatoꝝ verior amicꝰ prior
ꝓcurat pacē: mittēdo alteri munera: ſicut
fecit Iacob Eſau. Geñ. xxxij. dicit eñ. Pla-
cabo eū muneribus inter deū ⁊ hominem
quē creauerat ab initio ad imaginē ⁊ ſimi-
litudinē ſuā: vt inter eos amplior eſſet dile
ctio: qꝛ omne aīal diligit ſibi ſimile. Eccli. j.
A principio fuit magna turbatio ꝓpter cul
pā hoīs trāſgreſſoris: que turbatio diu du
rauit. Tādē deus tāq̄ verior amicus eo φ
magis diligit: voluit ſibi reconciliare homi
nē. Propter qḋ miſit ſibi munus parue q̄-
dem oſtēſionis: ſed maximi valoris: verum

B Natiuitas chriſti. Ex amore ſummo proceſſit incarnatio ⁊ natiuitas chriſti.

deū in parua humanitate inuolutū. et im-
pletū eſt illud Hiere. xlix. Paruulū dedi te
in gētibus. Magnitudo valoris eſt ex par
te patris: paruitas oſtēſionis ex parte ma
tris. j. Reg. ij. Tunicā paruā faciebat ei ma
ter ſua. Et qꝛ curialitas nō cognita eſt ꝑdi
ta: ideo hoc inenarrabile donum ſibi hodie
miſſum recognoſcit eccleſia dicens. Paruu
lus natꝰ eſt nobis: in quo oſtenditur parui
tas oſtenſionis. Sed ſubditur magnitudo
valoris: cū dr̄. Et vocabiṫ deus fortis. Fuit
ergo tāta dilectio dei ad genus humanum
φ verbū caro factum eſt ⁊ habitauit in no
bis. Refert Iuſtinꝰ in abbreuiatione Tro-
gi Pōpeij lib. xij. φ cū Alexāder magnus
obtinuiſſet regnū Perſarū: cogitauit quo-
modo poſſet Perſas familiarius ſibi copu
lare. Et ꝓpter hoc qui moribus et natione
Macedo fuit: quo ad mores ⁊ habitum in
Perſarū leges trāſiuit. Sic filiꝰ dei volēs
nos ſibi familiares facere: habitu inuētꝰ eſt
vt homo: humanis legibus ſe ſubijciens. ⁊
qui quōdā duriſſime iudicabat minora pec
cata nature tūc vilioris: nunc amore ⁊ com
paſſione motus expectat longanimiter nec
vindicat. Sic ꝓpterea ex amore appropin
quauit hoī vt hō fieret: qꝛ vnūquodqꝫ ap-
proximare deſiderat rei quam amat. Unde
ſummus amor ſummā facit approximatio
nē. Cū ergo deus nō lōge ſit ab vnoquoqꝫ
noſtrū. Act. xv. qꝛ ſi ſe elongaret: opus ſuū
deſtrueretur. Specialiꝰ tn̄ in iuſtis habitat
per gratiā: q̄ plerūqꝫ recedūt ab ipſo ꝑ cul
pā: nec eſt qui ſpm̄ manētē habeat: niſi ille
de quo Io. j. Sup quē videris ſpm̄ manē-
tē: hic eſt q̄ baptizat in ſpū ſancto. Geñ. ix.
Non ꝑmanebit ſpūs meus in hoīe: qꝛ caro
eſt: hoc eſt qꝛ tātū caro: qḋ nō ſolū intelligi
tur de ſpū ire ſed etiā gratie: ideo māſit in
chriſto: qꝛ nō tātū caro ſꝫ caro et verbū. Cū
igitur ꝑ culpā euelleret ab his in q̄bꝰ erat
per gratiā: miro modo cogitauit ex ineffa-
bili ſua dilectione ſic amplexari hominē: ſic
ei cōiūgi: ſic vniri: vt ab eo nūq̄ poſſet auel
li: ⁊ ſic verbū caro factū eſt. Et hanc inſepa
rabilē vnionē in Oſee ꝓmiſit dicēs. Spō-
ſabo te mihi in fide: ſponſabo te mihi in iu
ſtitia ⁊ iudicio: in mīa ⁊ miſerationibꝰ: ſpō
ſabo te mihi in ſempiternū. Ideo in morte
eius licet aīa a carne fuerit ſeparata: nūq̄
tn̄ aīa ⁊ caro a verbo. Nihil eñ in illā vnio
nē potuit mors. Scḋa ratio vt homo conſi
derās hec erubeſceret ſe elōgare a deo. qui

Universidad de Deusto Biblioteca



nūꝙ ſe elōgat ab hoīe ſed homo a deo. Ni-
hil emī poſuit deus inter ſe ⁊ hominē: q̄ im-
mediate ſe homini coniūxit. Sed homo in-
terpo[...]uit peccatū. Peccata emī noſtra diui
ſerun[...] inter nos ⁊ deū. ¶ Pro ſcd̄a parte ⁊
iuxta vltimo queſitū vidēdū eſt quō nutriē
dus eſt puer iſte. Dicunt autē quedā fatue
mulieres: et habetur in quodā libro dāna-
to qui intitulatur de īfantia ſaluatoris: ꝙ
Maria habuit obſtetrices cū filiū ſuū eni-
xa eſt: ⁊ ꝙ infa[...] tunc fecit quedā miracu
la: ſed hoc falſu[...] eſt. Primo nam nō dece-
bat carnē tā p̄re[...]am tāgi: niſi a mūditia
virginea. Tū ſcd̄o q: ſcriptura dicit ꝙ im-
mediate poſt hoc eū Maria pāniculis in-
uoluit. Non ergo obſtetrices preſentes: hoc
autē eſt officiū obſtetricū. Tū tertio q: ob-
ſtetrices ſunt preſentes in partu mulieris:
et adſiſtētes ꝓpter debilitatē eius: ad ſub-
ueniēdū defectibus ei⁹. Maria aūt in par
tu nullo mō fuit debilitata: īmo magis for
tificata. Tunc emī creditur fuiſſe in ſumma
cōtēplatione et genibus flexis: et tūc quaſi
radi⁹ ex vtero exiuit ſine vteri fractione no
uus infans: noua ſm̄ hoīem creatura. In-
de eſt ꝙ a pictoribus male pingitur. Tum
quarto q: ſecretū diuinū qd̄ adhuc abſcon-
dēdū erat: multis fuiſſet reuelatū: ⁊ ſingu-
lariter illis obſtetricibus que vbiqꝫ vadūt:
et que cōmuniter loquaces ſunt. Vidiſſent
emī quō ſine dolore/ ſine fractione enixa eſ-
ſet: qd̄ nō erat adhuc ſed ſuo tēpore reuelā
dū. Unde et Maria cōſeruabat oīa verba
hec conferēs in corde ſuo: ad reuelādū apo
ſtolis ⁊ euāgeliſtis. Sacramentū emī regis
abſcōdere bonū eſt. Tob. xij. Ideo loco ob-
ſtetricū ibi fuerunt angelice poteſtates ſm̄
Augu. in ſmo. que venerūt (vt dicit Chry-
ſo.) ad adorādum ⁊ homagiū faciendū ſuo
principi: quē videbāt in celis ita magnū/ ⁊
in terris ita paruū. Heb. j. Cum introduxit
primogenitū ſuum in orbem terre dixit. Et
adorēt eum oēs angeli dei. Propterea loco
iſtarū obſtetricū dicamus loquendo ſpūali
ter de nutricibus ſpūalibus: quō ſcꝫ poteri
mus eū nutrire. ¶ Ad nutricē ergo q̄ ſpūa
liter habet hūc puerū nutrire multa requi
rūtur. Primū eſt ꝙ habeat lac ꝓpriū. Nu-
trix enim qn̄ cōcipit cito perdit lac. Ideo ſi
vult bn̄ nutrire puerū: neceſſario habet ca-
uere ne aliū concipiat. Per lac albū ⁊ dulce
intelligitur cōſciētie puritas/ munditia/ et
dulcedo qua puer iſte nutriri debet. San-
guis emī (vt dicūt naturales) in lac conuer
titur. Ita ſanguis et paſſio chriſti debet in
nobis in mētis dulcedinē cōmutari: vt ip̄a
dulcedine nutriat̄ infans. Amara emī a nu
trice ſumpta: in lactis dulcedinē ꝑ calorem
digerentē cōuertūtur. Sic per amorē chri-
ſti amara ⁊ paſſionis ſue ⁊ natiuitatis an-
guſtie in mētis dulcedinē cōuertūtur: qui-
bus querit nutriri. Sed ſi vis iſtud lac ha-
bere: debes cauere ne cōcipias aliū puerū:
ſcilꝫ amorē mūdi: q: ſi nimiū diligis curioſi
tatem mūdi/ perdes pulchritudinē ⁊ dulce
dinem conſciētie tue. Sicut cygnus diligit
plumas albas: ⁊ ideo totā virtutē et inten
tionē ponit in plumis albis: ſed multū cō-
ſtāt ei: quia caro ſubtus turpis eſt ⁊ nigra.
Ideo eſt auis immūda ⁊ de ea nō debet fie
ri oblatio. vt dꝛ Leuit. xj. Sic quidam dili
gūt tātū pulchritudinem plumarū. i. corpo
ris exterius ꝙ ad hoc ponūt totam intētio
nē: ſed tātū eis cōſtat ꝙ per hoc perdūt to
tā interiorē pulchritudinē. Nō emī pōt mu
lier ſimul nutrire duos filios. Ideo quādo
burgenſis tradit nutrici puerū nutriendū:
oportet ꝙ dimittat propriū: q: alias quan
do deberet lactare burgēſis filium lactaret
propriū: ⁊ propterea quādo filius nutricis
mortuus eſt: libenter traditur ei filius bur
genſis nutriēdus. Sic impoſſibile eſt cum
amore carnali et inhoneſto quē de diabolo
cōcipimus: nutrire puerū Jeſum: ſed opor
tet prius illū amorē turpē dimittere: et tūc
Maria tradet nobis filiū ſuū ad nutrien-
dū: immo ⁊ deus pater dicēs illud Exo. ij.
Accipe puerū iſtū ⁊ nutri mihi: ego dabo ti
bi mercedē tuā. ſ. gloriā eternam. Ad multi
plicandum aūt iſtud lac ſpūaliter/ oportet
vti ſobrietate. Uilia enim cibaria multipli
cāt naturaliter lac. Inde in lib. de naturis
rerū dꝛ ꝙ fabe multiplicāt lac. Sic q̄ ſobrie
et parce viuūt nō in delicijs et ebrietatib⁹:
illi ſunt q̄ plus habēt lac dulcedinis ⁊ puri
tatis. Vnde in Daniele ⁊ ſocijs eius vtenti-
bus leguminibus inuēta eſt maior ſapien-
tia q̄ in cūctis vtētibus cibo regio. Dan. j.
Unde in eodē lib. de naturis rex dicitur ꝙ
lac magis abundat in muliere nigra q̄ al-
ba. Sic in aīa mortificata per ſobrietatē vi
te. Uult emī Ariſto. lib. de ſomno: ꝙ nutri-
cibus non detur vinū vel ſaltē detur modi
cū ⁊ lymphatū: ne ꝑ groſſos fumos inter-
eat infans nutritus. Sic ſobrietate vtēdū
eſt: ne tādē ebrietate noſtra illū infantē no

*Natiuitas christi. Nulle fuerūt obſtetrices ī natiuitate christi.*

*Natiuitas christi. Nutrixe. Ad nutriendū ſpūaliter puerum Jeſuꝫ multa req̄runtur.*



bis traditum a deo patre occidamus: cōtra
illos qui in ebrietatibus ſtota nocte vacant.
¶ Scd̄o requiritur ꝙ nutrix cubet puerū
in lecto. Et hoc primo in loco in quo poſſit
quieſcere: quia Pſ. In pace factus eſt loc⁹
eius. Iſte locus eſt conſciētia a vitijs quie
ta. In domo emī vbi eſt taberna et ibi ſunt
diuerſe camere et diuerſe mēſe: ibi nō eſt lo
cus pacificus ſed tumultuoſus. Ita in cor-
de vbi eſt taberna ribaldoꝝ. ſ. peccatorum.
Nā in vna parte eſt camera luxurie cum ſo
cijs ſuis: q̄ ſunt malus viſus/ vilis tactus/
vilis amplexus/ vile verbū/ vile oſculū. In
alia parte eſt peccatū inuidie cū ſocijs ſuis:
rancore ſcꝫ odio/ detractione/ ⁊ ſic de alijs.
In alia auaritia cum ſocijs ſuis. ſ. rapina/
furto/ impietate/ crudelitate/ tenacitate/ et
ſic de alijs. In alia ſupbia cū preſumptio-
ne/ inani gloria/ iactantia/ inobedientia ⁊c.
Nō emī eſt ibi aliquod latibulū in quo de⁹
poſſit quieſcere. Ideo requirit locari in pa
cifica cōſciētia in qua nō ſit aliquod pecca-
tū tumultū faciens deo. Et q: dn̄i in aliquo
loco quieſcūt reges volūt habere cuſtodes:
ne ſuperueniat hoſtis irruens in eos: ideo
requirit in loco ſuo rationē et timorem dei
tāq̄ ſpeculatrices/ ad de longe ſpeculandū
ne peccatū introeat. Inde ſequitur in Pſ.
allegato. Et habitatio eius in Sion: quod
interpretat̄ ſpecula. i. in loco in quo eſt ali-
quis ſpeculator. Charitas aūt que ip̄m am
plexatur ip̄m recubat. Inde dicit illud Cā-
ticorū. j. Faſciculus myrrhe dilectus meus
mihi: inter vbera mea cōmorabitur. ſ. recli
natū: ſcꝫ in corde quod eſt inter vbera. Ibi
emī querit requieſcere. In corde emī mūdo
requieſcit. Scd̄o tn̄ requiritur ꝙ eū cubet
in pānis mūdis. Nā magni dn̄i nō libēter
hoſpitātur in locis immūdis: nec in ſtabu-
lis equoꝝ: nec in latrinis: ſꝫ in gratioſis ca
meris ⁊ mūdis. Ita et rex regū: qui oculos
habet ita mūdos ꝙ iniquitatē videre non
poſſit. iuxta illud Abac. j. Mūdi ſunt oculi
tui ne videas malū: ⁊ reſpicere ad iniquita
tē nō poteris. Ideo nō libenter habitat in
cōſciētia que eſt quaſi latrina peccatoꝝ. Ia
co. j. Abijciētes oēm immūditiā ⁊ abūdan
tiā malitie: in māſuetudine ſuſcipite inſitū
verbū. Sāctuaria enim reponūtur in loco
mūdo: quāto magis ſanctus ſanctoꝝ. Rex
emī multū turbaretur ſi fieret de domo ſua
repoſitoriū oīm immūditiarū: ſicut faciūt
multi de cōſciētia ſua. Cōtritio aūt lixiuiū
facit ex feruidis lachrymarum aquis colla
tis per cineres pctōꝝ: ⁊ ꝑ auſterū amare re
cordationis ſaccū. Qd̄ lixiuiū faciebat ſepe
qui dicebat. Lauabo ꝑ ſingulas [...]octes le-
ctū meū: lachrymis meis ſtratū meū riga-
bo. Tertio nutrix habet ligare puerū inſti-
tis: dū cubat eū in lecto. Habet emī eū liga
re ſibi: ⁊ quaſi fedus inire ſecū de obſeruā-
tia preceptoꝝ et mandatoꝝ ſuoꝝ. Si enim
quis alligatur ligno: lignū etiā alligatur il
li. Si puer alligatur cō[...]ētie noſtre lecto:
et lectus cōſciētie alli[...]tur illi. Alligatur
aūt nobis ex mercedi[...] ꝓmiſſione: ſi nos al
ligemur ſibi ex preceptoꝝ ſuoꝝ obſeruatio
ne. Differenter autē ſolet ligari brutū ⁊ ho
mo: q: homo ligatur in infantia: et tunc cū
ad etatē peruenit: permittit̄ liber ire. Sed
beſtia vt equus vel aſinus in iuuētute non
ligat̄: ſed ſinitur liber ire. Sed cū ad etatē
deuenit/ ligatur. Sic qui viuūt vita huma
na hic in infantia huius mūdi ligātur vin
culo diuinoꝝ preceptoꝝ et ea implēt: vt cū
peruenerint ad plenitudinē etatis chriſti. ſ.
in morte: liberi abeāt ab hoc ſeculo. Sꝫ qui
vita beſtiaꝝ viuūt: nullis preceptis/ nullis
cōſtitutionib⁹ alligātur aut alligari volūt.
In morte vero tūc ligātur ad onera ſempi
terna patiēda. ¶ Tertio requiritur ꝙ cuſto
diatur puer a nociuis. Primo ab igne et a-
qua. Ab igne quidē luxurie: et aqua auari-
tie. Oportet emī domū corporis bene tene-
re clauſam: ne forte ſit aliqua porta aperta
per quā puer exeat. Si emī forte aperires
portā viſus per incautū aſpectum: vel lin-
gue per incautū verbū: vel auris per detra
ctionis auditū: tūc facile poterit exire. Or ſi
bene teneas portā clauſam: tecū permane-
bit dās tibi ſolatiū ſpūale. Scd̄o a luce ni-
mia. Nō emī dū cubat debet poni in luce ra
diante feneſtre: ne viſus ei⁹ diſpergat̄: ⁊ ſic
luſcus fiat. Sic ſi in luce vanitatis hui⁹ mū
di ip̄m expoſueris vt q̄ras apparere: ⁊ ſecu
lo ⁊ mūdo ꝑ oblīq̄tates ⁊ iniuſtitias cōpla
cere: oblique te reſpiciet puer iſte: immo cō
tinuo diſperdet̄ et diſcedet a te: poteris q̄ꝫ
dicere illud. Puer nō comparet et ego quo
ibo? Gen. xxxvij. Sicut cecus q̄ ignorat viā
in periculo eſt ſine puero duce: ⁊ de hoc cō-
queritur. Cecus eſt aūt homo qui nō videt
periculū peccati ſui. Tertio a canibus ne ſi
bi ſubtrahāt panē: id eſt a vita canina que
eſt in rapiendo/ furando/ et violentiā infe-
rēdo proximo: vel a demonibus qui volūt

*Ligari. Differēter ligātur hō ⁊ brutū*

Universidad de Deusto Biblioteca



nos quotidie mordere ſuis ſuggeſtionib⁹.
Quarto quadrigarũ fragoꝛe:hoc eſt mala⸗
rum negotiationũ ⁊ litium ſtrepitibus: ad
quod r[e]quiritur iſta tranquillitas mentis:
que dum auribus vehemētioꝛ terrenarum
curarum clamoꝛ inſonuerit:illud Abner.ij.
Reg.xxvj.foꝛtiter exclamat. Quis es tu q̄
clamas ⁊ inquietas dominũ meum regem?
¶ Quarto requirit̃ ꝙ nutrix poꝛtet ipſum
puerũ per obedientiã. Nutritur enĩ per coꝛ
dis deuotionē.E[ſa.]xlix.Erunt reges nutri⸗
tij tui.i.viri ſanct[i] ⁊ regine.i.aĩe ſancte nu⸗
trices tue:⁊ ſubdi[to] modũ deuotiõis: vultu
in terra demiſſo adoꝛabũt te:⁊ puluerē pe⸗
dum tuoꝛũ lingēt. Sed poꝛtat̃ ꝑ bonã ope
rationē.iuxta illud.j.Coꝛ.vj.Gloꝛificate ⁊
poꝛtate deũ in coꝛpoꝛe veſtro. Vel nutrit̃ be
ne operãdo ſm̃ illud Jo.iiij. Meus cib⁹ eſt
vt faciã volũtatem patris mei qui in celis
eſt:ſed poꝛtat̃ mala ſuſtinendo. Nec ſufficit
ꝙ ſolũ poꝛtet:ſed etiã ꝙ faciat eũ ambula
re. Nutrix enĩ corã infante ambulat:vt di⸗
ſcat ambulare. Hoc aũt faciet maxime per
iuſtitiã. pſ̃. Juſtitia ante eum ambulabit:⁊
ponet in via greſſus ſuos. Nihil enim plus
facit aut allicit magis hunc infantē ambu
lare in aliquo regno vel patria ⁊ impartiri
bona ſua q̃ȝ iuſtitia. Timendũ eſt valde ne
diu fit ꝙ puer iſte per regnũ iſtud trotaue⸗
rit:q2 diu eſt ꝙ iuſtitia corã eo nõ ambula⸗
uit. Jdeo nõ eſt mirũ ſi nõ miniſtrat modo
bona ſua vel tēpoꝛalia vel pacis: quia ſine
nutrice iuſtitia pauca bona hui⁹ pueri ha⸗
bebimus. Scriptum eſt autē Sap.vij. Ve⸗
nerunt mihi omnia bona pariter cum illa.
¶ Quinto requiritur ꝙ balneũ huic puero
pꝛeparet: ⁊ hoc fit maxime per pietatē que
intuita ſanctã meditationē alloquētem ip⸗
ſum puerum in deuotione:ad fontē cõpun
ctionis currit:⁊ de puteo coꝛdis lachꝛymas
ſancte deuotionis effundit. Vñ Canti.iiij.
Aĩa mea liquefacta eſt vt dilectus locutus
eſt. Aliquando ad auditũ deuotũ verbi dei
lachꝛyme ſponſe effluunt ab oculis de inti⸗
mis coꝛdis:quãdoq̃ȝ vero ex cogitatiõe be
neficioꝛũ dei.iuxta illud. Factũ eſt coꝛ meũ
tanq̃ꝫ cera liqueſcēs per feruoꝛē dilectiõis
cauſatũ ex beneficijs dei mente recollectis:
et hoc in medio vētris mei:q2 mediãte me⸗
moꝛia hoꝛũ beneficioꝛum:que in ea velut in
vētre retinent̃. ¶ Sexto neceſſe eſt vt puer
iſte paſcatur:⁊ hoc vel in membꝛis ſuis per
miſericoꝛdie opera coꝛpoꝛalia:vel per paſtũ
verbi dei ⁊ eloquia dñi dulcioꝛa ſuper mel
et fauũ:vel in ſeipſo dum paſcitur teneritu
dine coꝛdis ⁊ virtutib⁹ ⁊ donis ſuis que in
creatura ſua repoſuit. Hinc Eſa.vij. Buty⸗
rũ ⁊ mel comedet:vt ſciat repꝛobare malũ ⁊
eligere bonũ. Nam butyꝛum eſt flos ⁊ pin⸗
guedo lactis. Jnde caſeus fact⁹ poſt buty⸗
rũ eſt macer ⁊ inſipidus ⁊ ſiccus. Jdeo per
butyꝛũ ſignificat̃ teneritudo ⁊ dulcedo coꝛ
dis. Tali cibo debet nutriri chꝛiſt⁹. Eſa.vij.
Pꝛe vbertate lactis comedet butyꝛũ. Mel
ṽo eſt cibus dulcis deſcēdens de celo. Apis
enĩ mel nõ facit ſed colligit:⁊ ſignificat gra
tiã ⁊ virtutes venientes de celo: ⁊ tali cibo
etiã nutriri debet chꝛiſtus. Vñ quando de⸗
ſcendit in perſonã gratia ⁊ virtutibus ple⸗
nam:poteſt ei dici illud Pꝛouer.xxv. Mel
inueniſti/comede. Et ſequit̃ in textu:vt ſciat
repꝛobare malũ ⁊ eligere bonũ. Sicut enĩ
faciens butyꝛũ dimittit macrum ⁊ ſiccũ et
inſipidũ: ſic chꝛiſtus coꝛda inſipida et ſicca
ſine deuotione. ſm̃ illud pſ̃. Nationē filio⸗
rum tuoꝛũ repꝛobaui. Et ſicut apis non eli
git in floꝛe niſi qđ melius eſt.ſ.mel. Jdeo ſi
quãdoq̃ȝ tranſeat ſuper floꝛē nihil habentē
mellis:non quieſcit ibi nec moꝛat̃. Sic chꝛi
ſtus eligit quod melius eſt in coꝛde tuo:ſcȝ
gratiã ⁊ virtutes:⁊ in perſona nihil haben
te gratie ⁊ virtutũ ſed potius odio ⁊ ranco
re plena:non ſiſtit nec moꝛatur: licet quan⸗
doq̃ȝ tranſeat per os ſuum. ¶ Septimo ne⸗
ceſſe eſt ipſum berſare vt doꝛmiat:hoc facit
patiētia que ipſum berſat ⁊ doꝛmire facit.
Jnde eſt ꝙ diſcipulis exiſtentibus in naui
verſata hinc inde dñs doꝛmiebat. Matth.
viij. Sic dũ tēpeſtas nos agitat ⁊ nõ blaſ⸗
phemamus:⁊ nõ murmur reſonat nõ que
rimonia ſed coꝛde tacito mens bene cõſcia
cõſeruat patientiã:tunc ilico puer doꝛmit.
Videtur enĩ doꝛmire:q2 nõ videt̃ ſuccurre⸗
re. Scđo videtur doꝛmire:q2 quieſcit in cõ⸗
ſcientia in qua patiētia facit trãquillitatē:
q2 nec murmur reſonat nec q̃rimonia. Cañ.
v. Ego doꝛmio:ſcilȝ in mente deuota:⁊ coꝛ
meũ vigilat.ſ.coꝛ in quo habito vigilat in
tribulatione ⁊ aduerſitate. ¶ Octauo neceſ
ſe eſt puerũ excitare poſtq̃ꝫ doꝛmierit ⁊ leua
re. Hoc facit ſancta meditatio ⁊ deuota oꝛa
tio dicēs. Exurge quare obdoꝛmis dñe: ex⸗
urge ⁊ ne repellas in finē. pſ̃. Voce mea ad
dñm clamaui:⁊ exaudiuit me. et ſequitur.
Ego doꝛmiui ⁊ ſopoꝛatus ſum ⁊ exurrex[i].
alibi. pſ̃. Et excitatus eſt tanq̃ꝫ doꝛmiens



dñs: et tãq̃ꝫ potēs crapulatus a vino. Sic
fecerũt apl̃i qñ excitauerũt dñm dicentes.
Dñe ſalua nos/perimus. Sic et facere de⸗
bēt illi qui vexãtur graui aduerſitate vel tē
tatione. Jnduit etiã eũ:qñ reuoluit virtu⸗
tes ⁊ bñficia ⁊ ſcripturas ſanctas ⁊ alia de
eo. ¶ Ex pꝛedictis patet ꝙ puer iſte dȝ ha⸗
bere multas nutrices. Pꝛima quidē erit de
uotio:que eũ nutrit lacte/butyꝛo/et melle.
Scđo obedientia poꝛtat eũ. Tertio pietas
balneat. Quarto puritas recubat in pãnis
nudis. Quinto contritio mundat pannos.
Sexto charitas amplexatur ⁊ ligat. Septi
mo patientia berſat et eum doꝛmire facit.
Octauo ſancta meditatio et deuota oꝛatio
excitat ⁊ leuat et induit. Nono mĩa paſcit.
Decimo iuſtitia ambulare diſcit. Vndeci⸗
mo diſcretio eũ ab igne ⁊ aqua ⁊ ceteris no
ciuis cuſtodit. Et ſi q̃rat̃ de nutricib⁹ quõ
poterũt tot eſſe in domo:⁊ ꝙ magna eſt ſe
pe diſſenſio tot mulierũ? Reſpõdet̃ ꝙ non
erit nobis graue habere iſtas. Tũ pꝛopter
mercedē q̃ ꝓmittitur. Exo.ij. Accipe mihi
puerũ ⁊ nutri eũ:et ego dabo tibi mercedē
tuã. Scđo q2 ſumus reges q̃ nutrimus eũ.
Eſa.xlix. Erunt reges nutritij tui et regine
nutrices tue: tales aũt pñt ſatis hr̃e nutri
ces. Vnde et chꝛiſtus multas habuit nutri
ces in natiuitate: q̃ eũ nũq̃ȝ deſeruerũt ſed
nutrierũt et aſſociauerũt vſq̃ȝ ad moꝛtem.
Nutriuit enĩ eũ puritas in natiuitate ⁊ aſ⸗
ſociauit vſq̃ȝ ad moꝛtē:ſcilȝ Maria virgo:
ſubiectio eum corã iudicibus manere fecit:
paupꝫtas in cruce ſpoliauit: largitas ei do⸗
nare fecit paradiſum: charitas moꝛi: pax
mundum reconciliare et ſuos crucifixoꝛes:
miſericoꝛdia ſanguinem fundere.

F Natiuitas chꝛiſti. Quõ pñt eſſe multe nutrices ad nutriendũ chꝛiſtum.

¶ De eodem feſto Sermo.vij.et in oꝛ
dine.xliij.per thema.

A Natiuitas chꝛiſti. Gloꝛia dñi. Quare chꝛiſt⁹ dr̃ gl̃ia dñi.

Reuelabitur glo⸗
ria dñi: ⁊ videbit oĩs caro pari
ter qđ os dñi locutũ eſt. Eſa.xl.
Querit̃ quare chꝛiſt⁹ dr̃ gloꝛia
dñi:vt patet in hoc themate. et Exodi.xvj.
Mane videbitis gloꝛiã eius. Et item Pſ̃.
Vt inhabitet gloꝛia in terra noſtra. Et ite⸗
rũ Eſa.lx. Gloꝛia dñi ſuꝑ te oꝛta eſt? Rñde
tur ꝙ ꝓpter multa. Pꝛimo q2 Pꝛouerb.x.
Gloꝛia patris eſt fili⁹ ſapiens. Si ergo car
nalis eſt hmõi:multo magis fili⁹ dei. Se⸗
cũdo vt diſcãt hoĩes nũc reuerere deũ ⁊ glo
rificare eũ. Si enĩ ante non apparebat vñ
gr̃as agerēt:nũc ṽo apparet. Jđ blaſphe⸗
mi ſe cuſtodiãt: q̃ multo nũc graui⁹ peccãt
q̃ȝ Judei.q2 de Judeis dr̃.j.Coꝛ.ij. Si co⸗
gnouiſſent nũq̃ȝ dñm gloꝛie crucifixiſſent.
Jſti aũt poſt tot ꝓphetarũ veteris [e]t noui
teſtamenti teſtimonia:poſt tot miracula ⁊
appꝛobatiões ſctõꝝ inhonoꝛãt dñm. ſm̃ il
lud Heb.vj. Rurſum crucifigētes i ſemet⸗
ipſis filiũ dei ⁊ oſtētui habētes. Tertio vt
humiliet̃ hõ qñ de⁹ gloꝛiã ſuã ita humilia⸗
uit:ſicut ꝓmiſerat in Pſ̃. Gloꝛiam meã in
puluerē deducã. Non erg[o] apponat hõ vl⸗
tra ſe magnificare ſuꝑ [te]rã. Si ſacco indu
ta eſt gl̃ia dei pr̃is:nõ ſupꝫbiat in veſtibus.
Si vſq̃ȝ ad infantiã non querat altã digni
tatē. Si vſq̃ȝ quo videret̃ ignoꝛãs:nõ glo⸗
rificet̃ in ſciētia. Quarta rõ:q2 antiquitus
dicebat̃ gloꝛia dñi:qñ exercebat iuſtitiam.
Sepe enĩ dicit̃ qñ dñs faciebat iuſtitiã: ꝙ
gl̃ia dñi erat ſuꝑ tabernaculũ:ſicut quãdo
Maria ſoroꝛ Moyſi ꝑcuſſa eſt lepꝛa:⁊ plu
res de populo interfecti ſunt. Hõ enĩ mul
tũ offendebat patrē ſuũ: nec erat remediũ
quouſq̃ȝ clamauit vt gloꝛia iſta veniret: et
tũc fili⁹ poſit⁹ eſt arbiter inter deũ patrē et
hoĩem:et illũ arbitrũ querebat hõ cõfidēs
in illo. Dicebat enĩ pater:ponã.ſ.iudiciũ ar
bitrarium in ſalutari hoc eſt in filio meo:⁊
hõ de hoc cõtentus rñdebat. Fiducialiter
agã in eo. Sciebat enĩ hõ ipm̃ allaturũ ſe⸗
cũ miãm. Et pꝛopterea ſuꝑ hoc arbitrio di
cit ꝓpheta. Reuelabit̃ gloꝛia dñi.ſcȝ nouo
modo et alio q̃ȝ in veteri teſtamēto hoc eſt
per miãm: vbi pꝛius reuelabat̃ ꝑ iuſtitiã:⁊
videbit oĩs caro pariter quod os dñi locu⸗
tum eſt: quod hodie completum eſt quãdo
ꝑ viſcera miſericoꝛdie ſue viſitãs nos oꝛiēs
ex alto:ꝓdijt ad nos viſibilis ex vtero Ma
rie:quam ſalutabimus ⁊c.
¶ Sicut ſol diu aliquando latet in nubilo:
qui tãdē clare hoĩbus reuelatur:ſic deus q̃
ab oꝛigine mũdi hoĩbus latuerat:in incar⸗
natione ⁊ natiuitate eſt publice reuelatus.
Luc.ij. Viderũt oculi mei ſalutare tuũ. Et
hec eſt reuelatio ieſtimabilis amoꝛis. Ma
gne charitatis eſſet regē ſedere iuxta pau⸗
perē:quanto magis ꝙ deus ꝑ carnē iuxta
hoĩes viſibilis appareret. Vnde deus eſt ſi
cut rex qui ſecrete cum cõſiliarijs ſuis tra⸗
ctat de regimine regni ſui: tãdē qđ oꝛdina
tum ſecrete fuerit diuerſis diuerſimode pu
blicat ⁊ reuelat:quia de⁹ in ſecreta camera
ſue occulte pꝛudentie pꝛimo diſponit oĩa q̃

B Natiuitas chꝛiſti. Sol iuſtitie q̃ diu latuerat/ tãdē eſt publice reuelatus.

 

facit pacē primo ſuis ſecretarijs.i.angelis oſtēdit: tādem ſeneſcallis τ balliuis ſuis.ſ. pphetis τ aplis: τ finaliter p ipſos ceteris publicat τ denuntiat. Sic em̄ fecit de ſecreto ſue ..ē incarnationis et natiuitatis: qđ finaliter p pphetas ſuos oībus reuelauit. Dicit em̄ per Eſa.lvj. Juxta eſt ſalus mea vt veniat: τ iuſtitia mea vt reueletur: et ita verificatū eſt illud thematis preaſſumpti. Reuelabit glia dn̄i: τ videbit oīs caro τc.

¶ Juxta thema .. euāgelium hodiernū qđ ſcribitur Luc.ij. ..cenda ſunt duo. Primo quō reuelata eſt g..ia dn̄i Marie et Joſeph in preſepio. Scđo quō paſtoribus eſt reuelata. Primū matutino ſermone. Secūdū vero pomeridiano declarabit̄. In p̄mo tria cōprehēdunt̄. Primū eſt de edicto Auguſti Ceſaris. Scđm eſt quō aſcenderunt Maria τ Joſeph vt illi obtēperarent. Tertiū eſt quō Maria pepit chriſtū in p̄ſepio.

C Natiuitas chriſti.

In hoc cōfundit error Arrij: qui dicebat ⁊ baptizabat in noīe patris maioris et filij minoris. Iſta ſunt que de dei filio quo ad illam generationē eternā credere debem⁹. Appellat autē verbū hic ⁊ in Pſal. Eructauit cor meū verbū bonum: duplici ſimilitudine. Primo ad verbū mentale q̄ eſt conceptus mentis: q̄ eſt ſemꝑ in mente: et nūq̄ ſine ipſa mēte. Sic filius ſemꝑ in patre et nūq̄ ſine patre. Joā. x. Ego in patre et pater in me eſt. ⁊ eiuſdē. xiiij. Philippe qui videt me: videt ⁊ patrē meū. Neſcis q̄ ego in patre ⁊ pater in me eſt? Et eiuſdē. viij. Non reliquit me ſolū. Scḋo q̄ ſicut ꝑ verbum vocale declarat cōcept⁹ mētis ⁊ ipſa mens: ſic pater per filiū. Joan. xvij. Pater manifeſtaui nomē tuū hoībus quos dediſti mihi. Et pſ. Dies diei eructat v̄bū. i. de plena ſcientia ꝓferūt viri docti ⁊ illuminati a deo pplo deuoto et gratia illuminato ſapiētiā de patre genitā.

E
Predi-
care.
An cre-
dibilia
diffici-
lia ſint
predicā-
da po-
pulis.

Sed videt ꝙ iſta non ſint predicanda populis: cū ſint nimis difficilia ⁊ ardua? Reſpōdetur ꝙ ppl̄i nō libēter comedūt offam nec ſibi īcorporāt: niſi offa illa condiat ſpecieb⁹ que de longe aſportātur: vt puta de India vel Arabia. Sic nec ppl̄s niſi parū audierit de iſtis arcanis dei que nō intelligit vt ea admiret: ⁊ cognoſcat factura non poſſe attingere ad ſuum factorē. Sed periculū grande eſt nimium de his ſcrutari: q̄ Prouerbiorum. xxv. Scrutator maieſtatis opprimet a gloria. ¶ Quarto credendū eſt ꝙ oīa per filiū dei facta ſunt cōtra errorē Manichei qui ponebat duo principia rerum: vnum bonū et aliud malū: ⁊ malum eſſe principiū omniū iſtorum inferiorū propter deordinationē que videbat in iſtis inferioribus. Et iſtius opinionis videt fuiſſe Tullius: qui ex eleuatione malorū ad dignitates ⁊ regimina populorū et ex depreſſione bonorū arguebat deū non regere iſta inferiora: quia putabat illud eſſe inordinatū. Sed hoc eſt cōtra Joannē: qui dicit vniuerſaliter oīa per verbum facta eſſe: ⁊ iſti plurimū fallūtur.

F
Verbū
Verbū
eſt prin
cipiū vi
ſibiliū
et inui-
ſibiliū.

Tum primo: quia non vident quāta bona elicit deus ex malis permiſſis: ita ꝙ maiora ſunt bona que elicit deus q̄ mala q̄ permittit. Secūdo ſi non eſſet malū: non eſſet virtus ei oppoſita neq̧ iuſtitia/ neq̧ mīa/ neq̧ fortitudo/ neq̧ patientia: ⁊ tunc perderentur corone bonorū. Et ſi dicat. Melius eſſet ꝙ perderētur q̄ tot hoīes q̄ ſunt mali. Reſpondeo ꝙ plus valet iuſtus homo q̄ decem mille viri impij. Sunt em̄ reprobi ſicut malefactores ſuſpēdendi in patibulo: quorū quadrigata non valet vnum denariū. Et ideo Dauid imprecat dicens. Fiant ſicut fenum tectorū: qḋ priuſq̄ euellatur exaruit. Quod quidē fenum eſt modici valoris. Tertio opinio talium reprobatur Job. xxij. ab vno amicorū Job. Cū em̄ recitaſſet tales dicere de deo: circa cardines celi perambulat: ne.. noſtra cōſiderat: ſubdit poſtea: quoru.. ſententia longe ſit a me. Quarto neceſſario fatendū eſt ꝙ oīa merita noſtra in nobis operet. Hoc em̄ dicitur Eſaie. xxvj. Oīa opera noſtra operatus es in nobis dñe. Et ideo ſubiungitur: ſine ipſo factū eſt nihil: quia opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. In hoc maxime debemus glorificare trinitatē: ⁊ ſingulariter quia operata eſt opus noſtre redēptionis. Qr̄ ſi nos totos ei debemus iure creationis: quātomagis iure redēptiōis: quia plus conſtitit ei ad recreandū q̄ ad creandum. Nam in creatiōe dixit. et facta ſunt: ſed in recreatiōe multa dixit ⁊ fecit: multa inſuper paſſus eſt filius dei. Et ideo ſi propter creationē quotidie tantū benedicim⁹ trinitatē: vt oē fere ſeruitiū eccleſie ſit de ea: quātomagis pro redēptiōe.

G
Mere-
ri.
Nō cō-
tigit me
reri aut
bn̄ age
re ex ſo
lo libe-
ro arbi
trio.

¶ Quinto credendū eſt ipſum oīa cōſeruare. Multi enim artifices rem faciūt ſed ipſam conſeruare non poſſunt: ipſe autē oīa conſeruat. Et iō ſequit. qḋ factū eſt in ipō vita erat. i. omne qḋ factū eſt ſubſiſtit eo mediāte. Un̄ et philoſophi ipſum dixerūt eſſe aīam mūdi. Vel etiā omne meritū nō niſi eo mediāte vita eſt anime. ſm̄ illud Pſal. In deo faciemus virtutē. ⁊ Joā. v. Pater meus vſq̧ modo operat ⁊ ego operor. Ideo debem⁹ cum Dauid ſingulis momētis dño dicere. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueant veſtigia mea: vt noſtrū arbitrium qḋ procliuius vel ignoratione boni vel oblectatione paſſionū fertur ad vitia: deus potius ad virtutū ſtudia retorquere dignet. Nā Pſal. ait. Impulſus euerſus ſū vt caderē: in quo liberi arbitrij infirmitas deſignat: ⁊ dñs ſuſcepit me. Et iterum. Si dicebam motus eſt pes meus lubrica arbitrij facultate: mīa tua dñe adiuuabat me. Et rurſus. Scḋm multitudinē dolorū meorum in corde meo: que vtiq̧ mihi naſcebātur libero arbitrio: cōſolationes tue letifi

Universidad de Deusto Biblioteca

cauerunt aīam meā/ per tuam inſpiratio-
nem veniētes in cor meū. Et ob hoc ſancti
viri qui ad conſummationē venerūt virtu
tum: induſtria ꝓpria hoc non ſe obtinuiſſe
teſtati ſunt: ſed etiā potius a dn̄o precabā
tur dicētes. Dirige me dn̄e in veritate tua:
et dirige in cōſpectu tuo viā meā. Et alius
hoc experimēto didiciſſe ꝓclamat dicens.
Cognoui dn̄e quia nō eſt in hoīe via eius:
nec viri vt dirig[illegible] greſſus ſuos: τ ipſe dn̄s
ad Jſrael. Oſee. [illegible]. Et dirigā eū (inquit)
vt abietē virentē: [illegible]e fruct⁹ tu⁹ inuent⁹
eſt. Qr ergo ꝓdigi [illegible]um⁹ debem⁹ deū ora-
re vt merita noſtra conſeruet in theſauro
ſuo: vt per ipſa poſtea viuere poſſim⁹. Ait
em̄. Ego ſum via/veritas/et vita. Sed nō
ſic i hoc mūdo. Antiquit⁹ currebat via mā
datorū dei: ſicut ille qui dicit. Viam māda
torum tuorum cucurri: τ ſine iniquitate cu
curri τ direxi. Sed modo per fortunā guer
rarum diaboli non frequentat illa via: ſed
modo plena eſt ſentib⁹ τ ſpinis. Nunc per
viam lapidoſam ſuperbie τ obſtinatiōis τ
fabuloſam auaritie τ lutoſaz luxurie paſ-
ſim curritur: ita ꝙ modo τ ſacerdotes et pre
lati τ cōmunis populus ſunt quaſi oēs de
diti illis peſſib⁹. De vita modo exponeret
vita proximi pro nihilo: τ ſubſtantia eius
dimittit perdi. De veritate modo nō eſt lo
quendū. Quem em̄ inuenies qui cuſtodiat
veritatē et promiſſionē et qui non prodat
alterū? Solebat dici. Regē cui oīa viuunt
venite adorem⁹. Sed neſcio quid dicet mo
do. Timeo ne oīa moriantur non in dn̄o ſed
dn̄o. Deus velit ꝙ quicquid faciamus ma
neat in deo vita. Manebit autē opus no-
ſtrum in deo vita: ſi ꝓcedat ex viua fide: ſi
credamus de eo que nobis ſuggerit Joan
nes. Promittit em̄ nobis deus vitam eter
nam ſub credo. i. ſub fide: qr ſm Pſal. Oīa
opera ei⁹ in fide. Si eſſent tabernarij qui
vinum ſub credo magna vel parua cōcede
rent: oēs hiſtriones illuc diſcurrerēt vt in-
ebriarētur. Et vinum glorie proponit no-
bis deus ſub credo τ parua τ magna: τ tn̄
non curamus nec illuc tendere volumus.
¶ Pro ſecūda parte aduertendū eſt ꝙ dn̄s
circa eos, quos vult adoptare in filios mul
ta facit. Primo illuminat eos et viuificat
lumine cognitionis τ gratie. Hinc ſubdit:
et vita erat lux hoīm. Lux enim gratie et
cognitionis conſtituit et conſeruat animā
in vita. Corporalia em̄ per aīam ſubſiſtūt:

H Lumē. Differētia multiplex inter lumen corporale τ ſpūa- le ex euāgelio Joannis.

ſed anima per gratiā. Unde ponit ibi mul
tiplex differētia inter lumē iſtud ſpiritua-
le: τ inter lumē corporale ſolis. Prima eſt:
quia iſta lux viuificat aīam τ ꝓcedit a fon
te vite: ſed lux ſolis viuificat ſolum corpo-
ralia: nec ꝓcedit a corpore viuēte. Non em̄
viuit ſol: licet ſit cauſa vite corporalis. Jn-
de male dixit Pithagoras (ſicut refert La
ctantius libro diuinarū inſtitutionū) dicēs
ꝙ nos ſumus facti cauſa lune ſoliſqꝫ vidē
di: niſi forte diceret ꝙ nos ſumus nati ad
videndū verū ſolem iuſtitie: et lunā. i. con-
gregationē fideliū: τ hoc verū eſt. Secūda
differētia: quia ſol materialis illuminat ex
terius: iſte interius: ideo dicit ante. Quod
factum eſt in ipſo vita erat. i. vitalis opera
tio dei ex gratia ꝓueniēs facta eſt in ipſo
operante: immo aliquādo exterminat ocu-
los exteriores. Exemplū habet. iij. dialog.
c. xxix. de quodā epiſcopo Arriano: q̄ cum
vrbe Spoletana negāte epiſcopo ciuitatis
locum quē ſuo errori dedicaret: collecta ho
minū multitudine vellet infringere fores
eccleſie ſancti Pauli apoſtoli: tūc porte di-
uinitus aperte ſunt τ lampades accenſe: et
effuſo deſuper lumine ſubita cecitate per-
cuſſus eſt: τ alienis manibus ad ſuum ha-
bitaculū reductus. Tertia differētia: quia
ſol materialis non lucet in tenebris: iſte ṽo
in tenebris: quia in malis hoīb⁹: vt patet
de Arrio qui erat doct⁹. τ qn̄o luxit remor
dendo cōſcientiā: ita vt territus in cōſcien
tie ſecreto τ cōmotus intra viſcera: qui vo
lebat temerare eccleſiam Alexandrinā cui
preerat btūs Alexāder: quereret non eccle
ſiam ſed locū infectū cloacarū: vbi miſera
biliter interijt: ſicut recitatur lib. x. hiſtorie
eccleſiaſtice. c. xiij. Dicit em̄ Pſal. Signatū
eſt ſup nos lumē vultus tui dn̄e. Jdeo dici
tur. Et lux in tenebris lucet. Uel luxit in te
nebris hūanitatis noſtre: qn̄ aſſumpſit eā:
quia pſ̄. Poſuit tenebras latibulū ſuum.
Quarta differentia: quia iſtius ſolis mate
rialis cōprehendit qualitas: quia calidus
et ſiccus: τ quātitas: qr certe quātitatis: τ
videtur totus τ tota quātitas eius: ſed nō
ſic iſte: τ qr tenebre eam non cōprehēderūt.
Pſal. Jlluminās tu mirabiliter a montib⁹
eternis: turbati ſunt oēs inſipiētes corde.
Jnde Paulus raptus vſqꝫ ad tertiū celū:
non niſi cum admiratiōe loquebat dicēs.
O altitudo ſapiētie et ſcientie dei: ꝙ incō-
prehenſibilia ſunt iudicia ei⁹. Quinta diffe



rentia: quia ſol materialis non indiget te-
ſtimonio ꝙ luceat: quia aperte videt: niſi
a cecis: τ qr ceci ſumus oēs τ alſ non vide
tur oculis corporeis: ideo fuit homo miſ-
ſus a deo: cui nomē erat Joānes. Hic venit
vt teſtimoniū phiberet de lumine. Nō erat
ille lux: ſed vt teſtimoniū phiberet de lumi
ne: vt oēs crederēt per illum. Fuit em̄ ſicut
lucerna accenſa ad querendū paruulū Je-
ſum in tenebris noſtre ignorātie: τ hunc in
uenit τ oſtēdit dicēs. Ecce agnus dei. Qui
mittūt a deo ſicut Joānes: non mittuntur
niſi ad perhibendū teſtimoniū de lumine
deitatis miſſo in mundū. Hoc autē perhi-
bent doctrina τ vita. Sed qui mittunt ab
hoībus non ſic/ſed perhibent magis teſti-
monium ꝙ vita eorum mala ſit: τ ꝙ a deo
non ſunt miſſi. Uita eorū oſtēdit (leur cō-
miſſion.) Loco puritatis ad quā ordinant
ſunt lubrici: loco mīe ſunt crudeles in po-
pulum: τ ſic de alijs. ¶ Sed dices: habetur
Joan. v. Ego em̄ teſtimoniū ab hoīe nō ac
cipio: qn̄o ergo Joānes fuit miſſus τ quaſi
videt ꝙ Joānes non fuerit homo. ¶ Dicit
ad hoc primo: ꝙ Joānes fuit pur⁹ homo:
ſed repletus ſpiritu ſancto a principio: et
ideo dicit: fuit homo. Et licet fuerit ange-
lus puritate: non tn̄ natura. Secūdo dicit
ꝙ non accipit teſtimoniū ab hoīe ſic ꝙ in-
digeat propter ſe τ ſuam dignitatē: ſed tm̄
propter noſtrā miſeriā ſubleuandā τ igno
rantiam tollendā. Chriſtus em̄ natus erat
de patre ſicut radi⁹ ſolis a ſole ſine aliqua
diminutiōe ſue ſubſtātie: et oculi Judeorū
infirmi magnā claritatē chriſti non pote-
rant cōprehendere: ideo neceſſe fuit aliqđ
lumen premitti: qđ aſſueſceret eos ad ma-
iorem claritatē ſuſcipiendā. Auguſtinus.
Tāte cecitatis erat homo: vt ad diem ſine
lucerna venire nō poſſet: τ ideo dicit deus
pater in pſ̄. Paraui lucernaz chriſto meo.
Perhibebat autē teſtimoniū ꝙ erat lux ve
ra que illuminat omnē hoīem: niſi ponat
obſtaculū: et tunc non eſt defect⁹ ſolis ſed
defect⁹ obijciētes. quia Eccli. xlij. Sol per
omnia illuminās reſpicit. Secūdo familia
ritatem exhibet dn̄s τ familiarem ſe red-
dit eis quos vult adoptare. Unde in mun
do erat. i. in cordibus mūdanis erat inſpi
rando eos: τ mūdus per ipſum factus eſt:
ſed mūdus eum non cognouit. Jn propria
venit: τ ſui eum non receperūt. Jn hoc Ju
deorum oſtēditur malitia: qr ſui erant non

ſolum iure creatiōis: ſed etiā quia ſibi dele
gerat τ peculiarē quodāmodo fecerat illū
populū ex Abraā ſene et Sara ſterili. ſm
illud Eſa. xliij. Populū iſtū formaui mihi:
laudē meam narrabit: τ miraculoſe libera
uit de Egypto: miraculoſe etiā nutriuit in
deſerto. Sed Joā. iij. Hoc eſt iudiciū quia
lux venit in mundū: τ dilexerunt hoīes te-
nebras magis q̄ꝫ lucem. Multi enim hanc
deteſtātur: qr habēt ocul[illegible]s leſos per pec-
catum. Nam ſm Augu. [illegible]ulis egris odio
ſa eſt lux: q̄ tamē ſani[illegible]ſt amabilis. Sed
ve illi q̄ non recipit eum: ſed facit eum tā-
diu heurtare τ muſare ad oſtium conſcien
tie: nec ei aperit. Certe ad magnitudinem
tue dānationis eſt: ꝙ non ſolum es eius iu
re creatiōis ſed etiam redēptionis: ꝙ te di
gnatus eſt redimere ſanguinis ſui precio/
et paſcere corpore ſuo. Alij eum receperūt:
ſed contumelioſe expulerūt, de q̄bus Job
xxj. Qui dixerūt deo recede a nobis. Simi
les Judeis qui loco chriſti receperūt Bar-
abbam latronē et homicidā. Et ſingulari-
ter ſunt ſui ſacerdotes et clerici: quos etiā
tēporaliter ſuis ꝓprijs bonis paſcit: quia
peccata populi comedūt. i. oblatiōes que
fiunt deo ad expiāda peccata populi. Sed
Eſa. j. Filios enutriui τ exaltaui: ipſi autē
ſpreuerūt me. Tertio tandē adoptiuos dei
filios cōſtituit. Quotquot autē receperūt
eū/per fidē in baptiſmate: dedit eis pote-
ſtatē filios dei fieri: his q̄ credunt in noīe
eius: ſcꝫ habere remiſſionē pctōrū: non ꝙ
iſta natiuitas ſit ex ſanguinib⁹ neqꝫ ex vo-
luntate femine aut viri: ſed ex deo. j. Joan.
iij. Nunc filij dei ſumus: τ nondū apparuit
quid erim⁹. Augu. Quid eis ꝓſtitit magna
beniuolētia τ magna mīa? Unicus natus
eſt/τ multos filios adduxit vnus. Cōtra il
los q̄ fratres ſuos τ patres vellēt eſſe inter
fectos vt haberēt eorū ſubſtantiā: imo ſol
uit eorum peccata/τ fecit coheredes ſuos.
Uñ chriſt⁹ vocat nos fratres: dicēs Mat-
thei. xxviij. Jte nūtiate fratribus meis. Et
Gene. xlj. Ego ſum (inquit) Joſeph frater
veſter quē vēdidiſtis in Egypto. Et ſequi
tur. Pro ſalute em̄ veſtra miſit me dn̄s an̄
vos. Sumus autem fratres chriſti tam ex
parte matris q̄ꝫ patris. Jnde Mariā vo-
camus matrē noſtrā. Et de patre dicimus.
Pater noſter qui es in celis. Jdeo debem⁹
participare hereditati chriſti. Habuit aūt
duplicē. Unam ratione matris: ſcꝫ pauper

I
Paupertas.
Paupertas fuit hereditas christi ex parte matris quam participare debemus.

tatem ⁊ miſeriā quā habuit ratione corpo
ris ſumpti a matre. Hereditas quam ha-
buit a patre eſt gloria paradiſi. Ex quo er-
go ſumus fratres ⁊ ſorores eius/debem⁹
participare in illa hereditate. Sed multi
libenter participarēt hereditatem patris/
quittantes hereditatem matris. Hoc aūt
nō licet: puta ꝙ filius adoptiuus habeat
hereditatem patris/ niſi ſicut filius natu-
ralis mediāte hereditate matris. De quo
dicitur Luce. xxiiij. Oportuit chriſtū pati:
⁊ ita intrare in gloriā ſuā. Nemo igit̄ cōfi-
dat eam habere/niſi mediante hereditate
matris: ſcꝫ tribulatione: q: Actuum. xiiij.
Per multas tribulationes opꝫ intrare in
regnum dei. Iſta vero hereditas patris ad
quā precipue nos adoptauit filius dei/ha
bet cōditiones mirabiles cōtrarias here-
ditati terrene. Primo: q: ſancti filij dei nō
niſi poſt mortem in poſſeſſionem heredita
tis inducunt̄: ſm illud pſ. Cū dederit dile
ctis ſuis ſomnum: ecce hereditas dñi. Se-
cundo: q: viuente deo patre ⁊ regnāte: he
reditate fruuntur: ideo dicuntur heredes
dei ⁊ coheredes chriſti. i. cum chriſto. Exo.
xvj. Introduces eos ⁊ plantabis in mon-
te hereditatis tue. Et ſequit̄. Dñs regna-
bit in eternū ⁊ vltra. Tertio quilibet eorū
totā hereditatem poſſidet: nec ꝓpter mul-
titudinem poſſidentiū minus habetur a
quolibet. Inde d: in pſ. Exaltabit vt here
ditate capias terrā. Nec mirū: q: dñs ipſe
qui eſt immutabilis/ſimplex/⁊ infinite bo
nitatis eſt hereditas ſanctorꝫ: ſm illud Nu
me. xviij. Ego pars ⁊ hereditas tua Iſrl̄.
⁊ Deut̄. xviij. Dñs ipſe eſt hereditas eorū.
Quarto exhibuit nobis ſuā preſentiā: qñ
verbū caro factū eſt: ⁊ habitauit in nobis
quando verbū abbreuiatū eſt in carne. Si
nos faciamus breue verbū ⁊ nos humilie
mus: habitabit nobiſcū. Alˀs nō erim⁹ di-
gni cōuerſatione eius. Cōſideremus autēꝫ
quanta fecit: q: deus eternus factus eſt
vnius diei puer: ⁊ qui celū ⁊ terrā implet
in virginis vtero. Et ſic verbū caro factuꝫ
eſt: vt ſicut aurum ſub ſacco abſconditur:
ſic diuinitas lateret ſub carne. Inde dicit̄
Eſaie. xlv. Tu es deus abſconditus. Et Za
charie. iiij. Lampas ſup caput ei⁹. i. huma
nitas ſup diuinitate eā tegens. Humani-
tas vero d: lampas ꝓpter fragilitatem q̄ in
vitro ſignificat̄. Verbū caro factū eſt: ecce
mirabilem cōuerſionēꝫ quā querebat Da

K
Hereditas.
Hereditas celi multum differt ab hereditate terrena

uid dicens. Dñe cōuertere de celo ⁊ vide. i.
fac cōuerſionem dei in hoīem: vt deus ho-
mo fiat: ⁊ ſic viſites vineā iſtā. Ecce qui in
terra iādudū in lapide ſcripſerat Iudeorꝫ
duritiā inclinās ſe in carneꝫ ſcripſit in ter-
ra cordis teneritudineꝫ. Et qui portat oīa
verbo virtutis ſue: nunc ab infirmitate no
ſtra portat̄: ⁊ radix oīm de virgula ſua na
ſcitur. Quinto cōmunicauit nobis ſua do-
na: ſuā gloriā ⁊ virtutes: q: vidim⁹ gloriā
eius in miraculis: in transfiguratione: glo
riam quaſi vnigeniti. i. ſolius filij regis na
turalis. Et ſequit̄. Plenum gratie ⁊ verita
tis. gratie cōtra defectū peccati: ⁊ verita-
tis cōtra defectū ignorantie. vñ Augu. Fi
lius dei venit ad nos: ſcꝫ illuſis veritas: er-
rantibus via: mortuis vita: fatuis ſapien-
tia: infirmis medicina: captiuis redēptio:
famelicis refectio: ⁊ ideo deſideratus cun
ctis gentibus. Quia humilis venit: offen
derunt in illum hoīes: q: excelſus ventur⁹
eſt ad iudicium: ſup quem venerit cōteret
eum. Sed illum nō cōteret venturus: quē
nō quaſſauit cū venit. Qui humilem nō of
fendit: nō formidabit excelſum.

De eodem feſto Sermo. x. ⁊ in ordine
xlvj. per thema.

In humilitate no-
ſtra memor fuit noſtri. Pſal.
cxxxv. Sed quō dicit̄ ꝙ deus
fuit memor noſtri? Nōne ipſe
patitur obliuionem vt ſic aliquando obli-
uiſcatur noſtri? Scriptuꝫ eſt. Memor erit
in ſeculū teſtamenti ſui. i. ordinationis ſue
quaꝫ de nobis fieri inſtituit. Quomō igit̄
dicim⁹ ꝙ in humilitate noſtra memor fuit
noſtri? Reſpondet̄. Dupliciter dicit̄ recor-
dari deus. Vno modo memoria ſimplicis
viſionis: qua oīa memoriter tenet: nec cui
uſꝗ obliuiſcitur. ſicut quis memoriter te
net multa: nec tamen ꝓpterea erit in actū
eorꝫ que cognoſcit. Et de hac dicitur Eccli
xxiiij. Memoria mea in generatione ſecu-
lorum. Alio modo dicit̄ memorari: q: ⁊ co
gnoſcit ⁊ cognita in tēpore opportuno ad
effectū producit: ⁊ obliuiſci cum nō videt̄
educere. ⁊ ſic deus cum iuſtitiā facit videt̄
ſue miē obliuiſci. Sic memoratur iuſtitie
ſue qñ nos flagellat. Inde pſ. ait. Neme-
mineris iniqtatū nr̄arū antiquarū. Sicvi
dua Helie. Quia diuertiſti ad ancillā tuaꝫ
rememorate ſunt iniquitates mee. Sicr

A
Memorari.
Dupliciter dicitur deus memorari.



de iuſtitia dicit pſ. Dñe memorabor iuſti-
tie tue ſolius. Obliuiſci autē videt̄ iuſtitie
ſue: quādo pro tēpore patitur malos ad li
bitum agere et non punit. Similis magi-
ſtro q̄ aliquādo diſſimulat pueros punire:
et ideo videt̄ fuiſſe oblit⁹ defectus eorum:
ſed tñ reſeruat in ſcrinio pectoris ſui vſꝗ
ad tēpus opportunū. Sic ⁊ dñs q̄ dicit de
vitijs malorꝫ. Deut̄. xxxij. Nōne hec cōdita
ſunt apud me: ⁊ ſignata in theſauris meis.
Qui quo ad miāꝫ obliuiſcet̄ eos in īferno.
pſ. Nec memor ero noīm eorum per labia
mea. Sed recordabit̄ iuſtorum ad premiā-
dum. pſ. In memoria eterna erit iuſt⁹. Hu
ius miē quā pollicitus erat patrib⁹ videba
tur obliuiſci: ꝓpterea clamabat natura hu
mana. Vſꝗquo cōtinebis in ira tua miās
tuas. Memēto noſtri dñe in bñplacito po
puli tui. Viſita nos ī ſalutari tuo. Vere eñ
tu es deus abſcōditus. Vnum peccatū cō-
miſi: ⁊ me perditū requiſiſti: ⁊ bene inueni
ſti in vna hora. Ecce iam te querim⁹ ꝑ qua
tuor aut quinꝗ milia annorū: ⁊ te nō inue
nimus. Sed hodie audiuim⁹ eum dicentē.
Ecce ego ipſe q̄ loquebar ecce aſſum. Inde
Maria ait. Recordat⁹ eſt miē ſue: ſicut lo
cutus eſt ad patres noſtros. Ad quā cōfu
giemus: dicētes Aue. In humilitate no
ſtra vel quā nobis inflixit: vel quā oblatā
a nobis vltro ſuſcepit: vel quam de noſtro
aſſumpſit memor fuit noſtri. Primo in hu
militate noſtra inflicta: q: inſoleſcim⁹ vir-
ga nos percutit ⁊ humiliat. Sicut eñ hu-
miliatus Manaſſes reſpectus eſt a deo: ſic
humiliata erat natura humana ante chri-
ſti aduētū. pſ. Quare humiliaſti nos in lo
co afflictiōis: ⁊ cooperuit nos vmbra mor
tis. Humiliata erat natura vſꝗ ad pulue-
rem mortis. Et non ſolum corpus ſed etiā
anima ꝓpter peccatū. pſ. Tu humiliaſti ſi
cut vulneratū ſuperbū ſcꝫ Adam inobediē
tem tuis mādatis. Et iterū. Humiliata eſt
in puluere aīa noſtra. Et rurſus. Humilia
ſti in cōpedibus aīam meā. Homo exiſtēs
in cōpedibus neꝗ manib⁹ neꝗ pedib⁹ ſe
iuuare poteſt. Sic nec operib⁹ nec affectio
nibus bonis ſe poterat homo iuuare quin
in infernū deſcēderet: non in infernū pro-
fundiſſimū nec in inferiorē: ſed bene in ſu-
periorem. Eſt eñ infernus ꝓfundiſſimus
ſm illud Iob. xvij. In ꝓfundiſſimū infer-
num deſcendent oīa mea. Eſt inferior. pſ.
Eruiſti animā meam ex inferno inferiori.

B
Peccatum.
Humiliata ſunt corpus et anima pro perpetrato peccatum.

Et iſte eſt conſciētia mala que continue tor
quet impiū remordēdo. Eſt infernus baſ-
ſus: ⁊ ille eſt limbus. pſ. Erat aīa mea ap-
propinquās in inferno deorſum. Eſt infer
nus ſuperior iſte mūdus. de quo pſ. Diſſi-
pata ſunt oſſa noſtra ſecus infernū. Et in
iſto vexabātur hoīes quātūcūꝗ iuſti ante
chriſti aduentū: et tandem deſcēdebant in
infernū baſſum: ſcꝫ in limbum. Secūdo in
humilitate noſtra quā oblatam vltro a no
bis ſuſcepit memorat̄ noſtri: cum ſcꝫ humi
liamus nos ante eum cognoſcētes defe-
ctus noſtros: ⁊ iſtam nō deſpicit deus. pſ.
Cor contritū ⁊ humiliatū deus non deſpi-
cies. contritū: id eſt in minuta diuiſum ſm
particulas cordis. Tertio multo amplius
in humilitate noſtra. i. illa quā de noſtro
aſſumpſit memor fuit noſtri. Qm̄ duplici-
ter ſolemus memorari. Primo quidem qñ
nodum facimus in corrigia. Secūdo quā-
do ſcribim⁹ pro memoria. Idcirco ſm hec
duabus partibus oſtendemus quomodo
dñs memor fui noſtri. Primo igitur do-
minus vt noſtri memoraret̄ nodū fecit in
corrigia: quādo videlicet nodauit diuinita
tem cum humanitate. Cuius nodū confeſ-
ſus eſt Ioānes ſe neſcire diſſoluere dicēs.
Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam
calciamentorū eius. Ioā. j. Vnde malleus
vniuerſe terre hoīem ſolum ex duobus ſcꝫ
anima ⁊ corpore cōpoſitū cōfregerat: quia
non ſatis erat fortis: hic autē cum duob⁹
tertiū adiūxit ſcꝫ diuinitatē: ⁊ ideo nō po-
tuit eum diabolus vincere. Et ꝓpterea cla
mabat natura humana vt filius dei in au-
xilium eius mitteret̄ cōquerēdo. Tu autē
auertiſti ⁊ diſtuliſti chriſtū tuum. Et ſequi
tur. Memorare q̄ mea ſubſtātia. Nunqd
eñ vane cōſtituiſti oēs filios hoīm? Et ite
rum. Vſꝗquo dñe obliuiſceris me in finē.
Sed in conceptione in humilitate Marie
memor fuit noſtri quādo factus eſt nodus
ille ⁊ in ſacrario virginis repoſitus. Hodie
vero apparuit nobis hec miā: hodie miā ⁊
veritas obuiauerūt ſibi: hodie cum diuina
iuſtitia mixta eſt miā eterna: hodie in ſta-
bulo a cōmuni quot apparuit quādo in no
ſtra fragilitate memor fuit noſtri. Sed
quomodo dicimus humanitatē chriſti eſſe
humilitatē noſtrā? Dicit̄ pmo ꝙ quatuor
modis capitur humilitas. Vno modo pro
flagellatione ⁊ depreſſione alicuius: quā-
do ab eo auferūtur ea ex quibus natus eſt

C
Infernus.
De multiplici inferno.

D
Memorari.
Natiuitas christi.
Christus nodum fecit in corrigia in natiuitate vt nostri memoraretur.

E
Humanitas christi.
Quare humanitas christi dicitur humilitas nostra.

Universidad de Deusto Biblioteca



erigi: vel ea ſibi inferūtur ꝓpter quorum
abſentiam inſoleſcere ſolet. Sicut illi facie
bant Joſeph: de q̄bus pſ̄. Humiliauerunt
in cōpedibus pedes eius. Et Luce. xiiij. et
xviij. Qui ſe exaltat/humiliabit̃. Secūdo
mō pro ſeruilitate ⁊ obſequioſitate. Inde
dicit Ariſto. in. iiij. Ethicorū. Propter qđ
omnes blāditores ⁊ obſequioſi ſeruiles: ⁊
oēs humiles blāditores. Tertio modo pro
exhibitione ſig[...]ū humiliū. Quarto pro
contēptu firmo [...]rationabili earū rerum
que cōmuniter ex[...] ⁊ preclare ab oībus
videntur: vt ꝓpter preſentiā earum non eri
gatur animus ſupra dignitatē ſuam ⁊ ſu
pra ſe: ⁊ iſta eſt virtus. Secūdo dicit̃ ꝙ hu
manitas noſtra pōt dici humilitas cauſali
ter: q2 vera humilitas cauſat̃ ⁊ oritur ex ve
ra noſtre fragilitatis recognitione. Tantū
enim eſt paupertatis defectuū ⁊ terrenita
tis ⁊ peccatorū in nobis: vt inde occaſiona
liter ī nobis humilitas oriri debeat. Ideo
dicit̃ Michee. vj. Humiliatio tua ī medio
tui. i. in conſciētia vel in corde qđ eſt in me
dio hoīs: quaſi dicat non eſt tibi lōge que
rēda humilitas: cuius tantā in temetipſo
inuenis materiā. Sicut eñ aranea in me
dio tele reſidens omnē motū factū in qua
cunqꝫ parte tele ſentit ⁊ percipit: ſic aīa in
cētro cordis quaſi in medio ſui oē factū in
quacūqꝫ parte corporis deprehēdit. Et ita
ſi homo ibi ſtuderet: cauſam ſue humilita
tis proculdubio inueniret nec inſoleſceret
proſperis/nec frangeretur aduerſis. Dicit̃
tertio ꝙ humanitas chriſti pōt vocari hu
militas noſtra. Primo quia oībus flagella
tionibus/depreſſionibus ⁊ miſerijs q̄bus
affligimur (dempta culpa ⁊ cōſequētibus
ad eam) vexatus eſt chriſtus et humiliatꝰ
ſicut patuit per totum decurſum vite ſue.
Scđo: quia humanitas illa de tam humili
materia formata eſt quo ad corpꝰ ſicut no
ſtra: ſcʒ de terra: immo ⁊ de limo terre. Ad
hoc autē vt ſit limus duo requirūtur: ſcilʒ
humor ⁊ terra. Qualiter ergo factꝰ ſit iſte
limus docet pſal. dicēs. Deſcēdet ſicut ſtil
licidia ſtillantia ſuper terram. Stillicidia
ſtillant ſuper terrā ⁊ faciūt limū: quia celi
rorauerūt deſup: ⁊ ſpōſſanctꝰ pluuiā volū
tariam gratie deſup effudit: et ſic factū eſt
corpus ſaluatoris animatū. Simul eñ fa
cta ſunt que Moyſes ſimul dicere non po
tuit. Ait eñ primo. Formauit hoīem de li
mo terre: ⁊ hoc quātū ad corpus. Et inſpi
rauit in faciē eius ſpiraculū vite: ⁊ factꝰ eſt
homo in aīam viuentē: ⁊ hoc quo ad aīam
dictū eſt. Sed ꝙcito virgo credidit: tācito
corpus ſaluatoris de carne v̄ginea forma
tum fuit: et anima eidem infuſa: ⁊ deitas
vtriqꝫ vnita. Limꝰ autē terra eſt aqua per
fuſa ⁊ mollis. Dicit̃ quarto ꝙ ideo ex tam
humili materia ſcʒ de limo terre formauit
deus humanitatē chriſti: vt ſcʒ ex formato
re haberet puritatē: ⁊ de limo infirmitatē.
Haberet puritatē qua te mundaret: infir
mitatem qua te redimeret. Niſi eñ habe
ret infirmitatē: pro te mori non poſſet. Fa
ctus eſt de limo terre: vt te de limo profun
di extraheret. Iacebas o hō in limo ꝓfun
di: ſm̄ ꝙ ſcriptū eſt. Infixus ſum in limo
profundi: ⁊ non eſt ſubſtātia. i. non eſt vbi
pes ſubſiſtat: q̄ infixus eſt in limo habente
profunditatē. Pedem eniʒ inde extrahere
non poteſt: ſed nec pedem alicubi ſtabilire:
immo huc illucqꝫ labitur. Ita eras tu infi
xus in limo ꝓfunde carnalis voluptatis et
ſecularis cupiditatis. Sed chriſtꝰ inde te
extraxit factus de tuo limo. Eras tu lutuʒ
cōpaginatū: ⁊ habebas in te lutum inna
tum peccatū hereditariū: ⁊ lutum aliunde
delatum. Sed chriſtus fecit tibi lutum ad
medicinā datum. Eras lutuʒ cōpaginatū:
ſm̄ ꝙ dicit Job. x. Memēto queſo ꝙ ſicut
lutum feceris me. Erat tibi lutum innatū
carnale deſideriū: hoc eſt lutū fecis de quo
tu dicis referēdo gratiam chriſto. Eripuit
me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis. Erat lu
tum aliūde delatū cupiditas que ab illis
exterioribꝰ venit: que vocat̃ lutum platea
rum. Ex viſione eñ platearū ⁊ locorum di
uerſorum conſurgit illa cupiditas. de quo
pſ̄. Ut lutū platearū delebo eos. Sed ipſe
fecit tibi lutum ad medicinā datum: ſm̄ ꝙ
dictū eſt. Lutum fecit ex ſputo ⁊ liniuit ocu
los meos. Et non tm̄ oculos tuos illumi
nauit: immo te totum ſanauit. Factus eſt
ergo homo iſte de limo vt te liberaret a ſer
uitio qđ impēdebas diabolo in luto ⁊ late
re. i. in peccato luxurie per prauā cōſuetu
dinem indurato. Quid eñ latet niſi lutum
induratū? Si igitur te eripuit de luto ho
mo de luto factus: qūo te iterū proijcis in
lutum? Dicitur quinto ꝙ veritas hoc eſt fi
lius dei q̄ eſt veritas: de terra orta eſt aſſu
mēs hūanitatē de terra: vt excluderet falſi
tatē q̄ in celo orta eſt. In p̄ncipio mūdi or
ta eſt falſitas in celo ⁊ de celo: ſed ipſa pon

F Hūanitas chriſti. Quare de limo facta ē hūanitas chriſti.





dere ſuo ſuum genitoreʒ de celo ad terram
traduxit et totam terram repleuit. Sed in
nouiſſimis diebꝰ veritas de terra orta eſt:
que falſitatē a terra ſubduxit: et dilectori
bus veritatis viam in celo parauit. In hac
terra aurum eſt optimū inuentū: ſm̄ ꝙ di
citur Geñ. ij. In ea inuenit̃ aurum: ⁊ aurū
terre illius optimum eſt. In hac factus eſt
anulus Aſſueri regis: in quo erat aurum ⁊
gemma ⁊ nomen regis. Aurum caro: gem
ma anima: ⁊ regiū nomen deitas filij: qui
anulus ablatus eſt Aman ⁊ datus Mar
docheo: quia ablatus eſt a populo iudaico
et datus pplo chriſtiano. Iuxta illud apo
ſtoli. Quia repuliſtis a vobis verbum vite
huius: ecce cōuertimur ad gētes. Huiꝰ ter
re (vt dicit Eſaias) fructus eſt ſublimis: q2
homo natus eſt in ea: ⁊ ipſe homo: nō ſm̄
ꝙ homo ſed ſm̄ ꝙ altiſſimꝰ: fundauit eā.
¶ Pro ſcđa parte videndū eſt qūo dñs vt
noſtri efficatius memoraret̃: ſcripſit ⁊ im
preſſit in purgameno ſue humanitatis ſex
notulas cum q̄bus cātauit canticū nouū:
et vult ꝙ ſimiliter cum eo cantemus. Sūt
autē inter alias due notule infime: ſcʒ vt:
re. due medie ſcʒ mi: fa. due ſupreme ſcʒ ſol
la. Prime due ſignificāt duas virtutes ſcʒ
humilitatē ⁊ paupertatē: q̄ maxime ei cō
petebant puero naſcenti. Due medie ſigni
ficant iuſtitiā ⁊ veritatē: que ei cōueniebāt
vt proficienti. Due ſupreme fuerūt pietas
et poteſtas: que ei cōpetebant vt viro iam
perfecto. ¶ Primo igitur dñs naſcēdo im
preſſit in ſua humanitate notulas humili
tatis et paupertatis. Humilitatis quidē: q2
exinaniuit ſemetipſum formam ſerui acci
piens: in ſimilitudinē hoīm factꝰ. Pauper
tatis autē: quia factus eſt vir videns pau
pertatem noſtrā. Cuius rei Dauid figura
fuit. Rex quidē in bello victorioſiſſimus ⁊
imperioſus: qui tm̄ humilis ait. Ludā ⁊ vi
lior fiam. Diues ⁊ inclytus valde q̄ dicit in
pſ̄. Pauper ſum ego ⁊ in laboribꝰ a iuuen
tute mea. Paupertas v̄o chriſtū in ſua na
tiuitate pānis inuoluit: ⁊ humilitas in pre
ſepio reclinauit. Iſta eſt humilitas chriſti
per quam vita primo intrauit in mundū:
ſicut per ſuperbiā mors primo intrauerat
in orbem terrarū. Per aliam eñ viam ma
gi reuerſi ſunt in regionē ſuam. Sicut eñ
per ſuperbiā primo recedimꝰ a deo: ſic per
humilitatē primo accedimꝰ ad eum. Et cū
dñs Jeſus in oībus virtutibus polleat et
cōmendetur: maxime tm̄ de humilitate cō
mendatur: adeo ꝙ pre ceteris virtutibꝰ de
ea ſcholas celeſtes erexerit dicēs. Diſcite a
me: quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Sic ⁊
Maria pre ceteris virtutibꝰ quas habuit
humilitatē prepoſuit: quia ſicut per ſuper
biam Eue mors intrauit in mundū: ſic per
humilitatē Marie vite introitꝰ panditur:
vt tanto humilior: quāto altior. Canti. v.
Ibo mihi ad montē myrrhe: ⁊ ad collē thu
ris. Gloſ. Mons myrrhe [...]ltitudo contē
plationis. collis thuris [...]umilitas in intē
tione. Unde ⁊ Maria poſtq̄ ſe dixit exul
taſſe in ſpiritu contēplationis: ſubiūxit de
hūilitate ⁊ paruitate ſua oraculū. Umbra
enim corporis breuior eſt in meridie ſcʒ cō
templationis: ⁊ luna accedēs ad ſolem de
creſcit: ⁊ ſol altior humiliores radios emit
tit. Arbor etiā quātomagis eſt fructibus
onerata: tantomagis ſe inclinat. Sic quā
to quis eſt melior ⁊ plenus bonis operibꝰ:
magis humiliat̃. Uas enim vacuū ſuper
enatat: plenū auteʒ auro fundū petit. Sic
vacuus diuina gratia/ſuper alios natat et
ſe extollit. Sicut autē equus infrenatꝰ nō
poteſt herbā minutā et breuem comedere
ſed longā: ſic diabolus a dño infrenatꝰ: ſu
perbis nō humilibꝰ poteſt nocere. Et ſicut
in ſtatera minimus qui pōderat mittit̃ in
theſaurū: ⁊ qui aſcendit non: ſic ſuperbus
qui non habet pondus humilitatis a the
ſauro regni celorū excludit̃: ſm̄ illđ Jere.
vj. Argentū reprobū vocaui eos. Pauper
tatem inſup talem habuit chriſtus ꝙ non
habebat vbi caput ſuum reclinaret: niſi for
te ꝙ intrās in mundū habuit ſtabulū pro
hoſpitio cum boue ⁊ aſino: inuolutꝰ in vili
pāniculo. Hinc Augu. Quid ſolicitꝰ es de
regali edificio? ecce ſaluator tuus nō hʒ lo
cū in diuerſorio. Quid ſolicitꝰ es de clientū
collegio? ecce ſaluator tuꝰ cū boue ⁊ aſino.
Nō ergo debemus paupertatē abhorrere
ſed libēter amplecti. Glorioſus miles non
dedignat̃ portare pānū vilem: ſi rex prius
portauerit. Paupertas primo fuit dedeco
ri: ſed nūc decori nobilitata per regem no
ſtrū. Silr̄ miles chriſti non timet portare
vexillū eius. Paupertas autē vexillū eſt dñi:
cui cōtradicit̃ a multis: maxime auaris di
centibus illud pſ̄. Signa noſtra non vidi
mus. Modo enim relinquitur paupertas
diuine prouidētie: ſicut pueri qui proijciū
tur ad hoſpitale. Sʒ merces magna repro

G Natiuitas chriſti. Chriſtꝰ impreſſit ſibi notulas hūilitatis ⁊ paupertatis in natiuitate.

H Humilitas. Quāto qs melior tāto maiorē habet humilitatem.

I Paupertas. Paupertatē debemus amplecti cum chriſto.

Universidad de Deusto Biblioteca



mittitur amplectenti paupꝛtatem. Unde quidā rex duas habuit filias: vnā pulchrā ⁊ aliā turpem. Pulchra ab oībus amabat ⁊ venerabat. Turpis ꝟo ab oībus cōtēnebatur. Que dum fleret coram rege: ait rex. Noli flere: qꝛ q̄ te acceperit dabo ei regnū. Qui aūt acceperit ſororem tuā: nihil accipiet ſecū niſi pulchritudinem ſuaꝫ. Soror pulchra vita eſt ꝓſpera: qua qui fruit: nō habebit regnum celeſte. Soror ꝟo turpis paupertas eſt voluntaria: cui repromittit vita eterna a dño dicente. Beati paupes ſpiritu: qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Anaxagoras poſt longā peregrinationem ꝓ ſtudio ſapientie in patriā reuerſus: cū poſſeſſiones ſuas deſertas videret. Non eſſem (inquit) ego ſaluus/ niſi iſte peryſſent.

¶ Secūdo impreſſit dñs in ſua humanitate notulas iuſtitie ⁊ veritatis: ⁊ eas oſtendit in ꝓgreſſu. Aſtitit em̄ puero ꝓficienti ſapientia ⁊ etate: comes ⁊ magiſtra veritas ad loquendū: ad ambulandū recte iuſtitia. Nam veritas docebat eū loqui: iuſtitia ꝟo ambulare. Ueritas in predicatione: iuſtitia in cōuerſatione. Unde chriſtus peccatores ſylueſtres dulcedine cōuerſatiōis ſue ⁊ predicationis ad eccleſie ⁊ religiōis ciuitatem vocauit. Sicut Orpheus primo induxit ſua dulci monitione homīes ſylueſtres ſeparatim morantes ad cohabitationem cōem. Hoc aūt reputat Aug. vnū de maximis miraculis chriſti ꝙ ꝑ ſe pauperē ⁊ abiectū ⁊ apl̄os paucos ⁊ rudes: maiores totius mūdi ad eccleſie ciuitatem conuocauit. Iſta duo debent habere predicatores: vt ſcꝫ veritatem doceant: ⁊ iuſtitiaꝫ in cōuerſatione ſeruent: vt ſic tandem fructum afferāt in cōuerſione pctōꝝ: de quo gaudere poſſent: ſm̄ illud Eſa. ix. Letabūtur coram te: ſicut qui letant in meſſe. Paſtoribus em̄ primo annuntiat gaudiuꝫ de natiuitate dñi ad oſtendendū ꝙ cū gratia dei naſcit in hoīe: maxime gaudere debēt predicatores ⁊ prelati. Exemplo apl̄i queꝫ nihil letificare poterat niſi aīaꝝ cōuerſio. ij. Coꝝ. ij. Quis eſt q̄ me letificet: niſi q̄ contriſtatur ex me. i. ſm̄ cor meū ſcꝫ ad penitētiam. Sunt tñ multi q̄ magis diem natalitiū celebrant cū Herode: magis gaudentes cuꝫ diabolus naſcit in corde pctōris ꝑ pctm̄ q̄ꝫ cum chriſtus ꝑ pniam. de quibus Eccl̄i. xxvij. Laqueo peribūt q̄ oblectātur caſu iuſtoruꝫ. ¶ Tertio impreſſit dñs in ſe notulas pietatis ⁊ poteſtatis. De tāq̄ viro iam ꝑfecto aſſiſtūt: ⁊ in eius curia precipuum ſibi vendicant locū. Pietas erga ciues: ptās cōtra hoſtes. Pietas erga humiles ⁊ ſubiectos: poteſtas cōtra rebelles et ſuperbos. Pietas erga hoīes: ptās cōtra demones. De prima dicit. Ego quaſi agnꝰ manſuetus q̄ portat ad victimā. Hiere. xj. De ſcđa. Dñs fortis ⁊ potens: dñs potens in prelio. Pietas in paſſione: qn̄ ſm̄ ſuam miam ſaluos nos fecit. Poteſtas in eiꝰ reſurrectione. Io. xiiij. Poteſtatē habeo ponendi aīam meā: ⁊ iterū ſumendi eaꝫ. His oībus notulis in humanitate ſua impreſſis/ memor fuit dñs noſtri: ⁊ ideo debemꝰ nos eſſe etiam memores ſui: ⁊ ſingulariter in hac ſacratiſſima natiuitate. Primo diligendo ex corde puerū iſtum: ⁊ dando ei totum cor noſtrū. Si em̄ partiremur ipſum alienis: nō remaneret nobiſcū. Quia enim Salomō adamauit mulieres alienigenas alienauit ſe dñs ab eo: ⁊ ſuſcitauit ei aduerſariū. Et vxori Hieroboā. iij. Reg. xiiij. dicit ꝓpheta. In introitu pedū tuoꝝ. i. affectionū carnis in vrbem. i. in domū cordis morietur puer. i. ꝑdetur innocentia. Scđo cuſtodiēdo eū ſolicite a nociuis. Sicut em̄ volens cuſtodire paruuluꝫ cauet ne forte appropiet igni vel aque: ne ad modicū alterius impulſum cadens cōburat vel ſubmergat. Sic volens ſe cuſtodire cauere dꝫ ne appropiet igni carnalis voluptatis/ vel aque fluxibilitatis mūdane: ne impulſus a maligno ſpū ſe ꝑdat vel paruulū Ieſum. vñ Marci. ix. Malignꝰ ſpiritus frequēter quēdā miſit in igneꝫ ⁊ aquā vt eū ꝑderet. Iſidorus de ſummo bono. Satis rarū eſt vt inter mūdi voluptates poſitꝰ: a vitiis maneat illibatꝰ. In q̄bꝰ ⁊ ſi nō cito multiplicat: aliqn̄ trahit. Nec ei diu pōt eſſe ſecurus: q̄ periculo fuerit ꝓximꝰ. Hoc in Tobia minore ptꝫ. Tob. vj. qui manſit iuxta fluuiū Tigris nō intendens ꝓfundū fluminis intrare: ſed ſolū vti fluuio ad neceſſitatem ⁊ pedū ablutioneꝫ: ⁊ ecce piſcis immanis exilijt vt eum ꝑ pedes traheret ⁊ deuoraret. Sic quidam nullo modo intendunt ſe mūdi periculis inuoluere/ ſed manent iuxta mundum vt inde habeant neceſſitatē ⁊ quando querunt neceſſitatem ſuam accidit eis magnus piſcis. i. magnꝰ ſtatus honoris/ a quo pedes eoꝝ trahunt. i. affectiones ita tenentur ꝙ ab eis deuorant. Ter





tio oīa opera noſtra ad hunc puerum ordinādo. Si em̄ probari poteſt ꝙ viro abſente vxor eius cōceperit: filius eius eſt illegitimus: nec eſt cauſa pacis inter virū ⁊ vxorem/ ſed diuiſionis potiꝰ. Sic ſi opus faciēdo nō habuiſti cor ad deū/ tale opus inter te et deū non eſt materia pacis/ ſed diuiſionis. Cum autē opus bonū ꝓpter eū fit: naſcitur paruulus in nobis legitimus ex p̄re: qui nutriēdus eſt in paupertate ⁊ penitentia. Nutritus em̄ fuit Samuel in Sylo vbi erat arca dñi: in qua erant virga/ manna ⁊ tabule teſtamēti. Uirga. i. penitētia. māna id eſt dulcis affectus ⁊ deuotio ⁊ tabule teſtamenti. i. mandatorū dei ⁊ eius precepto rum recordatio ⁊ obſeruatio.

¶ De ſancto Stephano ꝓtomartyre. Sermo. j. ⁊ in ordine. xlvij. per thema.

A Plenitudo gratie. De triplici plenitudine gratie chriſti/ Marie ⁊ Stephani.

STephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia ⁊ ſigna magna in pplo. Act. vj. Uidet ex iſto verbo ꝙ beatus Stephanus in maiori ꝓuilegio ſanctitatis precelſerit Mariā. Nam hic dr̄ Stephanꝰ plenus gratia ⁊ fortitudine. Maria aūt ſolū dicit Plena gratia. Luc. j. Plus aūt eſt eſſe plenū gratia ⁊ fortitudīe: ꝙ eſſe plenū gratia tantū. Reſpōdetur primo ꝙ ſicut venit plenitudo tēporis ſm̄ Apl̄m: ita venit tp̄s plenitudinis in quo nobis adducta eſt triplex plenitudo gratie: ſcꝫ ſupereffluētie/ excellētie/ ⁊ ſufficientie. Inde eſt ꝙ licet chriſtus dicat plenus grā: ⁊ Maria plena gratia: ⁊ Stephanꝰ ſimiliter plenꝰ gratia: non tñ ſequit ꝙ ſint equales in grā. Aliter em̄ fons plenꝰ eſt aqua. aliter riuꝰ. ⁊ aliter vas. Chriſtꝰ habuit plenitudinē fontis: qꝛ ab ipſo oīa gratia deriuat. Io. j. De plenitudine eiꝰ oēs accepimꝰ. Sed Maria plenitudinē riui habuit. Per ipſam em̄ ad nos fons deriuat. Eccl̄i. xxiiij. de ipſa dr̄. Ego q̄ſi aqueductus exiui de paradiſo. Sed Stephanꝰ habuit plenitudinē vaſis: qđ non tantū cōtinet ſicut riuꝰ: ideo licet ſint oēs pleni grā non tamē equales. Dicit ſcđo ꝙ licet Maria tantū dicatur gratia plena: non tamen negatur quin ſit plena fortitudine ⁊ ceteris virtutibꝰ. Unde chriſtus eſt ſicut caput eccleſie a quo oīs gratia ⁊ fortitudo deriuat in eccleſia dei: ſed per collum qđ eſt Maria (De qua dr̄ Cant. iiij. Collū tuū ſicut turris Dauid edificata cū propugnaculis. Mille clypei pendūt ex ea oīs armatura fortiū.) deſcēdit in cetera mēbra: puta in martyres qui ſunt brachia eccleſie protegētia eccleſiā vel etiam humeri ad ſuſtinendū eccleſiam: vel etiā barba capitis/ ſicut dicimus ꝙ viriles habēt barbam hoīs. Et ideo gratia eſt ſicut vnguentū in capite chriſti qđ deſcēdit in barbā Aaron. i. in fortes eccleſie. ⁊ quod deſcēdit in orā veſtimēti eius. i. in minores de eccleſia. Ideo ad Mariā que eſt eccleſie collū ⁊ riuus gratiarū recurrimus/ offerētes ei illud ſalutare angelicum Aue.

¶ Dicimus itaq̄ꝫ ꝙ ſanctus Stephanꝰ eſt plenus gratia ſicut vas. Uas autē in quo debet miniſtrari dño: duo debet hr̄e. Prīo ꝙ ſit mundū ⁊ terſum: qꝛ in vaſe lutoſo nō offerretur dño. Uas autē quanto macula plus manet in eo/ tāto cum maiori difficultate aufertur. Ideo vas qđ frequenter colligit immūditias/ frequenter debet lauari. Uaſa autē que frequēter colligunt immunditias ſumus nos: ⁊ hoc quātū ad corpus: in ore/ oculo/ ⁊ aure: ⁊ in corde cogitatiōes immūdas. Ideo debemus nos frequenter lauare per penitentiā. Prouer. xxvj. Aufer rubiginē de argento: ⁊ egredietur vas puriſſimū. Nam perſona inueterata in peccato vix aut nunq̄ꝫ ſe poteſt corrigere. Sicut multi q̄ vix in anno ſe poſſunt lauare. Propterea timēdū eſt ne dñs faciat eis ſicut fecit Dauid Miphiboſech. de quo. ij. Regū xix. ꝙ occurrit Dauid non lotis pedibus ⁊ barba intōſa: nec veſtes ſue fuerant lote a magno tēpore. Et tūc Dauid diuiſit ſibi hereditatē ſuam: et dedit vnā partem Sibe. Sic chriſtus venit ad nos tēpore natiuitatis/ et in alijs magnis feſtis: ſed multi ſibi occurrunt immūde: quia cor non habēt lotum nec conuerſationē. Nunq̄ꝫ em̄ propter bonū feſtum mutant ſuā malā vitam/ licet mutent ſuam malā tunicā: ⁊ barba eſt intōſa: quia ſuperflua bona ſua non diſtribuūt pauperibꝰ. Ideo amouebit eis dñs meliorem partē hereditatis ſue ſcꝫ eternā/ dimittendo eis hereditatē mundi que parum valet. Sed non ſic venit Stephanus obuiam deo qui ꝟginitate purus erat ⁊ caſtus: qui oīa ſua dereliquerat cum ceteris qui erāt de primitiua eccleſia. Mūdus quidē a mūdo per abrenuntiationē: mundus a carne ꝑ abſtinentiā: ſed mūdiſſimus per ſanguinis ſui ablutionē; ideo bene dicit Stephanus

B Stephanꝰ. Stephanꝰ habuit munditiā ⁊ ſoliditatē ſic vas in q̄ miniſtrandum eſt dño.

Universidad de Deusto Biblioteca



plenus gratia. Sc̄do debet eſſe vas firmū
et ſolidū:q̄ aliter non eſſet multū apprecia
bile propter inſoliditatem eius/ſicut nec vi
trū:q[illegible]d ſi eſſet firmū appreciaretur ſicut
aurū. Inde (vt dicit Policraticus) Octauia
nus fecit occidi vnū qui ſibi attulit vitra q̄
proiecta in terrā non frangebātur:⁊ hoc ne
vileſceret aurū ⁊ vitrum eſſet in maiori re=
putatione. Inde dicit̄ Eccl'i. xxj. Cor fatui
quaſi vas confractū:⁊ omnē ſapientiā non
tenebit. Se[illegible]ſtus eſt quaſi vas auri ſoli=
dum ornatu[illegible]omni lapide precioſo. Sic ⁊
Stephanus [illegible]ibus tentationibus fuit
firmus ⁊ vas auri ſolidū: nec infirmū/ſed
conſtans:q̄ plenus gratia. Uas vacuū ſta=
tim ad ignem frangitur: ſed q̄ ad ignē tri=
bulationis nō eſt fractus concludit̄ q̄ Ste
phanus erat plenus gratia ⁊ fortitudine.
¶ Matutino ſermone iuxta thema dicem⁹
quō Stephanus gr̄a dei repletus eſt: poſt
prandiū vero quō fortitudine ⁊ conſtātia.

E
Pleni=
tudo va
ſis.
Per q̄=
tuor co
gnoſci=
m⁹ ple=
nitudi=
nem va
ſis.

¶ Per quatuor cognoſcere poſſum⁹ quādo
aliquod vas eſt plenū liquore. Primo quā=
do nō poteſt amplius recipere: ſed ſi q̄d ſu=
perinfunditur/defluit per ſuperi⁹. Sic ali=
quis d̄r plenus gratia ſpiritus ſancti:quā=
do ita repletus eſt gratia ⁊ ſpūs ſancti con
ſolatione q̄ nullā aliam conſolationē reci=
pere poteſt:nec inuenire cōplacentiā in ali=
qua re mundi/ſed oīa ſunt ſibi amara. Iu=
xta illud Ps̄. Renuit conſolari aīa mea:ſcʒ
in his tēporalibus. memor fui dei ⁊ delecta
tus ſum. Nec mirū:q̄ qui habet bonum vi
nū gratie/non querit aquā fetidam delecta
tionis mundane. Et ſm Bern̄. Delicata eſt
diuina conſolatio: nec datur admittenti=
bus alienā:ſed in mēte quam ſpūs ſanctus
repleuerit (vt ait Greg.) Amaritudinē ter=
renorū in dulcedinem eternorū commutat.
Sic ⁊ beatus Stephanus ita fuit replet⁹
ſpiritu ſancto ⁊ gratia dei q̄ i nullo alio de
lectabatur. Et q̄ ita ſit apparuit: q̄ (vt di=
ctum eſt) oībus bonis ſuis abrenūtiauit/⁊
ad pedes apoſtolorū poſuit:cū illis de qui=
bus legitur Actuū. iiij. q̄ multitudinis cre
dentiū erat cor vnū ⁊ anima vna: ⁊ nullus
eorū que poſſidebat aliquid/ſuum eſſe dice
bat:ſed erāt illis omnia cōmunia. Ipſe em̄
erat de credentibus. Unde inuenitur diffe=
rentia inter repletionē factam a corporali=
bus ⁊ a ſpūalibus:quia corporalia quanto
magis multiplicātur:tanto magis implēt
vas materiale ⁊ reddunt magis pondero=

D
Reple=
ri.
Differē
ter re=
plētur

ſum ⁊ inclinant deorſum:et quanto magis
multiplicantur:tātominus implēt vas ſpi=
rituale. ſ. cor hoīs:immo potius euacuant.
Auarus em̄ nō implebitur pecunia. Eccl's
v. ⁊ Ariſto. dicit in primo Politice: q̄ appe
titus cupidi eſt inſatiabilis: ⁊ tamen replē=
do ſic efficiunt ipſum magis pōderoſum et
inclinant deorſum. Ideo tales qui ita ſe re=
plent bonis tēporalibus reprehēdit Ps̄. di
cens. Filij hominū vſq̄ quo graui corde:vt
quid diligitis vanitatem ⁊ queritis mēda=
cium. Mendaciū quidē ſunt:q̄ multa pro
mittunt iſta bona. ſ. ſaturitatē ⁊ ſecuritatē
et iocūditatem: ⁊ de his oībus nihil habe=
tur. Hec etiā promittit mundus fallax ſibi
ſeruiētibus:ideo fatuus eſt qui ſibi ſeruit.
Fatuus em̄ ille eſt qui ſua expendit ꝑ per=
ſona que nullius eſt valoris: ⁊ que non po=
teſt ſibi retribuere mercedē. Mundus au=
tem parū valet: parū poteſt. Inde dicitur
Mat. ix. Quid prodeſt homini ſi mundum
vniuerſum lucret̄:anime vero ſue detrimē=
tū patiatur? Male em̄ retribuit amatorib⁹
ſuis pro eo quod ſibi faciunt et expendunt:
dum ab eo recedūt:q̄ pro ſeruitio quod fe=
cerunt ſibi dat eis modicā veſtem de tela: ⁊
ſic recedūt. O vere fatui qui ſic totū tēpus
expendūt ad ſeruiendū vanitati ⁊ mundo.
Et inde eſt q̄ religioſi iam de mūdi ſeruitio
expediti:portant illud in quo debēt ſepeliri
ac ſi eſſent iā ab eo ſoluti:quia mortui ſunt
mūdo. Beatus ergo Stephanus cū omni=
bus abrenūtiaſſet:non ſic mūdo ſeruiebat:
nec terrenis intēdebat:ſed (vt dicit epiſto=
la) intēdens in celū vidit gloriam dei. Ac ſi
vellet dicere:q̄ intēdebat ⁊ inſiſtebat ſerui
tio dei:ideo vidit paratū ſibi premiū. Sed
ſpūs ſanctus quāto magis abundat tanto
magis replet ⁊ replendo alleuiat: et trahit
ſurſum:q̄ deſurſum eſt:ſicut ignis q̄ quan=
to maior tanto velocius mouetur ſm Ari=
ſto. ſurſum eſt. Ideo cum Stephanus eſſet
plenus ſpū ſancto intendēs in celum vidit
gloriā dei. Etiam ſpiritus ſanctus eſt veri=
tas:ideo facit contēnere vanitatē. ¶ Secū=
do cognoſcitur q̄ vas eſt plenū quod dum
vertitur nō claquetat liquor intus exiſtēs.
Sic hoc modo Stephanus deputatus ab
apoſtolis ad officiū viduarum vt miniſtra=
ret eis: ⁊ veritas de officio predicatiōis ad
tale minus officiū nullum verbū dixit ſed
humiliter acceptauit. Licet em̄ eſſet Archi
diaconus ⁊ haberet gratiam predicandi et

res a
ſpūali=
bus et
corpali
bus.



miracula faciendi: tamen non eſt dedigna=
tus implere officiū ſibi iniūctum humile cō
miniſtrando fratribus. Et in hoc dn̄m imi
tabatur:qui non venit miniſtrari ſed mini=
ſtrare. Cauſa autē huius inſtitutionis fuit:
q̄ creſcēte multitudine fideliū per predica=
tionē apoſtolorū. vt habetur Act̄. vj. Con=
uerſi ſunt multi de his qui erant in Hieru=
ſalē qui dicebātur Hebrei: ⁊ de Iudeis qui
diſperſi fuerant in Antiochia ſub rege An=
tiocho: vel etiā de conuerſis a gentibus ad
iudaiſmū cum mulieribus eorū. Ideo quia
habitabāt quaſi religioſi in Hieruſalē:pro=
pterea murmur fuit inter Grecos ⁊ Hebre
os:quia mulieres Grecorū deſpiciebant̄ in
miniſterio: ⁊ hoc propter alterum duorum:
aut quia nō eis ita miniſtrabatur ſicut He
breis: aut q̄ erāt rudes magis q̄ Hebree.
Sed audita diſcordia dixerūt apoſtoli non
eſſe equū eos dimittere verbum dei ⁊ mini
ſtrare menſis:hoc eſt equū eſt nos predica=
re verbū dei ⁊ de tēporalibus non tantū ſe
intermiſcere. Sed modo fit oppoſitū: quia
dimittunt prelati predicationē:et inſiſtunt
tēporalibus. Dicūt enim q̄ oportet res ec=
cleſie ſeruare. Falluntur tamen quia ſi inſi=
ſterent predicationi ſeruarētur res eccleſie:
ſicut in primitiua eccleſia ꝑpter vitā ⁊ pre=
dicationem apoſtolorū omnia apportaban
tur ad pedes eorum. Quis em̄ tantū dota=
uit eccleſias? Utrū propter nobilitatem eo=
rum qui erant ibi:vtrū propterea quia ſcie=
bāt bene plebiſcitare ⁊ circūire curias? Nō
certe: ſed propter vite ſanctitatem ⁊ predi=
cationē. Modo vero quia iſta ceſſant pro=
pter que dabantur bona:ideo nunc magis
deſtrueretur eccleſia q̄ cōſtrueretur. Elege
runt ergo apoſtoli Stephanū plenum fide
et ſpū ſancto cum alijs ſex ad miniſtrandū
menſis. ſ. cum Philippo/Procoro/Nicano
re/Thimone/Parmena/⁊ Nicolao aduena
Antiocheno. Et ſic in iſta ordinatione Ste
phan⁹ fuit Archidiaconus: et inter ſeptem
primatū habuit. Inde dicit Augu. q̄ Ste=
phanus inter diaconos noīatus eſt prim⁹:
ſicut inter apoſtolos prim⁹ noīatus eſt Pe
trus. Qui licet eſſet apoſtolis minor officio
tamen oēs precessit martyrio: ⁊ qui primus
erat diſcipulus in miniſtrādo: fit cōſequen
ter magiſter in viā docendo:non ſolum ver
bo ſed opere. ¶ Sed videt̄ q̄ chriſtus iniu=
riā fecerit apoſtolis non tā cito eos euocā=
do ad celū ſicut Stephanū:nec tam cito cō

ferēdo eis prebendā paradiſi ſicut Stepha
no. Quod pꝫ:q̄ iuſtum eſt q̄ qui prius ha
bet gratiā expectatiuā primo prouideatur
in prebenda. Sed chriſtus primo p[illegible]omiſit
apl̄is prebendā paradiſi q̄ Stephano: di=
cens eis Luc. xxij. Ego diſpono vobis ſicut
diſpoſuit mihi pater me⁹ regnū ⁊c. Sed ad
hoc d̄r: q̄ papa in eadē eccleſia bene conce=
dit prebendā iſti ⁊ illi:tamen de gratia ſpe=
ciali ponitur aliquando in litera vni⁹. volo
autē hunc oībus anteferri:et ſic qui vltim⁹
impetrauerat ante oēs poſſi[illegible]bit. Sic chri=
ſtus primo ꝑmiſit preben[illegible] celi apoſtolis:
ſed de gr̄a ſpeciali Stephanū ante tulit: et
primū introduxit in poſſeſſionem eius per
martyriū:nec in hoc fecit iniuriā apoſtolis.
Primo q̄ nō minus participauerūt de pre
benda celi q̄ ſi fuiſſent primo euocati:īmo
plus q̄ continue poſt mortē beati Stepha
ni merebātur ⁊ augmentabant ſuā gloriā.
Sc̄do q̄ nemini de⁹ obligari poteſt: ⁊ licet
ei facere gratiā cui vult. Alioquin poſſet di
cere murmuranti illud prīſfamilias. Mat.
xx. Amice non facio tibi iniuriā. An non li=
cet mihi qd̄ volo facere? Tertio q̄ licet pri⁹
eis promiſiſſet dare regnū celorū:non tamē
promiſerat eis q̄ ipſi introducerent̄ primi
in poſſeſſionē illius:ſʒ ſufficiebat ad imple=
tionē promiſſionis ſue q̄ aliquādo eos in=
troduceret in illud:ſicut et fecit. Tertio co=
gnoſcit̄ vas plenum quādo fixe ⁊ immobili
ter ſtat:ſic q̄ cū difficultate moueri poteſt.
Sic beatus Stephan⁹ fixus erat ⁊ immo=
bilis ad omnē aduerſitatē contra infideles
teronomij. xxx. Circũcidet dñs deus tuus
cor tuum ⁊ cor ſeminis tui: vt dili[illegible]as dñʒ
deum tuum ex toto corde tuo. Hanc autẽʒ
ſpiritualem circumciſionẽ initiauit dñs in
Adam: quãdo ſibi prohibuit lignum ſcien
tie boni ⁊ mali. Gene. ij. Jn qua ſpirituali
circũciſione voluit electos ſuos proficere:
cum varia delectabilia ſm carnem eis pro
hibuit. Vitis em̃ que non putatur minus
fructificat: ſic qui non circũciditur a ſuper
fluis ⁊ nociuis cogitationibu[illegible]us fru
ctificat: et preces eccle[illegible] participat:
et cum hoc fructũ eterne glorie. Nũq̃ enĩʒ
ruſtico habenti vile artificiũ nobilis ⁊ po
tens daret filiam ſuam. Sic nec deus vile
peccati officiũ exercenti daret gloriã ſuaʒ.
Et ſicut volens habere filiam alicuius ma
gni ſolet ſe decẽtius gerere: ſic ⁊ nos ſi glo
riam velimus habere: debemus nos a vili
bus reſcindere ⁊ retrahere. Jnde dicunt fi
lij Jacob. i. angeli. illud Geñ. xxxiiij. Non
poſſumus facere qd̓ petitis: nec dare ſoro
rem noſtrã. i. vitam eternã homini incircũ
ciſo. i. immũdo. Sed in hoc valebimus fe
derari: ſi volueritis eſſe noſtri ſimiles. i. va
care munditie. Circũcidatur in vobis oĩs
maſculi ſexus. i. purgetur volũtas ab omni
peccato. ¶ Quo ad ſecũdo queſitũ dicitur
primo ꝙ in lege nature erat aliquod reme
dium contra peccatũ originale. Ratio eſt:
quia nũq̃ deus dimiſit hoĩem infirmũ in
firmitate ſpirituali ſine remedio. Si enim
(vt dicit Jſidorus lib. Etymo.) nũq̃ natu
ra fecit aliquod nociuũ homini: quin etiã
dederit remediũ. Dat exemplũ de baſiliſco
cõtra quẽ muſtela ſe armat: multominus
deus. Dicitur ſecũdo ꝙ ſm Grego. iiij. lib.
moraliũ: ⁊ recitaf a magiſtro. diſt. j. iiij. et
de cõſe. diſt. iiij. quod apud nos valet aqua
baptiſmi: hoc apud veteres egit ꝓ paruu
lis ſola fides. Et ratio eſt: qꝛ originale eſt
in paruulo nõ ex ſua culpa ſed aliena: ergo
rationabile eſt ꝙ ſibi ſubueniatur ex alie
na fide. Dicif tertio ꝙ oportebat ꝙ actus
ille actualiter dirigeref ad ſalutẽ paruuli:
et ſufficiebat ſola intẽtio: vel parentũ vel
aliorum hominũ dirigentiũ illam ſuam in
tentionem ad deum pro pueri ſalute: puta
obſecratio aliqua in fide mediatoris. Dici
tur quarto ꝙ non requirebãtur ſacramen
ta legis nature que erant tria: oblationes:
ſacrificia: ⁊ decime: propter tria que tene

E
Circumcidi.
Propter duo res aliqua ſcindif: ꝓpter q̇ debemus ſpiritualiter circũcidi.

F
Peccatum originale.
In lege nature erat certum remediuʒ contra originale: ſcʒ fides parentũ.

bantur credere: deum ſcʒ eſſe creatorē: redemptorē: ⁊ remuneratorē. Oblatiões in recogn[illegible]onē creationis: ⁊ erant dona deo oblata: [illegible]d ſacrificia in recognitionē redēptionis: quia ibi effundebať ſanguis: ſed decima quā offerebant ſignificabat in ſe imperfectionē ⁊ in deo perfectionē: et a deo expectare eam tāq̄ a remuneratore. Tenebantur tamē pro loco ⁊ tēpore ſuam profiteri fidem per iſta ſigna ſenſibilia quando erant [illegible]dulti: puta poſtq̄ peccauerāt mortalit[illegible]o receptione alicui⁹ boni. Nō enim tam[illegible]iū erat ſacramentū: quia non cōfere[illegible] gratiā/licet eſſet inſtitutum. Nec ſacerdotiū/licet eſſet: etiam in his q̄ non erant de ſtirpe Leui. de quo Hierony. ad Onagriū p̄ſbyterū. Abel: Enoch: et Noe placuerunt deo ⁊ victimas obtulerunt. Et Job legitur oblator munerum: et quotidie pro filijs ſuis hoſtias imolabat: cum tamen non fuerit de genere Leui/ſed de ſtirpe Eſau: inter principes Edom qui deo placerēt inuētus. Melchiſedech autē Chananeus fuit de ſtirpe Judeorū: et ante vſus eſt ſacerdotio q̄ʒ eſſet circūciſio: vt nō gentes ex Judeis/ſed Judei a gentibus ſacerdotium acciperent. Hec ille. Unde gloſ. ſuper illud Geñ. xiiij. Melchiſedech autē rex Salem ⁊c. ait q̄ Hebrei dicunt oēs primogenitos a Noe vſq̄ʒ ad Aaron fuiſſe ſacerdotes: vt patet de Melchiſedech quem ferūt nōnulli fuiſſe Sem filium Noe: queʒ vixiſſe tradunt vltra Abraam. xxxv. annis per oēs generatiões intermedias. A cui⁹ ortu vſq̄ʒ ad generationē Abrae fluxerant trecēti nonaginta anni. Uixit autē Abraā centum ⁊ ſeptuaginta annis: ⁊ ita de alijs primogenitis. Et idem dicit gloſ. ſup illud Geñ. xxvij. de veſtibus Eſau valde bonis. Iſta enim ſunt primogenita que vendidit Eſau Jacob. Nihilominu⁹ ſacerdotiū nūq̄ fuit ſacramētū: nec gratie collatiuū niſi in lege noua. Et ſi dicať q̄ fides nūc ſit eque efficax ſicut erat tūc: ⁊ per cōſequens nihil aliud oportebit nunc q̄ fidem ſolam. Reſpondetur primo q̄ nunc eſt perfectius remedium q̄ tunc: quia maior gratia confertur. Secūdo eſt certius: quia tunc non multum erat certum: modo autē certum eſt. Dicitur ſecūdo ſm Bonauenturā: q̄ qui ſeculariter viuit ad aliqua tenetur: ſed ſi religionem intrat: ad alia maiora teneť. Nunc autē intrauimus religionē chriſtianā ſicut Judei intrauerant ſuam: ideo tenemur ad precepta eius: quorum vnum eſt baptizari licet illi de prima lege non tenerētur: ⁊ hoc ad maius meritum noſtrū: nec ſufficit nobis ſola fides ſicut tunc.

F Fides. Ut nūc nō ſufficit ſola fides p paruulis.

¶ De eodem feſto Sermo ſecūdus. et in ordine. lxij. per thema precedens.

Queritur quare ē q̄ iſta die que eſt prima dies menſis ⁊ anni celebreť circūciſio dñi: in qua effuſus eſt ſanguis ſuus. Uidetur q̄ chriſtiani ſint viri ſanguinū: qui annum ſuum incipiunt a ſanguine: vbi tamē iſto die abſtinebāt gentiles ab effuſione ſanguinis: ita q̄ pauci reperiuntur hodie martyrizati reſpectu aliorum dierum. Dicitur primo q̄ ſanguis iſte chriſti effuſus eſt in ablutionē ⁊ redēptionem noſtrā: non in cōtaminationē ſicut ſanguis aliorum hoīm. Et ideo ad deuotandū q̄ ſicut hodie incipit annus vſualis et naturalis: ita etiā incipit annus gratie et redemptionis noſtre. Iſta die celebramus feſtum circūciſionis dñi: et prime effuſionis ſanguinis eius. In circūciſione enim quaſi arra quedā redēptionis noſtre nobis data eſt. In paſſione autē totum preciū perſolutum fuit: quādo totus ſanguis chriſti effuſus eſt. Unde duplicē habemus cōſiderare redēptionē chriſti. Unam que per ſanguinem ſuum facta eſt. Aliam per gratiā qua quotidie nos redemit deus. Chriſtus eniʒ fact⁹ eſt fideiuſſor: ⁊ qđ plus eſt: obſes pro nobis. Fideiuſſor eſt q̄ ſe obligat pro alio: vt ſi non ſoluerit ipſe ſoluat. Sed plus eſt eſſe obſidē: quia obſes ſe ponit perſonaliter pro alio in carcere: ſed quādoq̄ʒ de fideiuſſore fit redēptor. Quādo eñi ille p quo facta eſt fideiuſſio non eſt de ſoluēdo: fideiuſſor pro eo fit perſolutor et redēptor. Et quia non eramus de ſoluēdo pro peccatis ſm illud p̄s. Mutuabiť peccator ⁊ non ſoluet: ideo factus eſt dñs redēptor. Et inde hortatur ſapiens vnūquēq̄ʒ noſtrū. Eccli. xxix. Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris. Dedit eñi aīam ſuam pro te. Hoc autē promiſerat Oſee. xiij. dicēs. De manu mortis liberabo eos: de morte redimā eos. Et hodie incepit illud īplere: ita vt hodie poſſimus vere dicere illud Pſal. Redēptionē miſit dñs populo ſuo. Cū igitur fuerit hodie initiū noſtre redēptionis: non eſt mirū ſi illud myſteriū ſcriptū eſt in capite libri: et celebrať in principio mēſis ⁊ anni. Dicit ſecundo q̄ hodie habemus materiā multā gaudij pluſq̄ cetere nationes infidelium. Ratio eſt: q: ille cui dedicata eſt preſens feſtiuitas: vocat⁹ eſt hodie Jeſus. i. ſaluator: vt fiducialiter ſperem⁹ per eum ſalutē eternam: cuius expertes ſunt infideles. Dicūt autē Hiero. ⁊ Haymo q̄ in cūctis vrbib⁹: maxime in Egypto ⁊ in Alexādria: idololatrie vetus cōſuetudo fuit: vt vltimo die anni ⁊ menſis ponant menſam fortune refertam varij generis epulis ⁊ poculū mulſo mixtū: vel q: feliceʒ annū prebuerit: vel quia futurū felicem prebiturā putant. Si hec faciebant idololatre demoni in principio vel in fine anni: quātomagis deo vero debemus agere gratias de cōſeruatiōe et augmētatiōe felici bonorū ſpūaliū ⁊ tēporalium: ⁊ ſingulariter hodie pro initio redemptionis noſtre in circūciſione ſua: pro ſpe ſalutis nobis impreſſa quando voluit ſibi nomē ſaluatoris imponi. Nec tñ debet eſſe expers gratiarūactionis beata virgo Maria que crediť fuiſſe miniſtra hui⁹ circumciſiōis ⁊ impoſitiōis noīs Jeſus. Igitur ei ſupplices dicem⁹ Aue. ¶ Poſtq̄ dictum eſt de ratione inſtitutiōis circūciſionis: nunc cōſequēter dicendū eſt quare circūciſus eſt chriſtus. Et primo diceť de ipſa queſtiōe. Scđo quare octaua die iubebať fieri circūciſio. Tertio vtrū pueri q̄ moriebantur ante octauū diem peribāt. ¶ Quo ad primū videtur q̄ nō debuit chriſtus circumcidi. Nam circūciſio fiebat ad tollendum peccatū: maxime originale: ſed chriſtus nec ↄtraxit: nec fecit aliquod peccatū. Hinc Bernar. q̄ non feceris peccatū: etas ipſa manifeſtat. non q̄ contraxeris: multo fortius probat patris diuinitas ⁊ matris integritas. Eſt tibi pater ab eterno ſʒ de⁹: eſt tibi mater ex tēpore ſed virgo: nec pare re potuit incorruptio corruptelā. Preterea quid in Jeſu circūcidetur: cum nihil ſuperfluum habuerit? ¶ Reſpōdetur q̄ propter multa voluit circūcidi. Primo vt legem veterem approbaret: quam nō venit ſoluere ſed adimplere. Pſal. Preceptū poſuit ⁊ nō pretenbit. Debuit eñi per oīa fratrib⁹ aſſimilari. Alias dediſſet Judeis occaſionem ſcandali. Scandalizarenť eñi nunc fideles ſi viderent vnum hoīem non baptizari. Ex hac prima ratione cōcludiť q̄ princeps vel prelatus licet dicať ſolutus legibus: tamē debet pati legem quā tulit. Tum pro ſubditorum exemplo: tum pro reueren[illegible] preſtanda deo: vt ſcʒ nō ſecularia deſideria in eo videātur dominari. Habem⁹ multa exēplo in gentilibus: ſed nūc ſufficiat exemplū in circūciſione. Ex quo patet querelarū materia cōtra tot ⁊ tam leues excōmunicationum ⁊ irregularitatū cenſuras ⁊ reſeruationes caſuum in foro cōfeſſionis: quibus ſuperiores alligant ſuos ſubditos: ⁊ nolūt alligari. Scđa ratio eſt: vt hum[illegible] exēplum daret. Inde Ber[illegible]ā verbū caro factum eſt: filius de[illegible]inorat⁹ eſt paulominus ab angelis. Hodie ṽo iam multo minus minoratus eſt ab angelis: qui non ſolum habet formā hoīs: ſed etiā formam habet peccatoris: ⁊ infigitur quodā cauterio latronis. Pater eñi vidēs filium ſuum pelle Ade latronis indutū ſm ſimilitudinem carnis peccati: voluit vt cauterio circumciſionis ſignaretur. O vilis vermicule puluis ⁊ cinis. Deus tantū pro te humiliatur: ⁊ tu elatus ingratus deo ⁊ durus ⁊ cōtumax perſeueras. Sed adhuc dño paruʒ erat humilitatē factis oſtendiſſe: niſi etiaʒ inſuper noīe oſtenderet. Dicitur eñi in euāgelio: vt circūcideretur: non rex: non dños: non prepotēs: ſed puer. O nomen humile q̄ precelſam tecum fers maieſtatē. O immenſam maieſtatē q̄ exiguo cōtineris nomine. Audiant hec titulorū cupidi: audiāt hec qui bullatis: grādiſſomiſq̄ʒ noībus gloriantur. O deus optime q̄ contraria huic hoīm inſolentie modeſtie reperiť. Res precio infinita paruo extenuať noīe. Nos ṽo viliſſima res quantū poſſumus addimus ad titulos: ad hoc vt ſimus nominati pluribus noībus dominiorū vel dignitatum. Nam ſi quis modo moriatur: ſupra tumulum ponitur q̄ fuit bis archidiacon⁹: quater canonicus: vel ſemel aut bis abbas. O vanitas vanitatū et omnia vanitas. Hos eñi quos vocamus reuerēdiſſimos patres imperatores: reges: ⁊ principes: quid ſunt aliud niſi fumus et ſpurcidus ſtercorum ſaccus? Et quos vocamus ſapientes: ignorantes: et inſipientes reperies. O puer vere puer primo purus: quia virgo contra luxuriam. Secūdo paruus: quia humilis cōtra ſuperbiam. Tertio: quia modico ſatiatus per abſtinentiā cōtra gulam. Quarto: quia ludens cōtra acidiam. Quinto q: cō

A Circūciſio dñi. Quare circumciſio celebratur prima die anni cū in ea fuerit effuſus ſanguis.

B Redemptio. De duplici redemptione.

C Circūciſio dñi. Quare chriſt⁹ circūciſus eſt cum nō fecerit pctm̄.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



cordans cõtra inuidiam. Sexto cito dans
contra auaritiam. Septimo qꝛ cito pacifi
catus contra inueteratũ rancorem. Quis
autem vellet (vt ait Augu.) adhuc eſſe ad
mammillas matris: qđ fecit humiliter pro
te ſaluatoꝛ factus puer. Sed forte dices:
quomõ hoc eſſe potuit: cum de eo Hiere. c.
xxxj. dixerit. Femina circũdabit virum: nõ
ergo puerũ. Dicitur ꝙ euangelium etatez
pueri deſcribit: Hieremias xo gratiarum
plenitudinẽ in viro. Tertia ratio eſt: vt cha
rit[illegible]n ſuam nobis oſtenderet. In circũci
ſione eñ. [illegible] noſtri cepit ſanguinẽ fun-
dere: ⁊ vbi in die natalis indumenta pon-
tificalia induerat: nunc incipit ſacrificium
pro nobis offerre. Unde ſicut volens ſtre-
nue ſe habere in arte pugnatoꝛia ſolet in
ea exerceri in iuuentute. (Quando em̃ ali-
qui a iuuentute ſuſtinuerunt duros ictus
in toꝛneamentis: tunc audaciores ⁊ durio
res ſunt in alio bello.) Sic chꝛiſtus in iu-
uentute: qꝛ erat bellum duriſſimũ aggreſ-
ſurus pro ſuis hoĩbus defendẽdis: voluit
hodie tentare quõ belli cõgreſſum cũ ho-
ſte poſſet ſuſtinere pro nobis effundendo
ſanguinem. Hinc Berñ. Qui peccatũ nõ fe
cit nõ dedignatus eſt pctõrem ſe reputari
Nos ⁊ eſſe volumus ⁊ reputari nolumus.
Et iterũ idem. Ueſtigiũ nullũ vulneris ha
bens alligaturã vulneris nõ refugit. Nos
aũt noſtroꝝ erubeſcimus vulnerũ alliga-
turam: immo de vulnerib⁹ interdũ glorias-
mur. Iterũ Berñ. Multũ debem⁹ animas-
ri ad poꝛtandũ penas pro pctis propꝛijs:
cum cernimus ipm̃ tantas ſuſtinuiſſe pro
alienis. Et ſi nõ poſſum⁹ pati: ſaltem cõpa
tiamur ei. Cõſidera in mente tua tuũ dñm
⁊ tuũ redemptorem bñfactorem ⁊ deũ oĩ-
potentem: hodie pro te gelidiſſimo tpe in
ſua delicatiſſima carne laceꝝ / cruentũ / do
loꝛe graui pfuſum / nudũ / lachꝛymis ⁊ ge-
mitib⁹ ſuffuſum: an poſſes hoc ſiccis ocu-
lis intueri: ⁊ aurib⁹ obturatis ⁊ coꝛde du-
ro eius miſerabiles excipere planct⁹? Pen
ſa eius acerbitatẽ: penſa charitatẽ: penſa
humilitatem. Diſce amare: diſce pati: diſce
ceruicoſam hũiliare mentẽ. Quarta rõ: vt
exẽplũ circũcidẽdi ſpũaliter nobis tribue
ret. Un̄ quadruplex eſt circũciſio. Pꝛĩa eſt
carnalis in Iudeis: q̃ nũc eſt damnabilis.
Gala. v. Ecce ego Paulus dico vobis ſi cir
cũcidamini chꝛiſt⁹ nihil vobis pderit. Se-
cũda eſt ſpũalis in bonis chꝛiſtianis ꝑ am

D
Circũci
ſio.
De mľ-
tiplici
circũci
ſione.

putationem oĩm vitioꝝ ⁊ occaſionũ facta:
cuius exemplũ dedit nobis dñs: q̃ cõmen
dabilis eſt. Ro. ij. Circũciſio coꝛdis in ſpũ
nõ in litera: cuius laus nõ ex hoĩbus: ſed
ex deo eſt. Et ex oppoſito incircũciſi ſpũa-
liter ſunt multũ vituperandi: quales erãt
illi quos repꝛehendit Stephan⁹. Act. vij.
Dura ceruice ⁊ incircũciſis coꝛdibus: vos
ſemp ſpũiſancto reſtitiſtiſ. ¶ Quatuoꝛ aũt
tali circũciſione ſunt circũcidenda. Pꝛimo
quidẽ coꝛ a nociuis ⁊ ſupfluis. ſicut agrico
la de agro vrticas ⁊ herbas nociuas reſe-
cat: ne bonũ ſemen ſuffocent. Circũcidere
em̃ nihil aliud eſt q̃ȝ ſupflua cedere. Hiere.
iiij. Circũcidimini dño ⁊ auferte pꝛeputia
coꝛdium veſtroꝝ viri Iuda ⁊ habitatoꝛes
Hieruſalem. ¶ Secundo a ſuperfluis. i. ab
amoꝛe tempoꝛalium ⁊ ſui ⁊ ſuoꝛũ. Quan-
tum enim rami collaterales multiplicanť
tanto min⁹ arboꝛ ſupeleuatur. Ideo amoꝛ
tempoꝛalium reſecãdus eſt: vt deus plus
diligatur. Inde Deutero. xxx. Circumcidet
dñs deus tuus coꝛ tuum vt diligas eum
in toto coꝛde tuo: ⁊ poſſis viuere. Moyſe
enim eunte in Egyptum cum filijs ſuis et
vxoꝛe iratus eſt dominus: ſed facta circũ-
ciſione dimiſit illos. ¶ Tertio ſenſus exte-
rioꝛes a rebus que poſſunt eſſe occaſio pec
cati: vt auris a detractiõe. Sapiens enim
membꝛum putridum amputat: ne alia coꝛ
rumpat. Matthei. xviij. Si oculus tuus
ſcandalizat te: erue eum ⁊ pꝛoijce abs te.
¶ Quarto opus bonum a peccati mixtio-
ne: vt ſcilicet fiat pꝛopter deum ⁊ ſalutem
eternam. Et hoc modo Geneſis. xvij. iube-
tur omnis familia Abꝛae circũcidi. Sunt
enim qui non recte circũcidunt a tempo-
ralibus gaudijs: ſed pro dignitatibus ha-
bendis: vt Sichen filius Emoꝛ pro amo-
re Dine: id eſt iudicij ſcilicet pꝛelationis.
Geneſis. xxxiiij. Tertia eſt ſuperficialis: vt
in hypocritis: ⁊ hec deteſtabilis eſt. Ro-
mano. ij. Non enim qui in manifeſto Iu-
deus eſt: neq̧ que in manifeſto eſt in car-
ne circũciſio: ſcilicet laudem habet ſed vi-
tuperiuȝ. Tales ſunt ſicut qui ſigna ſue pe
regrinationis poꝛtant in ſuo pectoꝛe: qui
verbis vel aliter ſuam oſtendunt perfe-
ctioneȝ alijs. Unde trutãni ſepe plus poꝛ
tant ſigna q̃ȝ ſit veritas. Sic multi plus
oſtendunt eſſe q̃ȝ ſint: vt mechanici ſigna
officioꝛum ſuoꝛum depingunt in oſtijs
ſuis. Quarta erit generalis in oĩbus ele-

E
Circũci
ſio.
Quatu
oꝛ ſunt
circũci-
denda
ſpũal'r.

ſeptem dies ſpũales



ctis hec erit laudabilis ſignificata per cir-
cumciſioneȝ quam fecit Ioſue: eiuſdẽ. v. in
introitu terre pꝛomiſſiõis. Et hoc erit poſt
ſeptẽnium huius vite in octaua etate que
erit reſurgentiũ. Tunc em̃ abſcindetur ab
electis per petram: id eſt chꝛiſtũ omnis coꝛ
ruptio carnis ⁊ ſpirit⁹. Pꝛima dies vel an
nus eſt peccati cognitio: in quo die erat q̃
dicebat. Iniquitatẽ meam ego cognoſco.
Et. ij. Regũ. vlti. Ego ſum qui peccaui: ego
qui inique geſſi. Secunda dies eſt peccati
abominatio: quem agebat Pſalm̃. dicens.
Iniquitatẽ odio habui ⁊ abominat⁹ ſum.
Debemus enim facere ſicut Amon. de quo
dicitur. ij. Regũ. iij. ꝙ poſtq̃ȝ cognouit ſoꝛo-
rem ſuam Thamar ipſam exoſam habuit:
intantũ vt maius eſſet odiũ quo eam ode-
rat amoꝛe quo antea dilexerat: ita vt nos
quod cõmiſimus odio habeamus: magis
q̃ȝ ante perpetrationeȝ dilerimus. Tertia
eſt peccati recogitatio: ſicut faciebat ille q̃
dicebat. Eſaie. xxxviij. Recogitabo tibi oẽs
annos meos in amaritudine anime mee.
Quarta eſt coꝛdis contritio: ad quã euoca-
tur penitens. Michee. iiij. Dole ⁊ ſatage fi
lia ſion quaſi parturiens. Quinta eſt oꝛis
confeſſio: pꝛo qua Iob. vij. Non parcã oꝛi
meo: loquar in tribulatione ſpiritus mei.
Sexta eſt coꝛpoꝛis ſatiſfactio. de qua Lu-
ce. iij. Facite dignos fructus penitẽtie. Se
ptima eſt perſeuerantia in bono: ⁊ tunc in
octaua die: id eſt in die iudicij que erit poſt
hos ſeptem dies quibus pꝛeſens tempus
voluitur: circũcidemur a pena ⁊ culpa.
¶ Ad ſecũdo queſitum reſpõdetur ꝙ ideo
iubebatur expectari octauus dies. Pꝛimo
ſm̃ Rabi moyſen: quia ante octauũ diem
puer eſt ita tener ac ſi eſſet in vtero matris
et inde pꝛopter teneritudinẽ vſq̧ ad tem-
pus illud dimittitur. Secũdo vt pꝛedictũ
eſt ⁊ idem ſentit magiſter in. iiij. diſtin. ij. et
hoc eſt in ſignum perfecte circũciſiõis que
fiet in octaua reſurrectiõis poſt ſeptẽ eta-
tes mundi: vel poſt ſeptenariũ huius vite
quãdo reſurgemus cum chꝛiſto. Et ſi que-
ratur vtrum chꝛiſtus reſurrexerit circũci-
ſus: ⁊ vtrum reſumpſerit illam pellem ab-
ciſam? Dico ad primũ ꝙ ſic ad honoꝛẽ eo-
rum ex quibus fuit ſm̃ carnem natus ⁊ ad
peruerſoꝛũ confuſionẽ. Dico ad ſecundũ ꝙ
illa pars nõ erat de ĩtegritate hũanitatis:
ideo non opoꝛtuit ipſum illam reſumere.
Inde dicitur in hiſtoꝛia ſcholaſtica ꝙ illa

F
Circum
ciſio.
Quare
fiebat
circum
ciſio
octaua
die.

pellicula circũciſa a coꝛpoꝛe chꝛiſti fuit ab
angelo allata Carolo magno ⁊ ab eo poſi-
ta Aquiſgranis. Sed poſtmodũ per Caro
lum caluũ poſita eſt in villa Caroſij. Et ſm̃
alios dicitur ꝙ eſt Rome in ſancta Maria
trans tyberim. ⁊ pꝛopterea (vt dicitur) fit
ibi hodie ſtatio. ¶ Ad tertio queſitũ dicitur
pꝛimo qꝛ ſi circũcidebanť pueri ante octa-
uum diem ingruẽte neceſſitate moꝛtis: ꝙ
circũciſio ſuum habebat effectũ. Dicitur ſe-
cundo ꝙ ſi ipſum non circũcidebant timẽ-
tes ne circũcidendo moꝛtẽ accelera[illegible]: pue
ri: ſaluabatur puer in f[illegible]ũ. Nec eſt
cõſentiendũ magiſtro in hoc qđ dicit. j. di-
ſtinctiõe. iiij. ꝙ tales peribãt: ſicut paruuli
qui moꝛiũtur ante baptiſmũ: quia noluit
deus puerũ obligari ad circũciſioneȝ ante
octauũ diem pꝛopter nimiã teneritudineȝ
coꝛpoꝛis eius. Dicitur tertio ꝙ q̃ faciebãt cir
cũciſionẽ poſt octauũ diem: licet peccarent
qñq̧ trãſgrediẽdo pꝛeceptũ: tñ cum facie-
bant habebat effectũ. Quicũq̧ em̃ tranſ-
greſſus eſt pꝛeceptũ: reuerti debet ad illud
iplẽdũ q̃ȝcitiſſime põt. Hec Richar. diſt. j.
in expoſitiõe tertius. Un̄ ⁊ plures gentiles
in maioꝛi etate circũciſi ſũt: vt Achioꝛ: He
rodes: Abꝛaã: Iſaac: Hiſmael: nec erat ne-
ceſſitatis ſacramẽti ꝙ fieret octaua die ſed
ſolum de neceſſitate pꝛecepti: vbi nihil ad-
eſſet legitime excuſans. Duo em̃ tm̃ erant
de neceſſitate circũciſiõis. Pꝛimo ꝙ fieret
in mẽbꝛo genitali: ⁊ ideo mulier nõ circũci
debatur. Et etiã alia ratio erat: qꝛ coꝛruptio
nature per quã oꝛiginale pctm̃ contrahitur:
pꝛecipue fuit a viro ⁊ pꝛincipalib⁹ q̃ȝ a mu
liere: quia vt dicitur in ſcđo ſenten. ſi Adam
non peccaſſet: etiã poſtq̃ȝ Eua peccauerat:
pꝛoles eius pctm̃ oꝛiginale nõ cõtraxiſſet:
quia pr̃ pꝛincipali⁹ eſt agẽs in gñatione.
Scđo ꝙ auferretur pellis in circulũ. Aliter
non fuiſſet circũciſio: ad denotandũ pꝛimo
ꝙ aĩa pꝛius infecit carnẽ: deinde caro nũc
infecta in patre inficit carnẽ pueri: ⁊ ſic cir
culus erat. Scđo ad innuendũ ꝙ ſicut illa
pellis aufertur nec redit: ita cuȝ oꝛiginale
peccatũ aufertur: nunq̃ȝ redit. Qꝛ autẽ fie
ret cum cultro lapideo nõ erat neceſſitatis
ſed ſignationis. Signabat em̃ ꝙ mediãte
petra chꝛiſto radebatur peccatũ oꝛiginale.
Sic fecerat Sephoꝛa vxoꝛ Moyſi. Exo. iiij.
Sic eſt pꝛeceptũ Ioſue. Moderni tamen
Iudei non ſic faciunt: ſed cum cultello fer-
reo. Erat autẽ multũ penale ſuſtinere illã

G
Circum
ciſio.
An oẽs
pueri
non cir
cumciſi
vel mo-
rientes
añ octa
uũ dieȝ
ꝑibãt.

H
Circum
ciſio.
Duo tm̃
erãt de
neceſſi-
tate cir
cumci-
ſionis.

videret filios iſrael ẽc.

Universidad de Deusto Biblioteca

abſciſſionem carnis:⁊ ideo congruū fuit vt
cōmutaret in remediū facilius adueniēte
lege gratie ſcꝫ in baptiſmū. Unde ſicut Da
uid ꝓcurrus ad bellum cōtra Goliā ten-
tauit ⁊ ſuſcepit arma Saulis ſed tandē vt
oneroſa depoſuit: ſic chriſtus ſacramenta
que in lege ſuſcepit circūciſus et oblatus:
onus qđ neqꝫ nos/neqꝫ patres noſtri por-
tare potuimꝰ. Actuū.xv. tandē depoſuit:
et illis depoſitis cum ſola humanitate ⁊ la
pide diuinitatis Goliam deiecit.

¶ De co[illegible] Sermo Tertius:et in
ordine.lxiij. per thema.

A
Continuatio annoꝝ. Dñs facit cōtinuationē āno rū ꝓpt multa.

Benedices coro-
ne āni benignitatis tue. pš.
lxiiij. ¶ Queritur vtrū proce
dit hec annorū continuatio
viſis malis que currūt ⁊ in-
ſurgunt cōtra dñm. Vnde Ezechiel. vij. En
venit finis: venit finis ſuper quatuor pla-
gas terre:⁊ ſubdit ſtatim rationē. Ponam
(inquit) abominationes tuas cōtra te. Et
Gen.vj. Finis vniuerſe carnis venit coram
me. Et ſequitur. Repleta eſt terra iniquita
te eorum: ⁊ ego diſperdam eos cum terra.
¶ Dicit ad hoc ꝙ triplici de cauſa ſm ſcri-
pturam continuat annus preſens alteri:⁊
dñs cōtinuationē facit. Primo ꝓpter ſan-
ctos et bonos qui mundū ſuſtinent: ⁊ ſer-
uiunt deo. Pſal. Ordinatione tua perſeue
rant dies:⁊ ſubdit rationē. Qm̄ oīa ſeruiūt
tibi. Et ſi dicatur ꝙ non oīa ſeruiunt ei: q2
multi mali ſeruiunt diabolo: ſicut iſti gen-
tes armorum non contēte ſuis ſtipendijs:
q̄ ſunt les crochez diaboli/ les ſacquebou-
tes/blaſphematores execrādi ⁊ ſic de alijs.
Dicitur Eſaie.xl. Gentes in conſpectu dei
quaſi nihil et inane cōputati ſunt. Solus
iuſtus a deo inter oīa cōputatur. Relique
autē creature preter peccatorē deo ſeruiūt.
Unde q̄diu Noe fuit in terra non eſt ſub-
merſa terra: q̄diu Loth fuit in Sodomis
non periit Sodoma: q̄diu filij Iſrael fue-
runt in Egypto: non periit Egyptus. Sed
Exo.x. Egyptijs malis ſubtracta eſt dies:
ita vt ſpatio trium dierum fuerit denſiſſi-
ma nox: adeo ꝙ nemo vidit alium. Et ideo
finis tunc erit quando derelinquet homo
creatorem ſuum: et quaſi nulli inuenien-
tur fideles in terra ſeruiētes deo: ſed tota
terra repleta erit iniquis. Et propterea di-
cit dñs. Luce. xviij. Putas ne filius hoīs
cum venerit: inueniet fidem in terra? Quā-
diu ergo perſeuerabit in multis ſyncera fi-
des: perſeuerabunt oīa et celeſtia ⁊ inferio
ra ad famulandū hoībus in mundo. Sa-
pientie vlti. Oīs creatura erat deſeruiens
preceptis tuis: vt pueri tui inuenirētur ille
ſi. Secūdo quia nondū venit tēpus vindi-
cte dei cum vindicabit de inimicis iuſtorū.
Inde q̄rit Pſal. Quot ſunt dies ſerui tui.
Et reſpōdet ꝙ terminabunt quādo facies
de perſequētibus me iudiciū. Deute.xxxij.
Mea eſt vltio ⁊ ego retribuā eis in tēpore.
Sanctis enim qui queſierunt Apoca.vj.
Uſqꝫ quo dñe ſanctus et verus non vindi-
cas ſanguinē noſtrū de his qui habitāt in
terra: dictū eſt eis vt requieſcerēt adhuc tē
pus modicū: donec cōpleātur conſerui eo-
rum ⁊ fratres eorum: qui interficiēdi ſunt
ſicut ⁊ illi. Quia ergo nondū cōplere ſunt
iniquitates Amorreoꝝ.i. malorū hominū:
nondū venit finis tēporis. Et ſi dicatur ꝙ
poſt finem mūdi erit adhuc tēpus. Reſpō-
det Pſal. Dies formabunt ⁊ nemo in eis.i.
nemo mēſurabit tpe q̄ ſaluus. Sed illi qui
tunc quaſi ſtercora reputabunt: erit tēpus
eorū in ſecula: q2 ꝯtinue mutatiōi ſubijciē
tur. Ut ſicut nūc annus ex diebꝰ ⁊ noctibꝰ
cōcluditur vel cōficitur: ſic in mundo ſunt
nunc mixtim opera tenebrarū ⁊ opa lucis.
Sed qn̄ ceſſabūt hic: tunc erit nox ꝑpetua
in inferno de qua Poeta. Impia perpetuā
timuerūt ſecula noctē: et dies eterna in ce
lo, de qua pš. Melior eſt dies vna in atrijs
tuis ſuper milia. Pſal. ſicut tenebre eius in
inferno: ita ⁊ lumen eius in paradiſo. Ter-
tia ratio tangit Eſa.lvj. Secūdm dies ligni
erit ⁊ ppls meus: quia q̄diu verbum ligni
crucis predicabit: perſeuerabūt dies. Et in
ſignum ꝙ durabūt ſm verbum crucis: ho
die in primo cantu anni fit mētio de incar
natione ⁊ paſſione in inuitatorio cum dici
tur: natū ſub lege chriſtū venite cuncti ad
collaudandū: quos eius incarnatio rede-
mit ⁊ paſſio. Inde immediate ante thema
propoſitū dicit Pſal. In ſtillicidijs eius le
tabitur germinās. Q̄diu enī germinabit
et florebit eccleſia per mediū ſtillicidiorū.i.
ſacrorū doctoꝝ diſtillantiū ſuper eccleſiā et
curret ſermo dei: ad rigationem illam dñs
multiplicabit dona eccleſie ⁊ ꝯtinuabit eā
Propterea. ij. Theſſa.iij. rogat apoſtolus
vt currat ſermo dei ⁊ clarificet: modo mi-



racula ceſſauerūt: ſeu claritas miraculorū.
Hoc autem fecit poſtq̄ locutus eſt de fine
mundi ⁊ aduentu antichriſti quādo ceſſa-
bunt predicatiōes. Et ideo quia nondum
ceſſauit verbū dei currere per eccleſiā: non-
dum etiā finis: ſed tu dñe benedices coro-
ne anni benignitatis tue. In ſignū harum
trium cauſarū dies ter prolōgata legit in
ſcriptura. Primo propter ſeruum dei Eze-
chiam.iiij. Regū.xx. Scđo propter vindi-
ctam in aduerſarios. Joſue.x. Tertio pro-
pter terrorē malorū ⁊ conſolationē bono-
rum. de quo habet.ij. Parali.iiij. Sic igi-
tur ex benignitate dñi eſt ꝙ dies ꝓlongā-
tur. Hanc autē benignitatē oſtendit quā-
do apparuit dñs: et ſingulariter in princi-
pio anni dignatus eſt oſtendere benignita
tem quā fecit populo ſuo: quando Maria
dedit mundo fructū vt precium: quādo in
circūciſione ſanguinē ſuum effudit. Quia
tamen ſm Bernar. nihil nos habere voluit
dñs quod per manus Marie non tranſi-
ret: demus ei hodie vnū bona dies: vnam
ſalutem dicentes Aue. ¶ Benedixit dñs co
rone anni dum apparuit eius benignitas:
ponendo ſcilꝫ in vna die quatuor ſolēnita
tes ⁊ in principio anni dando quatuor be-
nedictiones contra quatuor peſſima iudi-
cia ſua: preputiū carneū contra famē: puri
tatem virgineā contra aeris infectionē: et
nomen Jeſu ſalutare cōtra gladiū. Eſt enī
Jeſus nomen pacis ⁊ ſalutis: et contra be
ſtias nociuas: ipſa humanitas de qua cele
brantur octaue repoſita eſt in preſepio pro
aīalibus domeſticis. Bene ergo ꝓphetaue
rat Pſal. pro tpe aduētus chriſti. Benedi-
ces corone anni benignitatis tue. ¶ Iuxta
thema duo querunt pro hoc ſermone. Pri
mo qualē benedictionē in hoc anni circulo
dñs aſportabit. Scđo quis eſt iſte annus
benignitatis de quo pš. loquit. ¶ Ad pri-
mum reſpōdet ꝙ oīs bñdictio dñi cōſiſtit
in pace. iuxta illud pš. Dñs bñdicet pplo
ſuo in pace: ideo iuxta illa q̄ ſequuntur ad
pacem quā dñs iuxta bñplacitū donabit
ſex dabit bñdictiones. Primo in pace cāpi
ſunt vberes ⁊ bene culti. Sic prima benedi
ctio quā dabit dñs eſt: vt cāpi.i. doctores
eccleſie in q̄bus inuenitur frumentū ⁊ por
tant ipſum ad paſcendū eccleſiā repleant
vbertate doctrine: ita vt inebrient ab vber
tate domus tue ⁊ torrente voluptatis tue
potētur. Sunt enī quaſi mercatores ſpiri-
tusſancti qui portent merces eius ad ven-
dendū pplo ſine auro et argēto: vt emptio
non ſit niſi inuentio: vt dicant pop[illegible]li. In-
uenimus eam in campis ſylue.i. ſapientiā
in doctoribus qui ſunt in mūdo. In cāpis
enim ſylue paſcūtur oēs beſtie agri et ha-
bentes cornua ⁊ non habentes. Sic in do-
ctrina bonorum predicatoꝝ ⁊ doctorū paſ-
cuntur reges ⁊ ceteri habentes cornua di-
gnitatū: ⁊ ſimplices populi. Secūda bene
dictio cōcernit religioſos. Pingueſcent (in
quit) ſpecioſa deſerti. In deſert[illegible] ſe-
culi ſpecioſius ſolebat e[illegible]gio: pinguis
in gratiarūactione ⁊ deuotione: quādo be
nedictionē dabat legiſlator ⁊ ibant de vir-
tute in virtutem. Sed nunc obſcuratū eſt
aurum deuotionis ⁊ vite et conuerſatiōis:
et mutatus eſt color optimus: ita vt nō ſit
nunc de primo pāno. Tertia benedictio cō
cernit principes ⁊ iudices: quia ita dñe be
nedices ꝙ exultatione colles accingentur:
ita vt gaudeant in pace et ſecuritate iuſti-
tie. iuxta illud Pſal. Suſcipiant montes
pacem populo: et colles iuſtitiā. Colles enī
ſunt cacumina montium: et ſecūdo exulta-
tione accingentur cum populo: quādo. Jo
helis.iij. ſtillabūt montes dulcedinē: ⁊ col
les fluent lac ⁊ mel. Et hoc debēt: quia hic
non habent qui eos iudicet: ſed iudicabun
tur poſtea niſi ſic faciant. quia Eſa.ij. Dies
dñi ſuper omnes montes excelſos: ⁊ ſuper
omnes colles eleuatos. Sed quomodo iu-
dicabit in illa die? Certe Eſaie.xl. librabit
mōtes in pōdere ⁊ colles in ſtatera. Quar
ta benedictio quam dñs ſi placet donabit:
erit circa prelatos. Induti (inq̄t) ſunt arie
tes ouium. Aries enim precedit gregem et
ducit eum ⁊ tuetur: ita dñs dabit ꝙ prela-
ti precedant oues ſuas in bonitate/ſciētia
et doctrina tueantur eos contra lupos ra-
paces/contra inſidias diaboli: ⁊ induātur
veſte charitatis ad fouendum in deuotio-
ne oues ſuas frigidas. Sed timendum eſt
ne ſit verificatum. illud Threnoꝝ.j. Princi
pes eius facti ſunt velut arietes non inue
nientes paſcua: quia nunc ſatis nō habēt.
Quem videbis de eis qui paſcat oues do-
ctrine? Quem videbis qui in tempore fa-
mis pauerit eas cibo temporali? Unus eſt
forte et ſecundū non habet. Et ꝙ ita ſit vi
debis eos querere magnas pēſiōes a prin
cipibus et extorquere: quia non ſatis ſunt
eis paſcua in eccleſia: q̄ deberent etiā ſuffi

B
Dies. Ter legitur ꝓlōgata dies.

C
Benedictio domini. De ſex benedictiōibꝰ dñi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſere pro paupertate gregis ſui ſubleuanda.
Quinta bñdictio quā dñs dabit eſt ꝙ val
les a[illegible]ndabunt frumento.i.oībus bonis
ſimplices abūdabūt ⁊ tpalibus ⁊ ſpūali⸗
bus:ita vt dicat illud pſ. A fructu frumē⸗
ti:vini ⁊ olei ſui multiplicati ſunt: in pace
in idipm. Sexta eſt ꝙ dñs ita bñdicet vt
poſſit ad ſuū bñplacitū laudari ⁊ magnifi
cari ꝓpter ſe ⁊ pro ſuis beneficijs.pſ. Cō⸗
fitebitur tibi cum benefeceris ei. Et iterū
pſal. Qui dat eſcam omni carni ꝯfitemini
deo [illegible]ideo ſubiungit.Clamabūt etenim
hymnū [illegible]ꝫ em ꝙ pplꝰ cantet ei
⁊ benedicat. Alijs cantant nutrices:ꝙuis
eis multa mala faciant: ſꝫ cōfitemini dño
qm̄ bonus. Alijs quando vaſtauerūt oīa:
ſed cantate dño canticū nouū : q: mirabi⸗
lia fecit. Sic cantabat dño Dauid dicens.
Mias dñi ineternū cantabo.Cantabat ei
ſed ſolū plenum ⁊ cōem cantū: q: tota ter
ra plena eſt illo cantu : ⁊ ſcitur ab oībus.
Pſal. Mia dñi plena eſt terra : ſed poſtꝙ
didicit le menu fa/ le fleurtis ⁊ le contre⸗
point dixit. Miam ⁊ iudiciū cantabo tibi
dñe. Miſericordia eſt plenus cantus : ſed
iudiciū eſt le fleurtis vbi ſupra vnā notaꝫ
fient quīꝙ.i.tātū erit de iuſtitia ꝙ vix ali
quid apparebit de mīa: ⁊ dicet in illa die:
Dñe recordabor iuſtitie tue ſolius. Sic et
cantabat Dauid dicens. Cantabiles mihi
erant iuſtificatiōes tue in loco peregrina⸗
tionis mee. Sic Cantauit Maria canticū
iuſtitie ⁊ mīe dño. Sed Ezechiel fecit cho
ſes faictes in volumine ſuo: vbi erant ſcri
pte lamentationes huiꝰ mundi que ſunt le
cōtrepoint:carmen paradiſi ꝗ eſt le deſſus
⁊ ve qui eſt le gros teneur denfer. Sed di⸗
cet aliquis ꝙ btūs eſt ppl̄s qui ſcit iubila
tionem.i.muſicā. Reſpondet ꝙ nō : q: li⸗
benter habent malū caput ſi bibant. Sed
dicit pſ. Mia ⁊ veritas precedent faciem
tuā. Dicit em̄ ꝙ quando in curia regis vel
principis bene cōcordant mīa ⁊ veritas.i.
iuſtitia:ita ꝙ mīa fit ppl̄o vt non grauet:
cum iuſtitia de inimicis ⁊ malis:tunc bea
tus eſt ille populus qui ſcit ⁊ cognoſcit ꝑ
experientiā illam iubilationeꝫ. Inde The⸗
miſtocles philoſophus : vt recitat Augu.
in epiſtola.cum recuſaſſet inter epulas ca⸗
nere:⁊ interrogatus dixiſſet ſe neſcire can
tum. Dixit ei quidam ſenex. Quid ergo no
ſti? Rem (inquit) publicam ex parua ma⸗
gnam facere. Sicut aūt pueri libenter au⸗
diunt cantum:ſic videt dñs libenter deuo
tionem ſanctoꝝ viroꝝum. Et breuiter ſi de⸗
beamus letari etiā pro benedictione tem⸗
porali:oportet ꝙ campi ſint bene culti et
fructus vberes ⁊ abundantes aſportent:
ꝙ tāta ſit pax vt deſerta terra pingueſcat/
ſentibus ⁊ vepribꝰ depoſitis: ⁊ mōtes viri
ditate paſcuarū accingant/ nō fructetis ⁊
rubis:ꝙ gentes armoꝝ nō comedant arie⸗
tes boni hoīs : ſed paſcant pacifice ⁊ bene
veſtiant : ita ꝙ ſit lane abūdantia ⁊ bonꝰ
pannoꝝ mercatus:⁊ ꝙ in vallibꝰ ſit frumē
ti abūdantia ⁊ ppl̄s valeat laudare nomē
dñi ⁊ reddere gratias ei qui tanta dederit
creature ſue. ¶ Secūdo querebat circa the
ma ꝗs eſt iſte annus benignitatis : q: tot
tribulationes ꝑcipimꝰ/ tot crudelitates vi
demus: ꝙ vere magis dici poſſet annꝰ cru
delitatis. Dicit primo qđ dicit Eſaias Eze
chie.iiij.Reg.ix. Prīo anno quecūꝙ repe
reris comede. In ſcđo aūt anno ꝗ ſponte
naſcunt. Porro in tertio anno ſeminate ⁊
metite: plantate vineas ⁊ comedite fructꝰ
earum. Tres ergo anni ſunt. Unus mali⸗
tie ⁊ primus:quos ſciebat Jacob. Geneſ.
xlvij.cū ait. Dies peregrinationis mee cen
tum.xxx. anni parui ⁊ mali. Primo anno
comederūt primi parentes quecūꝙ inue⸗
nerunt:ſed ad damnū ſuum. Tunc em̄ fuit
ver malitie mūdi ⁊ plantatio iniquitatis
in paradiſo:quādo ibi pater mendacij plā
tauit iniquitatem: ⁊ ſeminauit ʒiʒania in⸗
ter deum ⁊ hoīem. Sed eſtas fuit tps dilu
uij:qū adeo feruor malitie creuit:ꝙ ad ex⸗
tinguendū eam pluit deꝰ diluuiū ſup ter⸗
ram:pluit ⁊ ignem vt ignem igne deſtrue⸗
ret. Tertio ſuperuenit autūnus: qū quot⸗
quot boni fuerunt ⁊ pauci facti ſunt ſub
torculari legis. Sed hyems ſupuenit : qū
oēs ad idololatriā declinauerūt ⁊ ad aua⸗
ritiā : ita ꝙ tpe chriſti magnitudine hye⸗
mis fere omnes conſumpti ſunt in deſtru⸗
ctione Hieruſalem. Secundus annus fuit
benignitatis.de quo Eſa.lxj. Spiritus do
mini ad annūtiandum māſuetis miſit me:
vt predicarem annū placabilem dño. An⸗
nus autem iſte incipiens ab incarnatione
quatuor etiā habuit tempora ſicut annus
noſter. Et ſicut apud Judeos annus inci⸗
piebat in vere: ſic eo tempore huius anni
fuit initiū:⁊ durauit ab incarnatione vſꝙ
ad aſcenſionem. Ex tunc enim eſtatis fer⸗
uor incaluit:⁊ feruente ſancto ſpū ⁊ accen

D Annꝰ. De triplici anno ſcilꝫ malitie benignitatis et iuſtitie.



ſa rabie tyrānorum collecta eſt meſſis mar⸗
tyrum copioſa. Poſtmodū ſucceſſit autum⸗
nus:cum ſub vite ⁊ ficu in pace quieſcentes
eccleſie:quaſi autūnali vbertate letati ſunt
homines: vindemiatores botros ſcripture
et aurea poma carpentes. Hyems erit tem
pore nouiſſimo:quia erit tribulatio qualis
nō fuit ab īitio. Mat.xxiiij. Orate ne fiat fu
ga veſtra in hyeme vel ſabbato. In hyeme
annus/ i ſabbato ſeptimana finem accipit:
et ſic in vtroꝙ tēpus vltimum deſignatur.
Et ſic annus gratie ex quatuor cōſtituitur:
in quo verſerit ⁊ plātat. eſtas metit ⁊ tritu
rat. vindemiat autūnus ⁊ ſeminat. hyems
vniuerſa conſumit:niſi breuiati eſſent dies
propter electos. In hyeme em̄ labores alio
rum temporū conſumuntur. Et illo ſecūdo
anno comedetis ꝗ ſponte naſcuntur in ter⸗
ra:ſcꝫ beneficia que ex mera liberalitate do
nauit deus. Tertius vero annus eſt iuſtitie
et ſeueritatis:in quo in vere.i. in principio
illius anni:ſcꝫ in die iudicij ſerētur flores in
mundo:ſm illud Cant.ij. Flores apparue⸗
runt in terra noſtra:in eſtate colligetur fru
ctus paradiſi:⁊ in autumno guſtabitur de
dulcedine paradiſi:ſed hyems ibi non erit.
ſed ꝓ illis ꝗ ſunt in inferno vbi erit hyems
perpetua.pſ. Que pro nihilo habentur eo⸗
rum anni erūt. De quo tertio anno dicitur
Eſaie.lxiij. Annus retributionis mee venit.
Dicitur ſecūdo ꝙ et ſi multe tribulationes
iuſtorum:tamē ſunt miſericordie dei maio⸗
res que abſorbent eas. Pſ. Miſerationes
eius ſuper omnia opera eius. Tanta enim
fuit miſericordia dei vt ex illa dulcedīe mar
tyres quaſi lac ſugerent tribulationes. iu⸗
xta illud Deut.xxxiij. Inundationes maris
quaſi lac ſugent. Si enim tribulationes do
mini ſunt nobis dulces : ꝗd niſi tribulatio⸗
nes noſtre collate ꝑ cineres illas erunt dul
ces? Sicut hippocraticum fit ex vino duro
collato per cineres. Ideo primo dicitur an⸗
nus benignitatis : quia ex benignitate ſua
finē poſuit malitie:immo mala noſtra mu
tauit in bona:adeo vt mala pene bona ſint
nobis. Secundo quia amotis tri[illegible]ulis ter⸗
ra noſtra dedit fructum ſuū.pſ. Dominus
dabit benignitatem : et terra noſtra ſcilicet
Maria dabit fructum ſuum.

¶ De eodem feſto. Sermo quartus.
et in ordine.lxiiij.per thema.

O Rdinatione tua
pſeuerat dies.pſ.cxviij. Que⸗
ritur quis eſt iſte dies q[illegible]i ordi
natione dei pſeuerat? Dicitur
primo ꝙ licet ſol materialis lucēs ſuper ter
rā non cauſet niſi vnū diē: tamē ſol iuſtitie
chriſtus ſm diuerſos radios diuerſos cau⸗
ſat dies:ꝗ ordinatione eiꝰ perſeuerant. Pri
mi ſunt radij naturaliū bonoꝝ: ⁊ ex his ra⸗
dijs facta eſt vna dies:ſcꝫ nature. Secundi
radij ſunt bonoꝝ gratuitoꝝ:⁊ ex his radijs
oritur ſcđa dies:ſcꝫ grē. Tertia [illegible] ori
tur ex radijs bonoꝝ eter[illegible]ſcꝫ dies glie.
Eccl'i.xliij. Tripliciter ſol exurens mōtes.i.
mētes excellētes:⁊ radios igneos inſufflās
Malachie.j. Uobis timentibꝰ nomen meū
orietur ſol iuſtitie. Et bene dicit timētibus
oriri ſolē. Sicut em̄ Lucifer diem/ ⁊ aurora
ſolem precedit:ſic timor amorē. Et ita dñs
addit ſuper vitā nature vitā gratie:⁊ ſuper
vitā gratie vitā glorie.⁊ ſic diem ſuper diē.
pſ. Dies ſuper dies regis adijcies.ij. Coꝝ.
iiij. Is ꝗ intus eſt homo noſter renouatur
de die in diē. Numerū autem dierū qui ad⸗
dūtur diebus nature deſiderabat ſcire pſ.
dicens. Et numerū dierum meorū quis eſt:
vt ſciā quid deſit mihi:ſcꝫ qui ſunt dies qui
deſunt diebꝰ nature: dies gratie ⁊ glorie.⁊
deſignātur per ꝗndecim annos qui fuerint
additi Ezechie regi.de ꝗbus Eſa.xxviij. Au
diui orationem tuā ⁊ vidi lachrymas tuas
ecce adijciā ſuper dies tuos quindecim an⸗
nos. Septem enim ad gratiā (que durante
ſeptenario huiꝰ vite datur) pertinent:octo
vero ad gloriā/ que poſt hanc vitam conce⸗
ditur. Et inde querit ſapiens Eccles.xj. Da
partes ſeptem/ nec non ⁊ octo. Hoc em̄ mo
do ꝓcedit vita iuſti:vt ſemper creſcat quo⸗
uſꙫ peruenerit ad diē glorie. Prouerb.iiij.
Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendēs creſcit
vſꙫ ad perfectū diem. Sola enim dies glo
rie eſt perfecta poſt quā nihil addit.de qua
Pſ. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſup
milia. Dicitur ſecūdo ꝙ ſingulariter in hoc
mundo perſeuerat ex ordinatione ⁊ appro⸗
batione dei dies iſte circūciſionis in memo
ria fideliū:nō quaſi dies nature: ſed magis
quaſi dies gratie:in quo recolitur beneficiū
nobis a deo gratuite exhibitū in effuſione
ſanguinis ſui:qui valet ad emūdandas cō
ſcientias noſtras:⁊ ex impoſitione noīs Je
ſus:quaſi ex iſto die velit nos dñs perduce⸗

A Dies. Sol iuſtitie chriſtꝰ cauſat diuerſos dies : nature gratie et glie.

re ad eternam ſalutem: que eſt dies glorie. Subdit enī̃ Pſalmiſta themati. Quoniam omnia .i. omnes boni fideles ſeruiunt tibi: ſcꝫ in [illegible]o ſacratiſſimo die circūciſionis. ſed et matri virgini glorioſe: que operata eſt ad myſteria huius diei: quam ſalutabimus dicentes Aue.

B Dies. De triplicibꝰ diebꝰ.

¶ Triplices ſunt dies. Quidā ſunt dies malorum: ⁊ iſti dies approbatione dei nō perſeuerāt. Patet primo: q: ea que perſeuerāt approbatione dei/perſeuerāt in perpetuū: ſm illud Eccſ. iij. Didici ꝙ opera dei perſeuere[illegible] ſed dies malorū cito deficiunt. pſ. De[illegible] in vanitate dies eorū: ⁊ anni eorū cū feſtinatione. Sed quō hoc poteſt ſtare? Nā multi peſſimi diutius vixerūt etiā felices ⁊ glorioſi: vbi cito moriebantur viri deo gratiſſimi. Patuit de Manaſſe rege qui fuit peſſimus/⁊ occidit pphetas domini: cuius intantū malitia creuit vt repleret Hieruſalem ſanctorū ſanguine vſqꝫ ad os: qui tamen diutius vixit ꝙ̄ ceteri reges ſancti. Item de tyrānis qui diu viuebāt in delicijs mundi: ⁊ tū̃ occidebātur ab eis multi martyres adhuc iuuenili etate florentes. Et nūc plane (ſi experiētie creditur) videre eſt ꝙ neceſſariꝰ ⁊ vtilis eccleſie viuere non finitur: ꝙ lucerna in eccſia dei cito extinguitur: ꝙ eccleſia huiꝰ morte decollatur/excoculatur ⁊ enormiter mutilatur. Impius autē et dei ⁊ eccleſie inimicus peſtilens/nec gladio/nec peſte/nec aliquo alio modo abſcindi pōt. Viuit malus epſ in eccleſia/donec totā dioceſim ſuo exemplo corruperit: ⁊ exactionibꝰ ⁊ calūnijs/alijſqꝫ malitie modis intolerabilibus afflixerit ⁊ oppreſſerit: donec vineam Naboth .i. eccleſiā propriā pro vere vitis palmitibꝰ oleribꝰ cōplantauerit: donec ſucciſis morte cedris et quadris eiectis lateres edificauerit ⁊ Sicomoros īmutauerit. Eſa. ix. Donec nidū vbi reponat pullos ſuos eccleſiā ſuam fecerit. Preterea dicit ſapiēs Eccſ. vij. Iuſtus perit in iuſtitia ſua: impius aūt multo viuit tempore. Non ergo videtur recte aſſertū ꝙ dies impiorū cito deficiunt ⁊c. Reſpondetur primo ꝙ ſatis viuit ⁊ multū qui bene viuit. Optimus enī̃ mercator reputatur qui plus lucratur in paruo tempore ꝙ̄ alius in magno. Et optimus curſor qui in breui tēpore peruenit ad terminum vbi alius non attingit in longo. Et ideo qui pauco tēpore optime viuūt/dicuntur multū viuere. Qual[illegible] martyres qui moriebātur pleni dierū: quia multos habebāt dies bonos .i. magnis meritis refertos. Sed non viuit qui male viuit: ⁊ ideo homo ⁊ ſi centenarius ſit: tamen puer eſt ſi male vixerit. Et de tali dicitur Eſa. lxv. Puer centum annorū maledictus erit. Et inde dicit Pſ. Viri ſanguinum ⁊ doloſi non dimidiabūt dies ſuos. Immo videtur ꝙ nulli ſint dies eorū cum ſint mali. Deus autem nullos fecit dies malos. Dicitur ſecūdo ꝙ deus ex ſua ſumma prouidētia permittit malos diu viuere tēporaliter in delicijs mundi: ⁊ iuſtos parum in multis miſerijs.

C Viuere Propꝭ multa deꝰ permittit malos diu viuere in delicijs ⁊ iuſtoſ parū.

Primo ad probationem ⁊ exercitiū bonorum. Nam ſm pſ. dum ſuperbit impius affligendo iuſtum incenditur pauper/incēdio charitatis in camino tribulatiōis eam patienter tolerādo: quia ⁊ ſub eodem igne palea fumat et aurum rutilat: palee conſumuntur ⁊ aurum purgatur. Nec hoc mirabile debet videri ꝙ iuſtus paucum viuit tēporaliter/⁊ impius multo tempore: ſi conſideretur ꝙ aurum exuritur ⁊ contūditur et luto parcitur: ꝙ ꝙ̄diu calidum ⁊ candens eſt ferrum inſtanter malleis contūditur: q: duriciei malleorū tunc eſt obedientius ⁊ fabricationi eius: et frigido ferro a malleatoribus parcitur. Sic qui charitatis igne ardent/inſtanter perſecutionum malleis contunduntur: ⁊ frigiditate ſpirituali induratos faber qui fabricatus eſt auroram et ſolem pluribus deſinit tribulationibus malleare. Nec mirum eſt ſi victor vocatur ad coronam/non victus: ſi emeritus aſſumitur ad quietem/non immeritus: ſi fructus maturus colligitur in horreum/nō acidus: ſi aurum probatum aut vas fabricatum reportatur in theſaurum/non cuprum aut aurichalcū. Secundo hoc facit deus ad copioſe miſericordie dei demonſtrationem in vaſa ire: cū ſic vaſa miſericordie punit/nec eis parcit. Parcit autem malis vt concipiāt in ſe miſericordiam dei factam. Verberat enī̃ catulum qui nihil mali fecit: vt leonem cōpeſcat. Roma. ix. Suſtinuit vaſa ire in interitum in copioſam miſericordiā ſuā in multa patientia: vt notas faceret vias ſuas in vaſa miſericordie. Sed Pharao fit flagello deterior. Iob melior. Tertio hoc facit dñs propter indignitatem populi qui nō eſt dignus [illegible] bonis prelatis ⁊ principibꝰ: aut alijs bonis viris. Heb. xi. Quibus dignus non erat mundus. Inde Oſee. xiij. Dabo tibi pricipēs in furore meo: et auferam principem ſcꝫ bonū in indignatiōe mea. ⁊ Iob. xxxiiij. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Maligno enī̃ populo cōtinuo neceſſariū eſt flagellum: non flabellū quod abigit muſcas. Quarto ad maiorem cumulum dānationis malorū ſi non correxerint. Nam quāto amplius ſuſtinet eos deꝰ in vita: eo magis ſunt ingrati ⁊ plus puniendi: ſi negligant ſe emendare. Hinc pſ. cum viſus fuiſſet dubitaſſe ſuper predicta queſtione dicēs. Mei autē pene moti ſunt pedes: q: zelaui ſuper iniquos pacem peccatorū videns. Subdidit poſtmodum. Verūtamen propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dū alleuarētur: quoniā facti ſunt in deſolationem ⁊c. et Iob. xxi. Ducūt in bonis dies ſuos: ⁊ in pūcto ad inferna deſcendūt. Linea enī̃ vite eorū eſt longitudo ſine latitudine charitatis ⁊ profunditate humilitatis: ſed in puncto mortis terminatur. Et bene dicunt grāmatici iſtos duos terminos dies ⁊ finis eſſe dubij generis: quia dubium eſt de diebus vite iſtorū: ⁊ conſequēter de fine. Nam dubium eſt ꝙ̄diu durabūt: ⁊ qualiter finiētur. Secūda ratio ꝙ non perſeuerent dies malorū approbatione dei eſt: q: ſicut natura abhorret vacuum: ita et deus; ſed vacui ſunt dies illorū. Vacuum enī̃ eſt in quo nihil eſt: peccatū vero nihil eſt. Quod cognoſcens pſ. dicebat. Que pro nihilo habentur eorum anni erunt. Et inde precipitur Exo. xxiij. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Iſti ſunt dies de q̄bus Pſ. Dies formabūtur: ⁊ nemo in eis. Quia dies preſentes a deo formantur: ⁊ qui ſunt nemo .i. beſtia ſunt in eis. Tertio: q: abutuntur diebꝰ. Iob. xxiiij. Dedi ei locum penitentie: et ipſe abutitur eo in ſuperbiam. Dicitur Geneſ. i. Vidit deus cuncta que fecerat: ⁊ erant valde bona: ⁊ tamen iſti faciunt dies ſuos malos: et ſic peruertunt opera dei. Et maxime hanc diem ſacratiſſimā quam deus ſuo cōſecrauit ſanguīe. de quo pſ. Tuus eſt dies: et tua eſt nox. Conſecrant diabolo: ⁊ diabolus cum ſuis membris nituntur infamare per iſtas ſtrenas huius diei auctorem. In die natiuitatis dñs primam vocem ſimilē omnibus emiſit plorans: ſed tunc multi ad ſcacos ⁊ gulam vacant. Hodie ſtrenas dedit nobis de carne ⁊ ſanguine ⁊ ſubarrauit: Has dimittimus: ⁊ ad diaboli figmēta recurrimus. Die vero Epiphanie fundauit eccleſiam de gentibus: ⁊ ecce venenum ſtultitie effudit diabolus in ea. Iſtos dies fecit dominus bonos ex ſua ordinatione: et tamen eos malitia adimplemus.

¶ Secundi ſunt dies bonorū. Iſtos approbat dñs ordinatiōe ſua ⁊ perſeuerare facit. Prima ratio: quia nouit dñs dies immaculatorum: quorū aliqui perſeuerauerunt pro modico tēpore: qui dicunt illud Eſa. xxxviij. Dum adhuc ordirer ſuccidit me. Et illud. Ego dixi in dimidio dierum meorū vadam ad portas inferi. Alij autem perſeuerauerunt diu: et perfecti ſunt: ſicut ill[illegible] quo Eccſi. l. Quaſi luna plen[illegible] ſuis lucet. Q: ita ſit ꝙ nouerit patet primo ex effectu: quia redeunt anni iuſtorum eo ꝙ ſeminant eos: ⁊ pro ſingulis momentis annum habent: ⁊ eis punctus creſcit in lineam: momentum in eternitatem. Hoc eſt granum ſinapis de quo Matthei. xiij. Simile eſt regnum celorū grano ſinapis: quod minꝰ eſt omnibus ſeminibus: cum autem creuerit maius eſt omnibus oleribus. Sed mali nō ſeminant: ideo Sap. iij. Si longe vite erūt in nihilum computabuntur: et ſine honore erit nouiſſima ſenectus eorum. Secūdo: q: bene expendunt dies ſuos. Ideo audiet iuſtus illud Matthei. xxv. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: q: in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam. Sed ecōtrario mali dant dies ſuos pro nihilo: ſcilꝫ pro peccato. Prouer. xxiij. Cor impiorū pro nihilo: ⁊ in otioſis expendunt. Recogitant autem iuſti ꝙ duo momēta non poſſunt haberi ſimul de tempore: cum tamē de alijs rebus duo poſſint haberi ſimul: ideo ſunt eis cara. Tertio dies malorum eis cedunt in bonum: q: pſ. Dum ſuperbit impius: incēditur id eſt purgatur pauper. et nihil aliud motus carnales comprimunt. Exodi. xiiij. Reuerſe ſunt aque: ſcilicet tribulationum: et operuerunt Egyptios id eſt motus hoſtiles et illicitos carnis. Nam ſm Pſal. Adiuuat dominus pauperem de inopia et tribulatione et peccator ipſe incidit in foueam quā fecit.

¶ Tertia dies eſt clariſſima: quia in ea beati vident omnia. Pſalm. In lumine tuo videbimus lumen. Hec eſt lux que illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum. Hic eſt dies de quo ipſe ait Ioannis vndecimo. Nōne duodecim ſunt hore diei? Hec eſt dies de qua veſpere et mane dies vnus. Hec dies orta eſt in mundum

Universidad de Deusto
Biblioteca



die natalis: hodie pſeuerat ordinatiõe tua
dñe. Sed ad quid? Ut cognoſcamus in ter-
ra viã tuã: in oĩbus gẽtibus ſalutare tuũ.
Primũ quidem vt cognoſcamus viã tuam.
Qñ aliquid amittitur/accẽditur lucerna ⁊
queritur. Perdita fuit via ad lucernam: in
qua lumẽ diuinitatis in teſta humanitatis
inuẽtũ eſt. Sunt aũt due vie dñi. ſm illud
Pſ. Uniuerſe vie dñi mĩa et veritas. Ho-
die aperte ſunt vie ille. Ueritatis in execu-
tione gladij: qñ Maria circũcidit eũ in ef-
fuſione ſanguinis mĩa. Ibi lac in ſangui-
nẽ [illegible] ſanguis in lac. Sed ad qd cir-
cũciſus? [illegible] ã miam cũ patribus no-
ſtris. Primo q: generabatur homo carna-
liter per mẽbrũ: voluit ꝙ in mẽbro ſpũali-
ter renaſceretur. Scđo impugnauerat ho-
mo deũ illo mẽbro qñ filij dei cõmiſceban-
tur cũ filiabus hoĩm: et deus eũ econuerſo
impugnauerat ſuis nubibus in diluuio ad
refrigeriũ libidinis. Sed tãdem pace facta
poſuerat ſignũ in nubibus que homini no-
cuerãt: et voluit ꝙ homo ſignũ ſimiliter fa-
ceret in mẽbro qđ impugnauerat ipſum in
debilitationẽ libidinis: et ſic de pctõ dãna-
uit peccatũ. Sicut ſm Guil. Parĩ. de ſcor-
pione ⁊ dracone fit medicina efficax contra
morſus ⁊ venena eorũdẽ. Ad faciendũ etiã
fedus cũ patribus Abraã ⁊ alijs. Ideo vo-
luit ipſemet appẽdere ſigillũ ſuũ approbã-
do qñ circũciſionẽ cepit. Scđo ⁊ memorari
teſtamenti ſui ſancti: vt approbaret ſacra-
mẽtũ illud. Tertio iuſiurãdũ qđ iurauit ad
Abraã ⁊c. poſuerat dñs ſignũ ſuper portã/
ita vt deberet ceſſare ſigno dato: et patres
noſtri ſimiliter poſuerũt ſigna ſua ſigna ſi-
cut in exitu. i. in porta ſup ſummũ concupi-
ſcẽtie: vſqꝫ quo trãſiret q̃ expectabat: trãſijt
et leuauit ſignũ in nationes. i. in memoriã
nationũ tã p ſcripturas ꝙ̃ per diſperſos ex
Iſrael: vt viderẽt oẽs nationes que ſub ce-
lo ſunt. Scđo et in oĩbus gẽtibus ſalutare
tuũ. Salutare nomẽ dñi Ieſu. Perſeuerat
ergo dies iſte vt cognoſcam⁹ ſalutare dñi.
et ad quid? vt exhilaret faciẽ in oleo: quia
Canticoꝝ. j. Oleum effuſum nomen tuum.
¶ Sed videtur ꝙ hodie non fuerit hoc no-
mẽ Ieſus bene impoſitũ. Primo: q: ſcribi-
tur Eſa. lxij. Uocabitur tibi nomẽ nouũ qđ
os dñi noĩauit. Nõ ergo ab angelo debuit
imponi vel a Maria ꝟgine. Scđo q: Eſa.
viij. Uocabitur nomẽ eius Emanuel: quod
interpretatur nobiſcũ de⁹: non igit Ieſus,

D
Ieſus.
Utrum
hoc no-
mẽ Ie-
ſus fue-
rit bñ i-
poſitũ i
circũci-
ſione.

Reſpõdetur primo ꝙ nomẽ dñi ꝓpter tria
impoſitum eſt ab angelo prius ꝙ̃ ab hoĩe.
Primo q: ſm Origenẽ primo in ipſo ⁊ per
ipm ſaluati ſunt angeli: et ideo ipm primo
decuit ſaluatorẽ noĩare qui primo ipſi⁹ ſa-
lutis ſenſerat effectũ. Scđo q: creatura di-
gnior noĩari ſolet a pſona maioris reueren-
tie. Inde eſt ꝙ Adam a deo noĩatus eſt. Et
q: dñs paulominus minoratus erat ab an-
gelis in humanitate noſtra ꝯſtitutus: ideo
cõueniẽs fuit vt ab angelo priuſꝙ̃ ab hoĩe
noĩaretur. Contra illos q̃ in baptiſmo pue-
ros adducũt ad imponẽdum noĩa infanti-
bus: qui vix ſciũt quicꝙ̃ de fide: cũ tñ deus
ab angelo cognoſcẽte magis ꝙ̃ ab hoĩe vo-
luit filiũ ſuũ appellari. Tertio q: decet illũ
nomẽ rei imponere qui eius proprietatem
agnoſcit. Hinc Adam nomina rebus impo-
ſuit. Geñ. ij. Omne eñ quod vocauit Adã
aĩe viuẽtis: ipm eſt nomẽ eius. Et quia ho-
mo huius noĩs proprietatem nõ cognoue-
rat: angelus vero eã expertus fuerat: que
erat ſaluũ facere qđ perierat: ideo cõueniẽ-
ter ab angelo priuſꝙ̃ ab hoĩe noĩatus eſt.
Nemo eñ poteſt veraciter rem noĩare/niſi
proprietatẽ rei veraciter cognoſcat. Dicitur
ſcđo ꝙ deus patr eeũ ante oẽs nominauit.
Pſ. Ante ſolẽ permanet nomẽ eius. Fecit
eñ Adam ad imponẽdum hoc nomẽ ſicut
ſolent facere reges qui aliquẽ de militibus
mittũt vt leuet puerũ de fontibus ex nomi-
ne ſuo. Sic et deus pater angelũ miſit: qui
nomẽ ab eterno ordinatũ ab eo imponeret
filio ſuo. Si eñ noĩa electorũ ſcribũtur ab
eterno in libro vite: quãto magis nomen il-
lius qui eſt primogenitus in multis fratri-
bus? Dicitur tertio ꝙ licet angelus primo
reuelauerit hoc nomẽ ⁊ primo impoſuerit:
Maria tamen ſecũdario in circũciſione im-
poſuit illud propter duo. Primo: q: Abrae
impoſitũ eſt nomen in circũciſione/⁊ a deo
mutatũ. Qui eñ prius ante circũciſionẽ di-
cebatur Abram/in circũciſione vocatus eſt
Abraã: et ſic auctum eſt nomẽ eius. Sic in
baptiſmo imponimus nomẽ qui circũciſio-
ni ſuccedit. Scđo quia tũc in circumciſione
vel baptiſmo vita hoĩs inchoatur. Antea
eñ ſemiuiuus eſt: ideo tũc nomẽ ſibi datur
cum viuit. Unde quidam ſemel fuit contẽ-
tus habere nomen terre et perdere terrã: ⁊
ille nomen et terram perdidit. Sic multi
ſunt qui vocãt nomĩa ſua in terris: q̃ poſt-
ea perdunt et nomen et terram viuẽtium.



Dicit quarto ꝙ dñs vocatus eſt Emanuel:
nec multũ diſtat a nomine Ieſu. Antea eñ
longe erat a peccatoribus ſalus: ⁊ per con-
ſequens dñs ⁊ ipſe Ieſus. Nunc autẽ cum
facta eſt ſalus deo noſtro/tũc Emanuel di-
ctus eſt ⁊ Ieſus. Inde ⁊ Marie dictum eſt
dñs tecum: et nunc cõmuniter dicitur dñs
vobiſcum. pſ. Dñs nobiſcum ſuſceptor no-
ſter. i. noſter humanitatis deus Iacob. Si-
cut autem papa cũ eligitur mutat nomen:
ſic chriſtus terribile nomen quo cõtra nos
videbatur eſſe: puta deus vltionum/muta-
uit cum factus eſt ſacerdos in eternum im-
pium nomen Ieſu in nomen Emanuel/qđ
eſt nobiſcum deus. Secũdo vt cõfiteamur
nomini ſancto tuo. ¶ Sed hic q̃ritur vtrũ
digne poſſimus confiteri nomini ſancto do-
mini/⁊ laudare ipſum in hac vita? Et vide-
tur ꝙ ſic: quia al's fruſtra inuitaremur ad
confitendum illi. Sed in oppoſitum appa-
ret eſſe pſalmiſta dicẽs. Educ de carcere ani-
mam meam: vt confiteatur nomini tuo do-
mine. quaſi vellet dicere. Nõ poteſt anima
mea digne laudare nomen dñi/niſi educa-
tur extra corpus ſuũ. Ad hoc reſpondetur
ꝙ triplex eſt laudatio nominis dñi. Una
eſt turpis ⁊ indecens que fit a vilibus per-
ſonis ⁊ peccatorib⁹ infamibus. de qua lau-
de Eccli. xv. Nõ eſt ſpecioſa laus in ore pec-
catoris. de qua Seneca. Tam turpe eſt lau-
dari a turpib⁹: ꝙ̃ laudari ob turpia. Sicut
ptꝫ in ſacerdotib⁹ qui poſtꝙ̃ oſculati ſunt
meretricem orant per dñm Ieſum chriſtũ.
hec laus eſt in ore eorũ/ſicut gemma in ore
ſuis. Similiter de illis qui incantãt ⁊ incan-
tationibus vtũtur/non abhorrentes nomẽ
dñi cum noĩbus demonum inuocare. Sed
ſicut gẽma non perdit virtutem ⁊ nobilita-
tem ſuã/ꝙ̃uis ſit in ore ſuis: ſic nec nomen
dñi propter eorũ malitiam polluitur. Secũ-
da eſt decora et decens/ſed non ſecura: que
fit ab ore iuſtorum inuocãtium nomen dñi
Ieſu. de qua pſ. Deo noſtro ſit iocunda de-
coraqꝫ laudatio. Et iſta licet ſit imperfecta:
tamen oĩbus eſt in precepto. Pſ. Iuuenes
et virgines ſenes cũ iunioribus laudẽt no-
men dñi. Immo pueris hoc iubetur in pſ.
Laudate pueri dñm: laudate nomen domi-
ni. Uideant ergo blaſphemantes nomẽ do-
mini quale peccatum agunt: qui nõ ſolum
non laudant/ſed etiã dilacerant. Quãtum
vellet vindicari homo valoris contra eum
qui nomẽ ſuum diffamaret: quanto magis

E
Ieſus.
De tri-
plici
laudati-
one no-
minis
dñi.

dñs omniũ contra nomen eius blaſphemã-
tes? Tertia eſt perfecta laus: et iſta ſolũ ha-
betur in patria. Nam laudamus rem q: bo-
na eſt: bona autẽ iudicatur ex appr[illegible]enſio-
ne ſenſus ⁊ cõſequenter intellectus. ⁊ quan-
to certius cognoſcit eſſe talis: tãto dignius
laudatur ⁊ approbatur. Et q: virtus ⁊ effi-
cacia huius noĩs Ieſus q̃ eſt ſalus omniũ
nunc ꝙ̃diu in hoc corpore peregrinamur a
dño/ſolo auditu ⁊ ſola fide percipitur: tunc
aũt cum mortalẽ exuerimus hoĩem iſtum/
videbimus eum ſicuti eſt: ⁊ tunc manifeſta
erit ⁊ ſecura laudatio. Nõ [illegible] hic
dicit mihi dñe dñe: intra[illegible] regnũ celoꝝ.
Multi etiam venient dicẽtes. Dñe in noĩe
tuo demonia eiecimus/⁊ virtutes multas
fecimus: q̃bus dicetur. Nõ noui vos. Sed
tũc dicet vnuſquiſqꝫ plane percipiens effe-
ctũ huius ſancti noĩs illud pſ. Confitebor
nomini tuo dñe qm̃ bonũ eſt. Sed q̃bus.
Utrũ periuris qui peierãt in hoc nomine?
Non. Utrũ blaſphemis qui lacerãt? Non.
Utrũ lubricis qui inficiunt? Non. Sed qui-
bus ait in conſpectu ſanctorum tuorũ. pſ.
Iuſti confitebũtur nomini tuo: ⁊ hoc quan-
do habitabunt recti cum vultu tuo. Maxi-
me autem debemus ipſum hodie laudare/
quando fuit impoſitum domino.

¶ In die Epiphanie Sermo primus.
et in ordine. lxv. per thema.

IN hoc apparuit
filius dei: vt diſſoluat opera
diaboli. j. Io. iij. Tria peſſi-
ma opera fecerat diabolus
in hoc mundo. Primo enim
procurauerat excecationẽ: q: ad tantã ceci-
tatem deuenerat homo vt lignis ⁊ lapidib⁹
diuinũ honorem exhiberet. Sed cecitatem
ſecuta eſt inquinatio ⁊ immũditia peccati.
Qui eñ lutũ non videt/non cauet. Inde oĩ
genere peccatorũ/etiam cõtra naturam in-
quinati erant hoĩes. Sed tertio immundi-
tiã peccati iuſte ſecuta eſt afflictio. Prouer.
xiiij. Miſeros facit populos peccatum. Et
ꝓpter hec tria tripliciter hodie dñs appa-
ruit ĩ diuerſis tẽporibus: ſm ꝙ hodie tres
ſunt ſolẽnitates. Primo eñ apparuit regi-
bus: quibus ⁊ miſit ſtellã fulgentẽ: que lu-
men fidei in cordib⁹ gentiũ radiare fecit: ſi-
cut tenebre in paſſione chriſti ſignant tene-
bras Iudeorũ. Eſa. ix. Populus gentium
qui ambulabat in tenebris vidit lucem ma-

A
Epi-
phania
dñi.
Chriſt⁹
ter ap-
paruit
in die
epipha-
nie con-
tra tria
opa di-
aboli.

Universidad de Deusto Biblioteca



gnam. Unde Aug. in ſermone. Iſtam ſtellã
nouam declarauit natus: qui antiquum ſo
lem declarauit occiſus. Illa luce inchoata
eſt fides gentiũ: iſtis tenebris accuſata per
fidia Judeorũ. Secũdo apparuit in baptiſ
mo: cũ chriſtus balneauit ſe in baptiſmo:
non aquã maculans/ſed ei virtutem abluẽ
di donans. Ideo secũdo contra inquinatio
nem peccati apparuit. Tertio apparuit in
nuptijs: vbi diuina virtute aqua verſa eſt
in vinũ: quo tertium opus deſtruxit diabo
li: qu[illegible]do aqua tribulationis mutata eſt in
vinum co[illegible]is: quia fili⁹ dei mala pe
ne tolerãdo ea nobis tolerabilia facit. Hec
autẽ mutatio perfecte fiet in futuro: quan
do vna gutta aque tribulatiõis in mille mo
dios vertetur gaudij eterni. In pͥmo verus
deus apparuit: quãdo ſibi celum obſequit.
In ſecũdo verus homo: quando ad baptiſ
mũ peccatorum conuolat. In tertio verus
deus ⁊ verus homo: cum virtute diuina in
ter epulantes comedẽs tale miraculum fe
cit. Ipſe eñ ſeſe occultauerat nube carnis:
ſed ipſe ſe reuelat per ſtellam magis. Pater
eum celauerat cum miſit in mundũ paupe
rem ⁊ inter peccatores: ⁊ eũ obumbrauerat
ſpũs ſanctus: ſed hodie teſtimonio patris
et ſpũs ſancti declaratur. Mater occultaue
rat eum i preſepio: ſed hodie manifeſtat eũ
in nuptijs dicens. Vinum non habent. Ut
ergo dignetur impetrare filio in huiuſmo
di ſolẽnitate vinum deuotionis nobis: ad
eam recurramus dicentes Aue.

B ¶ Cum gaudio magno celebranda eſt appa
ritio ſaluatoris ꝓpter tria. Primo qꝛ iſtud
feſtum eſt feſtũ noſtrum. Eſt enim initium
naſcẽtis eccleſie: quãdo eccleſia de gẽtibus
chriſto iuncta eſt. In die eñ natalis appa
ruit dñs paſtoribus qui erant de Judeis:
ſed hodie magis qui ſunt primitie gẽtium.
Ideo quia nos ex gẽtibus proceſſimus/ma
xime a nobis celebrari debet: quaſi eſſet ho
die natiuitas noſtra. non ſolum prenũtiati
ue per gentes: ſed etiã regeneratiue per ba
ptiſmũ. Sed nec ſolum fundata eſt eccleſia
gentiliũ ſpiritualiter ſed etiam temporali
ter: quia cũ muneribus venerunt magi: nõ
ſicut paſtores. ⁊ de hoc habetur. xij. q. j. ca.
futuram. Fuerũt aũt duodecim dies inter
natalem ⁊ feſtũ iſtud: qꝛ poſt duodecim pſe
cutiones dotata eſt eccleſia. Due prime fue
runt in Judea ſub Stephano ⁊ Jacobo: et
decem ſub imperatoribus vſqꝫ ad Conſtan

(Margin: Epiphania domini Qr eſt celebrãda cum gaudio ꝓpter tria.)

tinũ. Secunda ratio. nihil profuiſſet nobis
ſaluatorẽ naſci/ſi non contingeret eũ agno
ſci: cũ natiuitas eius infidelibus chriſtum
ignorãtibus ſit potius noxia qꝫ fructuoſa.
Parum eñ profuiſſet ipſum in mũdo naſci
corporaliter/ſi non in cordibus hominũ ſpi
ritualiter naſceretur. Similiter nõ prodeſt
ſaluatoris agnitio/niſi ſequatur eius vene
ratio. Infidelibus autẽ deteriores ⁊ dãna
biliores ſunt/qui ſaluatorem per fidẽ agno
ſcunt/⁊ per inobediẽtiam deſpiciunt. Ergo
neceſſaria nobis fuit apparitio/et neceſſa
rio veneranda. Tertia ratio: qꝛ ſm Grego.
Natalis quodãmodo eſt alter hodie ſalua
toris noſtri. Ideo ſi natalem celebramus i
corpore/maxime debemus iſtum celebrare.
Poſſumus autẽ quadruplicem diſtingue
re natiuitatem: de qua hodie poſſumus cõ
gratulari. Prima eſt eterna: de qua pater
hodie teſtimoniũ perhibet. In natali cele
brauimus natiuitatem ex matre: hodie ve
ro ex patre: que nobilior eſt. Ambroſi⁹. Pa
ter qui tunc obumbrauit in virtute: nũc cla
mat in voce. Qui tunc vmbram preſtitit na
tiuitati: modo teſtimoniũ perhibet verita
ti. Hic eſt (inquit) filius meus dilect⁹. Se
cũda eſt ſpiritualis: qua per fidem in cordi
bus gentium ortus eſt ſol iuſtitie. Tertia ſa
cramẽtalis: qua in mẽbris ſuis in aquis ba
ptiſmi chriſtus naſcitur. Quarta eſt natiui
tas beata: qua inchoatur vita eterna: que i
mutatione aque in vinũ eſt figurata. Hinc
Ambroſius. Credendũ eſt ex hoc iam mor
talem hominẽ in immortalem cõuerti poſ
ſe: quãdo vilis ſubſtantia in precioſam con
uerſa eſt ſubſtantiã. Sic ergo propter has
tres cauſas oportet hodiernũ diem ſolẽni
ter ſicut natalem celebrare. In prima autẽ
ratione cepit infidelitatem gentiũ diſſolue
re. ꝓpter ſecundã rationem cecitatẽ ⁊ igno
rantiã detegere. propter tertiam mortem ⁊
afflictionem omnem tollere. Ideo in hoc
apparuit filius dei vt diſſoluat ⁊c.

¶ Circa euangeliũ duo dicemus. Primo de
fide magorum. Secundo de homagio eo
rum. Primum dicemus hoc ſermone. Se
cundum vero ſermone pomeridiano.

C ¶ Agitur fides in magis tripliciter claret.
Primo opere. Secundo conſtantia. Tertio
perſeuerantia. Qr in opere apparet: qꝛ cum
natus eſſet dñs Jeſus ⁊c. Venerunt enim
ab oriente a remotis partibus ad regẽ na
tum: nec fuit eis tantum iter laborioſum.

(Margin: Epiphania domini De fide magorũ)



Nam in principio chriſtus miſerat ſuũ nun
tium: ſcilꝫ ſtellam. ⁊ tunc eccleſia de primis
gentibus nobilem miſit ambaſſiatam: ſcilꝫ
reges. Sed nunc valde mutatus eſt ſtatus
quia vix modo habet pauperes. Pauperes
eñ et ſimplices modo ſtudẽt venire ad chri
ſtum: qꝛ non ſunt ita occupati mundana oc
cupatione/nec ita implicati. Sed diuites
non ſtudẽt venire. Vix veniũt modo in die
bus ſolẽnibus in ſua parrochia. Unde pul
lus exiſtens in nido non requiritur ab ali
qua aue nobili quaſi preda: ſed cum exit ni
dum ⁊ volat in aere. Sic nec iſti reges ante
natiuitatẽ dñi: licet die ac nocte ſuper quẽ
dam montẽ victorialem aſcendẽtes: ad in
ſidiandũ ſi viderent aut ſentirẽt veſtigium
huius prede. i. chriſti. Non enim videbant
ſignum ſtelle indicantis vbi eſſet hec preda
quia adhuc erat infra nidũ virginis. Sed
poſtqꝫ ſalua virginitate matris egreſſus eſt
per ſuam natiuitatẽ/ſtatim volauit de occi
dente in oriens per lucidam ſtellam ſe ma
nifeſtans: ⁊ tunc eũ inuenerunt. Aduerten
dum eſt tamen ꝙ cõtrouerſia eſt de iſtis re
gibus. Vult eñ Chryſo. ꝙ iſti erant de fini
bus oriẽtis: ⁊ ꝙ ſtella apparuit eis per an
num ante chriſti natiuitatem: ⁊ ꝙ hoc ha
buerunt per reuelationem: ⁊ ꝙ in iſta ſtella
apparebat imago virginis portantis pue
rum habentẽ crucem in fronte: et ꝙ poſue
runt per annũ cum quatuordecim dieb⁹ ad
veniendũ. Et propterea Herodes iuſſit oc
cidi pueros a bimatu ⁊ infra. ſꝫ iſta opinio
non cõmuniter tenetur. Alia eſt opinio Re
migij/⁊ etiam Auguſtini ꝙ erant Perſe et
Chaldei de Sabea regiõe ⁊ Arabia: q̄ ſunt
circa illas partes: ⁊ ꝙ erant ſucceſſores Ba
laam ⁊ de ſtirpe eius: et ꝙ receſſerunt die
natiuitatis chriſti: quãdo eis primo appa
ruit ſtella. ⁊ decimotertio die peruenerunt
ſup dromedarios: vt dicit hiſto. eccleſiaſti. ⁊
iſta opinio cõmunius tenetur. Sed an fue
runt tantũ tres vel plures non legit ex ſcri
ptura. Dicitur tamẽ cõmuniter ⁊ ſm gloſ.
ꝙ non fuerũt niſi tres iuxta hiſtoriam ſcho
laſticam licet eſſent multi ſub eis. In dieb⁹
Herodis regis. Hic euangeliſta ſignat tem
pus. Primo ad oſtendẽdum illam prophe
tiam eſſe impletã. Non auferetur ſceptrum
de Juda ⁊c. Et de. lxx. hebdomadib⁹ anno
rum que ſunt quadringenti nonaginta an
ni: quia anno. xxx. Herodis (qui prim⁹ alie
nigena regnauit) natus eſt chriſtus. Quaſi

diceret euangeliſta. Venit talis ambaſſia
ta ad chriſtũ tali tempore ⁊ tali rege regnã
te. Secundo ad declarandam prouidentiã
et bonitatem dei: ꝙ ſcꝫ venit quã[illegible] maior
erat indigentia. Cum enim erant reges de
ſua cognatione mittebat ad eos prophetas
ſed nouiſſime quando fuit alienigena/ipſe
venit in propria. ¶ Secũdo apparuit fides
magorũ in conſtantia: qꝛ conſtanter inqui
rũt. Ubi eſt qui natus eſt rex Judeorꝫ? Rex
quidem Judeorũ. i. confitentiũ. Qui prius
erat terribilis. iuxta illud. Terribilis apud
reges terre: nunc eſt rex [illegible] qui
prius fuerat in ſigno le[illegible] poſt deſcendit
pius in ſignũ virginis. ¶ Sed quõ hoc auſi
ſunt dicere: ſm ꝙ recitat Aug. Decreuerãt
Romani ne qs deus aut rex ſine eorũ conſi
lio diceret. Quomodo ergo iſti magi alieni
gene intrãtes terram Romanorũ auſi ſunt
confidẽter cõfiteri regem de nouo natum?
Nõ habebant ipſi pre oculis periculũ mor
tis. Sed ipſi non de morte curabant. Si eñ
de morte curaſſent: nunqꝫ hoc auſi fuiſſent
predicare: ſed iam parati erant mori ꝓ chri
ſto. O beati magi qui ante conſpectum cru
deliſſimi regis: qui libros genealogie Da
uid combuſſerat et filios occiderat zelo re
gni: anteqꝫ chriſtum cognoſcerẽt facti ſunt
chriſti confeſſores. Iſti enim magi eccleſie
preſentis formam portabant. Et ſicut illi
regem quem non viderant credentes que
rebant ⁊ confitebãtur: ſic et nos qui ſumus
ex gentibus dominũ quem nunqꝫ vidimus
credentes quotidie querimus ⁊ confitemur
poteſtatem eius. Sed videre quid dicetis o
magi: rationem aut probationem oportet
in medium afferre. Aiunt ergo. Vidimus
enim ſtellam eius in oriente: differẽtem ab
alijs ſitu/motu/ſubſtantia/interpellatio
ne ⁊ lumine: et q̄ ſibi famulabatur. Ex hoc
aliqui fatui aſtrologi voluerunt elicere ꝙ
vnuſquiſqꝫ naſcitur ſub aliqua cõſtellatio
ne: ⁊ ꝙ per illã habet eſſe viuere/et eſſe bo
num vel malum/fortunatũ vel infortuna
tum. Et modo oportet ire ad aſtrologos ad
ſciendum ſi ſit bonum tempus eundi ad cu
riã/nubendi/vel incipiendi aliquod opus.
Sed hoc impugnat Chryſoſto. tripliciter.
Primo ſi ita eſſet ꝙ ex motu ſtellarum eſſe
mus boni vel mali: tunc deus non deberet
nobis precipere bene vel male agere: cũ hoc
tantũ eſſet in poteſtate ſtellarum. Si enim
quis homicidiũ facit magna eſt iniquitas:

(Margin: D Epiphania dñi. Cõſtellatio. Reprobant dicentes hoiem ſubdi conſtellationibus.)

ſed adhuc maioꝛ ſtelle illius que hoc fecit.
Scđa ratio quereretur ab eis que fuit ſtel⸗
la que diluuiū fecit et oēs in diluuio moꝛi.
Si er[illegible] oēs ꝑ illā ſtellā moꝛtui ſunt/ opoꝛ
tebat ꝙ oēs naſcerētur ſub illius dominio
ſtelle: et ꝙ aliqua cōſtellatio duraſſet plus
ꝙ̄ per mille annos ⁊ ante Noe et poſt/ qui
nō erat ei ſubiectus. Tertia ratio: que ſtel⸗
la erat q̄ ante chꝛiſtū faciebat fere oēs ido⸗
lolatras: et poſt chꝛiſtū recedere ab idolis?
Hoc ergo dicere ſcꝫ homīes totaliter ſubdi
con[illegible]llationibꝰ/ vanū eſt. Preterea arguit
Au[illegible] qui in vtero Rebecce erāt
ſimul: [illegible] Jacob: et ſic videt̄ ꝙ ſub
eadē cōſtellatione: et tamē vnus fuit peſſi⸗
mus: ⁊ alter optimus. Et venimus cū mu⸗
neribꝰ adoꝛare dñm. Mira fides iſtoꝝ ma
goꝝ. Bernar. Si latronis fidē/ et Centurio
nis cōfeſſionē cōſidero: in hoc iſti superex⸗
cellere vidētur: ꝙ iā tūc miracula multa fe
cerat: iā tunc a multis pꝛedicatus fuerat et
adoꝛatus: iſti vero nec eū viderāt nec audie
rāt: ⁊ tñ pꝛedicant ipm coꝛā rege crudeliſſi⸗
mo: pꝛedicāt ipm natū paruulū: ⁊ tamē va
dūt vt adoꝛēt eum vt magnū. Cōſiderabāt
em̄ ipm eſſe magnū: cui aſtra famulabātur
et celū. Mirabatur terra ꝙ nouā ſtellā vi⸗
deret in celo: ſed plus mirabatur celum ꝙ
nouū ſolē videret in terris. Audiēs autem
Herodes rex turbatus eſt. ſicut dicit Chꝛy⸗
ſo. ꝓpter tria. Pꝛimo ne a regno expellere⸗
tur: cū eſſet genere Idumeus. Secundo: qꝛ
grādis poteſtas ſemper grādi ſubiecta eſt
timoꝛi. Nā ſicut ramū arboꝝ in excelſo poſi
tarū etiā leuis aura mouet: ſic et ſublimes
hoīes ⁊ in dignitate cōſtitutos: leuis nūtij
fama cōturbat. Humiles vero ſicut in trā⸗
quillitate vallis cōſiſtūt. Rami enim ſunt
pꝛincipes: radix agricole qui ſunt totaliter
terreni: et mercatoꝛes. Credūt hoīes euelle
re radicem ſed nō poſſunt. Rami aūt facile
euellūtur: et ex ipſis virge fiūt vnde vapu⸗
pulant pueri chꝛiſti. Et ſepe ſunt tot rami
ſurſum ꝙ deſiccatur arboꝛ: ⁊ radix non po
teſt eos nutrire. Sic eſt nunc de curialiſtis:
qui multiplicati ſunt ſupꝛa numerū: q̄ ſem
per habēt fructū et floꝛē ⁊ pꝛincipale nutri
mēti quod eſt in radice: nihilominus ſemꝑ
tremūt: vel facile ad modū ramoꝝ vēto agi
tatoꝝ: et plerūqꝫ ſꝫm Pſ. trepidant timoꝛe
vbi nō eſt timoꝛ: ſicut et hic Herodes. Ter⸗
tio: qꝛ Herodes erat miniſter et diaboli ſer
uus. Ideo nō tātum turbabatur Herodes
quantū diabolus in Herode. Herodes ho⸗
minem eſtimabat: diabolus deū ſuſpicaba
tur. Audierat enim angelos in aere clamā⸗
tes: ⁊ iſtos teſtes audiebat: ideo tanto ma⸗
gis deſtructiōe ſue poteſtatis turbabatur.
Timebat em̄ Herodes ſucceſſoꝛem terrenū
ſed diabolus celeſtē. Cōſideremus ibi quid
erit de iſto puero cum a rege timetur. In⸗
de Augu. Quid erit ante tribunal iudican
tis: quando ſuperbos reges curia terrebat
infantis. Pertimeāt reges ad patris dexte
rā iam ſedētem: quē rex impius timuit ad⸗
huc matris vbera lactātem. Quarta ratio
addi poteſt ꝙ turbatus eſt: qꝛ oculos habe
bat infirmos: et ideo ſuſtinere nō potuit lu
cem que venit in mūdū. Sap. ij. Grauis eſt
nobis ad vidēdum. Et tāqꝫ auris infirma
verbum veritatis audire non poterat: ſicut
nec illi qui dicebāt Jo. vj. Durus eſt hic ſer
mo. Verbū enim abbꝛeuiatū et quaſi ſuſur
rando audire nō potuerūt: quomodo pote
rūt tonitruū magnitudinis eius ſuſtinere?
Timuit aūt Herodes tēpoꝛalia amittere: ſꝫ
qꝛ timuit pꝛuinā: irruit ſuper eum nix. Sic
de Judeis: qui timuerūt perdere locū et gē
tem a Romanis. Et oīs Hieroſolyma cum
illo. Vel propter fauoꝛē Herodis. Vel qꝛ ti
mebant ne pꝛopter regē natū Herodes ira
ſceretur populo: et ſic vindicaret in eū. Cre
debāt em̄ Judei vna cū Herode chꝛiſtū tē⸗
poꝛaliter regnaturum: ⁊ ipſos reſtituere in
pꝛiſtinā libertatē. vnde Chꝛyſo. Sicut cer⸗
tantibus vētis mare cōcutitur: ſic regibus
aduerſantibꝰ ſibi populus regni vexatur.
Et congregās oēs pꝛincipes ſacerdotum ⁊
ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis vbi chꝛi
ſtus naſceretur. Sꝫ quō interrogabat He⸗
rodes de ſcripturis: quia aut eis credebat/
aut nō. Si nō/ cur de eis interrogabat: cū
tunc reputaſſet eas vanas: cur etiā miſiſſet
alios in Bethleē. Si credebat quia vere na
ſciturus erat futurus rex: quomodo ſpera⸗
bat eum poſſe interficere: quē ſcripture di⸗
cebant eſſe futurū? Nūquid poterat homo
coꝛrigere vt non fieret qđ deus oꝛdinauit?
Ad hoc Chꝛyſ. ꝙ Herodes rex in malo cre
debat et nō in bono. Credebat em̄ ꝙ naſci
turus erat talis rex: ſed qm̄ aduerſus illū
nihil agere poterat: nō credebat. Sic inter
oēs homines in quos diabolus operatur
credunt ſcripturis ⁊ non credunt. Scimus
enim quia moꝛituri ſumus: et tamen nō vi
uimus quaſi ſic poſt modicum tranſituri.

E

Herodes: Epiphania dñi. Quare Herodes turbatus fuit audita xpī natiuitate.



F

Epiphania dñi. Multipliciter defecerūt Judei interrogati ab Herode de natiuitate xpī

¶ At illi dixerunt in Bethleem Jude. Sic
enim ſcriptum eſt. Et tu Bethleē terra Ju⸗
da ⁊c. Quadruplicitei ibi defecerūt Judei.
Pꝛimo quia regi infideli tyꝛanno et quem
ſciebant perſecutoꝛem regis futuri indica⸗
uerunt ſecretū regis. Tobie. xij. Sacramen
tum regis abſcondere bonum eſt: id eſt ſe⸗
cretū: et tamen iſti pꝛoditoꝛes ceperūt ma⸗
nifeſtare: quaſi nunc incipiant perſequi re⸗
gem. ſ. quē magi pꝛedicant. Voluerunt em̄
eum aliquādo denegare regem: et de facto
tollere titulum: quē Pilatus neſcio quo ſpi
ritu ductus noluit delere. Secundo in hoc
ꝙ per ſcripturam ſacram confirmauerunt
dictū ſuū: pꝛodentes theſauros dñi ſui in⸗
fideli pꝛincipi. O infideles diſpenſatoꝛes.
An hoc eſſet fideliter diſpēſare: pꝛodere tā
ta myſteria infideli? Ex quo docemur. Pꝛi⸗
mo occulta ſcripturarum nō oſtendere infi
delibus: quia in ſuam partem et deterioꝛē
detrahunt. Secundo nō eſſe mirandum ſi
mundus ſit infidelis et pꝛoditoꝛ. Nam ſꝫm
Grego. Si ſeculum nequam ſuo fidem nō
ſeruat auctoꝛi: qđ nobis deinceps de illius
fide ſperandum eſt? Tertio quia nō ſolum
pꝛodiderūt myſterium regi iniquo: ſed etiā
pꝛodētes pꝛeciderunt pꝛophetiam: ex quo
fuerunt cauſa interfectionis paruuloꝛum.
Dimiſerunt em̄ illud: et dies eius a diebus
ſeculi. Si enim hec dixiſſent: potuiſſet con⸗
ſiderare Herodes antiquitatē regis huiꝰ:
et ꝙ non erat terrenus talis: ſed opoꝛtebat
eſſe celeſtē: nec in tātū furoꝛē exarſiſſet ad⸗
uerſus eum. Nūc autem hac pꝛeciſa ſolam
pꝛotulerūt que eum poterat irritare. Illis
ergo ita exponentibus putans Herodes ſi
milem ceteris regibus naſci regem: paruu
los interfecit cū illis eſtimās occidere chꝛi⸗
ſtum. Sed ſicut iſti male faciebāt ſuū pꝛo⸗
ceſſum coꝛam rege qui partem literarū di⸗
mittebant: ſic multi qui in iudicio partem
ſcripturarum dimittunt ad referendum: ⁊
per hoc ſepe ꝑditur pꝛoceſſus. Quarto de⸗
fecerunt in hoc ꝙ ſciuerunt bene docere ty
rannum: ſed ſeipſos neſcierunt bene doce⸗
re. Credidit Herodes ipſis dicentibus ve⸗
ra: ⁊ ipſi ſibi non crediderūt vt ſuſciperent
eum. Docuerūt magos viam: et ipſi nō am
bulauerunt per eā: ſimiles fabꝛis arce Noe
qui fecerunt arcam in qua alij ſaluati ſunt
non ipſi. Similes etiam lapidibus miliari⸗
bus qui peregrinis iter oſtendunt: ſed nō
ambulant per illud: immo remanent ſemꝑ
in eodem loco. Item ſimiles lumini cande
le quod alijs lucet et candelam conſumit: ⁊
aque baptiſmatis que baptizatum purgat
ſed immundioꝛ efficitur. Nam ſup[illegible]cidit
ignis auaritie et non viderunt ſolem: quia
occupati rebus terrenis noluerunt ire in
Bethleem cum magis. Hic cōſidera pꝛimo
ꝙ ſicut ſol in ſuo oꝛtu meliꝰ intuetur et cla
rius in oriente q̄ꝫ quando eſt ſuper nos vel
iuxta in meridie: ſic iſti regem natum opti⸗
me cognouerunt in oꝛiēte: ſed Judei apud
quos erat non videbāt: ſicut nec multi nūc
in meridie pꝛopter receſſu[illegible]e.
Secundo ꝙ magne deu[illegible]oca ſolēt
a diſtantibus et alienigenis deuote viſita⸗
ri: et a pꝛopinquis minus: vt patet in limi⸗
nibus apoſtoloꝛum Rome: quia vbi pauci
Itali vadunt: magna illuc confluit multi⸗
tudo tranſmontanoꝛum. Sic iſti reges ad
chꝛiſtum venerunt: non Judei pꝛopinqui.
Tunc vocauit occulte magos et ait. Ite et
interrogate diligēter de puero ⁊c. Pꝛopter
duo credidit. Pꝛimo: quia a ſacerdotibꝰ di
ctum. Secundo: quia exemplo pꝛophetico
pꝛobatum. Et ideo non ad deuotionem ſed
ad malitiam interfectionis flectitur: quia
malus homo que dei ſunt ītelligere poteſt:
que autem dei ſunt facere nō poteſt. Vide⸗
bat enim ꝙ nec pꝛece nec pꝛecio nec minis
poterat eos mutare: vt ſcꝫ interficerent na
tum regem: qui non aſpexerant nec Hero⸗
dem nec Ceſarem: ſed in medio regnoꝝ eo
rum annuntiabāt alium regem: ideo frau⸗
de circūueniebat eos. Sed cur occulte voca
uit eos? Reſpondet Chꝛyſ. quia ſuſpectos
habebat Judeos ne foꝛte quaſi regem ſue
generationis amantes: et intelligētes aſtu
tiam eius pꝛoderent conſiliū eius neſciens
quia maioꝛes erāt inimici chꝛiſti Judei q̄ꝫ
ipſe. Herodes enim velut hominem ſuſpi⸗
cās perſequebatur. Judei autem poſt mul
ta mirabilia et ſigna poſtq̄ꝫ cognouerunt
eum eſſe filium dei: crucifixerunt. et quan⸗
to manifeſtioꝛ fuit diuinitas illis ꝙ iſti: tā
to maioꝛ iniquitas. Qui cum audiſſent re⸗
gem abierunt. In hoc deſignātur boni au⸗
ditoꝛes: qui pꝛedicatoꝛes deuote audiunt:
ſed malos moꝛes non ſequūtur. Tertio ap
paret perſeuerātia magoꝛum in fide: quia
continuauerūt iter ſuum vt irent in Beth⸗
leem. Inde dicitur. Et ecce ſtella quam vi⸗
derant in oriente. Dereliquit eos ſtella in
introitu Hieruſalem: vt interrogarent Ju

Universidad de Deusto Biblioteca



B Fides chriſtiana. Iudei atteſtantur fidei chriſtiane.

deos: et hoc ad confuſionem eoꝝ: quoniam gentiles tantummodo viſione ſtelle confiſi chriſtū per alienas prouincias requirebāt: et Iudei ꝙ ab infantia prophetias legebāt de chriſto: eciam in ſuis finibus natum nō receperunt. Ipſi enim interrogati ſunt ab eis: vt portarent teſtimonium fidei gētiū: vt dicit Augu. Et propter hoc gēs illa diſperſa eſt ꝑ vniuerſas terras ⁊ expulſa a regno ſuo: vt eius fidei cuius inimici ſunt: teſtes vbiqꝫ cogerentur. Et in paucis ſignum circūciſionis obſeruant ne occidantur: ſicut Ca… q… fratrem ſuum Abel. Inde Pſ. lviij. Deus …tendit mihi ſup inimicos meos ne occidas eos: nequādo obliuiſcantur populi mei. Portāt enim nobis codicillos noſtros ſicut ſerui ⁊ librarij noſtri: ⁊ de ſuis literis eos confutamus: ne forte dicerent. Gentiles iſti confecerunt iſtas ꝓphetias ad ſuū ꝓpoſitum: educimus de manibus inimicoꝝ noſtrorū. Unde ꝙ ſtella diſparuit ſignificatur ꝙ ſenſus literarum ab eis receſſit. ¶ Vidētes aūt ſtellā gauiſi ſunt gaudio magno valde. O quāta dicebāt de rege nato. Intelligebāt em̄ per illā ſtellam ꝙ huius regis dignitas omniū mūdialiū excedebat regū mēſurā. Primo quō nō crederēt ei ſubdēdos hoīes: cui videbāt celi ornamēta ſubdita eſſe? Scdo quō poterat ei terra eſſe rebellis: cui famulabatur ⁊ celū? Exēplo eoꝝ debent gaudere catholici ad lumē celeſtis doctrine: qđ nō minus amādū eſt ꝙ̄ lumen ſtelle. Stella illuminabat oculos corporis: hec oculos cordis. Illa ducebat ad chriſtū mortalē: hec ad immortalē. Illa ducebat ad diuerſoriū et preſepiū: hec ad glorie ſoliū. Hec poſtq̄ ad chriſtū adduxit: reliquit eos ituros ad ſuā regionē: hec vero cū chriſto ſine fine manſurū duxit homine. Acceptior etiā erat eis aſpectus ſtelle q̄ auditus ꝓphetie: quia acceptior ſolet eſſe doctrina operis ꝙ̄ ſermonis. Unde ter ibi ponitur gaudiū. Magnū enim eſt gaudiū cū ab Herode. i. diabolo receditur: maius cū ſtella gratie recuperatur: maximum cū chriſtus cū matre inuenitur hic per gratiā ⁊ in futuro per gloriā. ¶ Sed querit̄ qđ de iſta ſtella actū eſt? Dicit̄ ſm Bedā ꝙ cecidit in puteo Bethleem: et quia apparuit Paule ⁊ Euſtochio. Sed fratres reputauerunt hoc friuolum: ideo voluit eos a ſua cōmunione ſeparare. Sed ſm Fulgētium redijt in priſtinam materiam.

¶ Sermo. ij. de eodem. et in ordine lxvj. per thema ſupradictum.

A Epiphania dni. Et tali die fecit deꝰ mirabilia.

De ceteris regibus loquimur et ſcribimꝰ hiſtorias: eo ꝙ tēpore ſuo fecerāt mirabilia. Sed vt ſileant aliorum laudes: hodie loquimur de rege quodā qui mirabilia facit in celo et in terra. Iuxta illud Act. ij. Dabo prodigia in celo ſurſum: et ſigna in terra deorſum. Hodie apparuit ī celo mirabile ſignū factū a rege iſto. ſ. ſtella: ſed adhuc maius apparuit in terra quādo ſol apparuit in terra. Frequēter em̄ antea ſcripſerat calamus ſcribe promiſſiones de aduentu ſaluatoris: quaſi diceret. expecta/ reexpecta. Multi precones venerāt: ſed ꝓmiſſis tātū quilibet diues erat: ita vt nihil niſi ꝓmiſſiones reportarēt. Ut etiā Dauid lōga expectatione fatigatus: culpam quaſi in deū referret dicēs. Tu vero repuliſti nos et deſtruxiſti nos: diſtuliſti chriſtū tuū. Dicebat Eſaias quaſi indignādo. Utinā diſrūperes celos ⁊ deſcēderes: ⁊ iā Dauid imperabat dicēs. Inclina celos tuos ⁊ deſcende. In hūc modū totus ille prophetarū cōuentus diutius expectando pertuſus: nunc optādo: nunc imperando: nūc cōquerēdo: nūc indignando ſermones ſuos narrabat. Sed venit expectatus: clauſit ora ꝓphetarū: datū eſt ꝓmiſſum ⁊ impoſitū eſt ſilētiū. Sileāt itaqꝫ prophete: qr hodie ſignū magnum apparuit in celo: immo in terra/ mulier virgo Maria amicta ſole iuſtitie. Dicat hodie vox eccleſie: in hoc apparuit filiꝰ dei: vt diſſoluat opera diaboli: et illud apparuit benignitas et humanitas ſaluatoris noſtri dei. Venit em̄ nō tātū cū vino et oleo: ſed cū purpura ⁊ ſacco: apparēs nunc quidē verus homo/ nūc verus deus: quaſi hiſtrionū more ludens: ⁊ in varias ſpecies ſeipm̄ alternatim trāſformās. de quo ludo Sapiētia inquit. Delectabar per ſingulos dies ludens corā eo in orbe terrarū. In die natiuitatis apparuit homo: habitu quidē inuētus vt homo: in die epiphanie vt deꝰ. Et hoc eſt qđ querebat Dauid dicens. Qui ſedes ſup Cherubin appare corā Effraim/ Beniamin/ ⁊ Manaſſe: coram Manaſſe. i. populo obliuioſo. ſ. gētili. de quibꝰ vt oblitis dicitur. Reminiſcētur et cōuertētur ad dn̄m vniuerſi fines terre. Et alibi. Intelligite aliquādo qui obliuiſcimini deum; corā



quibus apparuit per ſtellam. Corā Beniamin. i. filio dextere: predeſtinato. ſ. ad dexteram dei. i. corā Ioāne baptiſta apparuit in Iordane. Hic eſt Beniamin filius ſynagoge quo nato mortua eſt ſynagoga: qr vſqꝫ ad Ioānē lex et prophete. Corā Effraim. i. fructificāte apparuit: quando corā diſcipulis electis vt fructū plurimū afferrent apparuit: vt aquā in vinū tranſmutaret. Hodie em̄ in terra apparuit humanitas verbi incarnati: ſed in celo vox patris audita eſt: et ſpūſſanctus in ſpecie columbe viſus eſt. Hec ſunt tria mirabilia in quibꝰ hodie apparuit rex iſte: ſed preſertim refertur p̄ſens ſolennitas ad apparitionē ꝙ fuit facta magis: quando inuenerūt puerum cum Maria matre eius: que etiam eſt mater noſtra. Ad eam igitur velut filij ad matrem recurrentes dicamus Aue.

¶ Poſtq̄ dictū eſt de fide magoꝝ: nūc conſequenter dicendum eſt de homagio facto ipſi chriſto. ¶ Itaqꝫ magi fecerunt homagium chriſto in tribus. Primo in adoratione. Scdo in oblatiōe. Tertio in obediētia.

¶ Pro primo dicitur. Et intrātes domū inuenerunt puerū cū Maria matre eiꝰ. Uulgo dicit̄. Qui querit inuenit. Iſti vero queſierūt et inuenerūt: quia etiā chriſtus querebat eos per ſtellā. Nos etiā ſic facere debemus querēdo eū. Ipſe em̄ venit querere et ſaluum facere qđ perierat: ⁊ abbreuiauit ſe: et veſtiuit tunica curta ad querēdū nos: quia nullus eſt preter illum: qui poſſit nos ad ſalutē ducere. Poſſumus em̄ nobis eſſe cauſa dānationis: ſed ex nobiſipſis nō ſalutis. Oſee. xiij. Perditio tua ex te Iſrael: in me tātūmodo auxiliū tuū. O qualis pudor nobis. Iſti de tā longe venerūt ad querendum eum: et nos ſumus ita prope eum: et nō poſſumus inuenire eum. Sumus enim prope per remedia ⁊ ſacramenta. Dubium eſt ne verificetur prouerbium. Qui eſt prope eccleſiam: longe eſt a deo. Scies aūt dū inuenies chriſtū. ſ. quādo in corde tuo pacē habebis: quia in pace factus eſt locus eiꝰ. Ibi attēde ꝙ nullibi inueniebatur innocētia: et ideo reges venerunt cōperto ſigno a loco in quo perdita eſt innocētia: ⁊ inuenerūt puerū. i. innocentē regē Ieſum cū Maria virgine matre eius. Et diſpēſatione dei factum eſt vt tūc Ioſeph nō eſſet: ne pater eiꝰ a nouellis in fide putaretur. Hic nō debēt deſperare diuites: qr nō ſolū pauperes paſtores ſed etiā diuites reges Mariam ⁊ pauperē eius puerū inuenerunt. Sed pauperes cōſolationē iſtā inueniunt per paupertatē: ideo nihil leguntur obtul…e: et diuites per liberalitatem: pauperes dū paupertati chriſti ſe vident cōformari. Et diuites liberalitati eius qui omnia dat conformantur. Et procidentes adorauerūt eū: qđ non legitur de paſtoribus. Ecce quomodo iſti reges non veriti ſunt intrare ſtabulum ad adorandum dn̄m: et alij verentur ad eccleſiam accedere. Sed o reges quid queritis in preſepio? Ubi aula regi… …ades ma: vbi curie frequentia… …e aula ſtabulum: thalamus preſepium: curie frequētia Ioſeph et Maria. Inuenerūt enim puerū vilibus pannis inuolutum: et matrem vix vnam tunicā habētem: nō ad ornamētum ſed ad nuditatē tegēdam. Non ergo querebant regē terrenum: quia tunc cōfuſi fuiſſent. Non enim credendum eſt ꝙ puero ſic diſpoſito talem honorem dediſſent: niſi aliquid diuinitatis in eo conſpexiſſent.

B Epiphania dni. De muneribꝰ magoꝝ et quid ſignificent.

¶ Pro ſecundo dicitur. Et apertis theſauris ſuis ⁊c. ſm Grego. deprędari deſiderat: qui theſaurum publice in via portat. Ezechias amiſit que nuntijs regis Babylonis oſtendit. iiij. Reg. xx. Ideo maxime fugienda eſt vana gloria: que facit vt bona noſtra a latronibus inferni deprędentur. Obtulerūt munera/ aurum/ thus/ et myrrham: id eſt elecmoſynam/ orationem/ et ieiunium. Pro tribus em̄ que in homagio tenemus/ tria offerimus. De bonis tēporalibus aurum: de anima orationē humilē: de corpore ieiunium. Aurum offert: qui deum recognoſcit omniū bonoꝝ ſuoꝝ dn̄m: et omnes debent recognoſcere. ſm illud. Omnes de Saba venient: aurum et thus deferentes: et laudē dn̄o annuntiantes. Sed ſunt multi ꝙ diuitias ſuas offerunt diabolo potius ꝙ̄ deo: dum in eius ſeruitio eas expēdunt: ſeruis diaboli prodigi: ſed pauperibus chriſti auari: immo diuitias ſuas idolum faciunt: dū eas ſuper omnia diligunt. Sed plerumqꝫ laici ditantes eccleſias: miniſtris eccleſie aſſignant tamq̄ aduocatis ſuis vnde ſuſtententur: et confidunt ꝙ ipſi etiam eccleſiam tueantur; et tamen ipſi neſciunt eam defendere. Sciant nihilominus eccleſie miniſtri ſe eſſe proditores: ſi bona eorum recipiunt: et de cauſa eorum defendenda ſe non intromittunt. Thus em̄ offerre

Universidad de Deusto Biblioteca



debent humiles: qui ad modũ thuris ad ardorem diuini amoris quaſi ſe anihilant: in odorem deo ſuauiſſimum. Canti. j. Nardus mea dedit odorẽ ſuũ. Et ſicut humiles thurificant deo: ſic ſuperbi diabolo. Noua indumenta ⁊ noue factiones ſunt thuribula diaboli: que alijs mulieribꝰ fetorem ingerunt dũ ad ſimilia facienda exemplo fatuarum prouocantur. Similiter adulatores ſuperbis dominis ſunt thuribularij diaboli: duʒ male facta laudant ⁊ bona dño ſentire faciunt. Sic ⁊ ſuperbi deo fetorem intolerabilem inge[illegible] quem fetorem dñs in celo tolerare Lucierũ noluit: ſed eum de celo in infernũ precipitauit. Item clerici debent offerre deo thus: quia igne charitatis et zelo ſalutis animarũ inflammati: odorẽ bone fame populo debent miniſtrare: ⁊ ad modum thuris quaſi in nihilũ per humilitatem reſolui. Unde in thuribulo ſunt tria vas/thus/⁊ ignis. Uas eſt apertum ſuperius: clauſum inferius. Sic fidelis ad terrena ſit clauſus: ne carbones qui ſuccẽſi ſunt a dño cadãt in terram. i. cogitationes igne ſpiritus ſancti incenſe in terrenis cadentes extinguantur. Thus eſt pſalmus ⁊ oratio. Ignis ſpiritus ſanctus. Myrrhã offerunt qui carnem ſuam pro chriſto macerãt: quã debent clauſtrales offerre: cum et ipſi mundo ſint mortui: carnem ſuã condere debent myrrha diſcipline. Sed ſunt aliqui qui tũc primo myrrham offerunt ⁊ apponunt: cum iam corpus cõputruit et vermibus vitiorũ pleni ſunt. Melius tamẽ eſt tarde ꝙ̃ nũꝙ̃. Deus enim de modico contẽtus eſt nec eſt dangeroſus. Ita bene comedit cibum veterem: ſicut nouũ ⁊ recẽtem. Sunt etiam alij qui qui vno grano myrrhe corpora ſua condire volũt: ſicut qui pro oĩbus ſanctis ieiuniũ omniũ ſanctorum celebrant: ⁊ pro tota quadrageſima die veneris ſancta. Uel ſm Rabanũ: ⁊ recitatur diſt. xxxvij. c. legimus. Voluerunt reges qui erant ſcientifici et docti: triplicem philoſophiã quam inuentione ⁊ laboribꝰ acquiſierant offerre: ad ſeruiẽdum ſcripture ſancte. Inde eſt ꝙ Porphyrius. vt habetur lib. vj. hiſto. eccleſiaſtice: male reprehẽdit Origenem: propter hoc ꝙ miſcet cũ ſcripturis Iudeorum philoſophiã et ceteras artes: vel allegorice propter tria que erãt in chriſto. aurũ per quod deſignatur eſſe verus rex/thus pontifex/⁊ myrrha mortalis. Unde die natalis chriſtus verus rex ⁊ verus pontifex natus eſt in mũdum. Die circũciſionis ſe pontificẽ gerit exercens officium: nunc vero tenet ſtatũ regalem: et ibi occurrunt magi cum muneribus vocati per ſtellam. O ꝙ̃ tunc liberalis eſt dñs: cuʒ tenet ſuũ ſtatum regalem. Solent enim in die illo omnes captiui ſolui: ſic ⁊ in iſta die. Sed nunc (proh dolor:) fiunt peſſime fatuitates: vbi deberet homo vacare orationibꝰ et deuotioni. Uel ſm ſenſum literalẽ dicendum ꝙ aurum obtulerunt ad ſuſtentandũ paupertatem/thus ad tollendũ loci fetorẽ et myrrham ad tollendum vermiũ putredinẽ.

C Epiphania dñi. Quid fecit maria de muneribus magorũ.

Et ſi queras quid fecerit Maria de muneribus magorũ? Credendum eſt enĩ ꝙ illi beati reges qui filium eius celi regẽ ⁊ dñm cognouerunt: non modicũ ſed magnũ quid ei larga manu obtulerũt. ¶ Dici poteſt primo ꝙ manũ ſuam aperuit inopi: ſic ꝙ omnia in vſus expenderit egenorum: nihil de craſtino cogitãs. Quod ex eo conijci poteſt: ꝙ die. xxviij. purificationis ſequente vnde vnum ſolũ agniculum emeret in oblatione filij non habebat: cum tamen in terra ſancta multi agni inueniant̃ ⁊ pro modico precio habeantur. Quis enim dubitat ſi agnũ habere potuiſſet: quin iuxta preceptũ legis Leuit. xij. ipſum cum filio deuotiſſime obtuliſſet? Legitur enim ibi ſic. Cũ expleti fuerint dies purgationis eius pro filio et filia deferet agnũ anniculum in holocauſtũ. Cõpatiens autem dñs paupertati matris ſue ſubintulit paulo poſt. Qđ ſi non inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnũ: ſumet duos turtures aut duos pullos colũbe. ¶ Secũdo dici poſſet ꝙ partem in vſus pauperũ expendit: ⁊ partẽ ex diuino cõſilio reſeruauit ad peregrinandũ in Egypto. Ex quo eliceretur doctrina ꝙ licite poteſt ſeruari aliqua pecunia pro futuris neceſſitatibus ſubleuãdis: ⁊ hec eſt pars prouidentie: quia dicitur vulgariter. Qui non ſeruat de ſuo prãdio pro ſua cena habet ſepe male ad cenandũ. Et voluit in oblatione pauperum legẽ ſequi: vt magis ſectãdam eſſe paupertatem doceret: ⁊ ꝙ deus non ſpernit oblationes pauperum ſed preacceptat oblationibus diuitum. Plus enĩ acceptauit deus oblationẽ Marie: ſcʒ par turturũ ꝙ̃ agnos diuitum.

D Primũ. Qđ non debemus reuerti ad pctã.

¶ Tertio homagiũ fecerũt reges chriſto in obedientia. Obediunt enim veri milites ſuo principi vt quocunꝙ̃ voluerit eos mittere/mittat. Sic iſti obedierunt



q̃ reſponſo accepto in ſomnis ⁊c. Timebãt enĩ ⁊ ſuſpicabãtur ne forte Herodes malũ cogitaret in puerũ. Ideo ſicut Moyſes tacẽs clamabat Exodi. xiiij. Quid clamas ad me? ⁊ Suſanna Dañ. xiij. ſic iſti affectu interrogabãt quid vellet diuina volũtas. vnde et meruerũt reſpõſionẽ. In quo datur intelligi: ne poſtꝙ̃ veterẽ hominem exuimus iterũ reuertamur ad pctã: ſed per aliã viã. ſ. penitẽtie reuertamur in regionẽ noſtram. Talis autẽ eſt inſania eoꝝ qui ad peccata redeũt: qualis eſſet ſi quis volũtarie rediret ad carcerẽ iĩmici ſui de quo euaſit: vel rediret per viã in qua ſpoliatꝰ eſt et grauiter vulneratus. Talis eſt brutis inſipiẽtior: que ad laqueos quos euaſerũt nũꝙ̃ redeũt. Aues enĩ euadẽtes: in retia que ſemel euaſerũt nunꝙ̃ reuertũtur. Sed Herodes poſtmodum iratus iuſſit cõburi naues Tharſis ſm Augu. in pſalterio ſup illo verbo. Reges Tharſis. Tharſis autẽ eſt Carthago: ⁊ occidit pueros a bimatu ⁊ infra. Tũc apparuit ꝙ Herodes licet occulte a magis et publice a Iudeis veritatẽ queſiſſet: eã tñ odiebat ⁊ intẽdebat eã pſequi: ſicut oſtẽdit ꝑ effectũ: ſʒ ꝓpterea cito deſerta eſt domus eius. Erat enĩ de mẽbris illiꝰ cuius domus deſerta eſt. ſ. diaboli: q̇ in veritate nõ ſtetit: q: veritas in eo nõ eſt. Ueritas enĩ facit ꝑmanere domos. Pſ. In generatione ⁊ gñationẽ veritas tua. Fũdaſti terrã. i. hoĩem vel progeniẽ: et permanet.

¶ Sermo. iij. de eodem. et in ordine. lxvij. per thema.

B Epiphania dñi. Rex. Differt rex noſter chriſtus a ceteris regibus.

**Vbi eſt qui natus** eſt rex? Matth. ij. ¶ Multiplex ex ſcripturis inuenitur differẽtia inter regẽ iſtũ ⁊ ceteros reges. Primo alij reges naſcũtur miſeri. Sap. vij. Nemo enim ex regibꝰ aliud habuit natiuitatis initium. Et ſi velis magis hoc ſcire: audi ſctm̃ regẽ Dauid dicentẽ in Pſ. Miſer (inquit) factꝰ ſum ⁊ curuatꝰ ſum vſꝙ̃ in finẽ. Et alibi. Ecce enĩ in iniquitatibus cõceptus ſum. Sed iſte iuxta queſtionẽ natus eſt rex: q: oĩa potẽs ⁊ beatus a natiuitate: immo ab inſtãti ſue conceptionis. In quo oſtẽderũt ꝙ erãt optimi logici: q: multũ refert dicere. Iſte rex natꝰ eſt: ⁊ iſte natus eſt rex: q: ꝙ q̇s rex naſcat̃ eſt cõe: ſed ꝙ naſcat̃ rex eſt ſingulare. ¶ Scđa differẽtia: q: alij reges inſtituũtur ab eo ⁊ nõ ipſi inſtituunt eũ. Prouerb. viij. Per me reges regnãt. Ipſe vero ſuper oẽs reges eſt. Pſ. Ego primogenitũ ponã illũ: excelſum pre regibꝰ terre: q: aliter [illegible] Pſ. Ego aũt cõſtitutus ſum rex ab eo. ſ. deo patre. ¶ Tertia differentia: quia alij dũ diſtribuũt ſua: ſolũ regni partẽ nec totũ pñt diſtribuere q̃n ſe denudẽt: ⁊ adhuc diſtribuẽdo ſic multa veniũt mala: vt patet de rege Alexãdro: qui dũ diuiſit imperiũ ſuũ nobilibus nutritis ſecũ in quatuor partes: multiplicata ſunt mala in terra. Sed iſte totũ regnum ſimul oĩbus diſtribuit. [illegible] Poſſidete regnum qđ vob[illegible] eſt ab origine mundi. Et adhuc cum reges diſtribuũt: ad tẽpus ſolũ poſſidetur. Hic autem (vt habetur Iob. xxxvj.) reges in ſolio collocati in perpetuũ: ⁊ illic erigũtur. ¶ Quarta differentia: q: alij reges paucũ durant. Eccli. x. Rex eſt hodie et cras morieť. Hinc dicit̃ ꝙ talis regnauit viginti/triginta/et quadraginta annis: ⁊ mortuꝰ eſt. Sed iſte rex perpetuo regnabit. Exo. xv. Dñs regnabit ineternũ: et vltra. Luc. ij. Et regni eius nõ erit finis. Et Pſ. Sedebit dñs rex ineternũ. In literis quoꝙ̃ regijs ponitur annus ab incarnatiõe regis noſtri quo regnare cepit: ⁊ deinde quo rex temporalis: vt cognoſcat rex: q: excelſus dñatur in regno hominũ. Dañ. iiij. ¶ Quinta eſt: q: reges tẽporales indigẽt cõſilio bono ad res ſuas dirigẽdas: ⁊ ſapientibus viris. Inde Ezechiel. j. aĩalia in conſpectu throni erãt plena oculis ante et retro. Nõ enĩ oportet eũ ſeq̇ volũtatẽ ſuã. Per hoc in ſcriptura maxĩe culpat̃ Antichriſtꝰ. q: Dañ. xj. Faciet rex iuxta voluntatẽ ſuã. Et adhuc cũ conſilio ſuo rex terrenus nõ facit oĩa que vult. De iſto autẽ ſcribitur in Pſ. Oĩa quecũꝙ̃ voluit dñs fecit in celo et in terra: nec requirit cõſilium: Eſa. xl. Quis adiuuit ſpm̃ dñi: aut quis cõſiliarius eius fuit? Nullus intereſt magno conſilio eius niſi tres pſone: quarũ ſcđa eſt magni conſilij angelus: ⁊ ex deliberatione iſtius magni cõſilij natꝰ eſt iſte rex: ⁊ inuẽtus eſt hodie a regibus cum Maria matre eius. Ad quam recurremus dicentes Aue.

B Epiphania dñi. Quare magi venerunt ab oriẽte.

¶ Iuxta euangeliũ dicetur in hoc ſermone ad interrogationẽ magoꝝ ꝙ non eſt in curia Herodis. Secundo ꝙ inuenietur in curia Ioſeph et Marie in ſermone ſequẽte. ¶ Pro primo đr in textu. Cũ natꝰ eſſet Ieſus ⁊c. ecce magi ab oriẽte ⁊c. Uenerũt aũt oriẽte.

Universidad de Deusto Biblioteca

ab oriēte magi: q̄ ibi fuerat principiũ preuaricatiõis: principiũ etiã idololatrie: ideo fuit principiũ viſitatiõis ⁊ eccleſie. Hinc eſt ꝙ ch[illegible]ſt⁹ in cruce poſitus eſt: vt ait Damaſcenus lib. iiij. ad occidentē: ad deſignandũ culpam ibidē: ſcʒ in oriēte contractã: quam poſt dorſum poſuerat: nec vlteri⁹ culpa ipſa recordari poſſet. Unde ⁊ ꝓpter hoc prima benedictio eccleſie venit ab oriēte et ibi incepit eccleſia. Et ideo ad orientē oramus: ſicut Judei ad occidētē: ⁊ Sarraceni ad meridiē. Et ſi queras an inuitati venerint magi [illegible] dicationē/ aut alicuius doctrinã? Reſpõ[illegible]: et quia nullum habuerũt inuitatoriũ/ poſſunt dicere. Nemo nos conduxit. Et ideo hodie nullũ in matutinis dicitur inuitatoriũ. In his dãtur doctrine regibus ⁊ principib⁹ ꝙ tales ſint quales iſti: quia dignitas illa requirit hoīem totaliter deo deditũ et ipſum requirentē. Prima doctrina eſt ꝙ ſicut ab oriēte magi venerunt ad chriſtũ natum: vbi ſol oritur ⁊ dies incipit. Sic reges ab ortu ſuo debent q̄rere dominũ in toto corde ſuo: vt a ſolis ortu vſq; ad occaſum. i. a tempore quo ſol eis oritur vſq; ad tēpus in quo eis occidit: laudabile ſit nomē dñi. Secũda doctrina eſt in eo ꝙ tres reges venerũt ad chriſtũ et a chriſto illuminati ſunt/ denotatur ꝙ cor regis maxime in manu dei eſt.

E Epiphania dñi. Quõ reges venerũt ſine inuitatorio vel inuitante: ⁊ de multiplici venite.

Tertia doctrina: vt ſicut iſti ſine inuitãte ⁊ ſine predicãte ad chriſtũ venerũt ſola ſtella cõtēti: ſic ⁊ principes vel inclinationē habeãt vt chriſtũ ſequãtur et precepta cuſtodiãt ſine inuitãte. Uel ad minus cũ inuitatorio bonoꝝ viroꝝ accedãt ad chriſtũ: ita vt nõ audiant mala inuitatoria. Nã ⁊ miniſtri diaboli habēt ſua inuitatoria: quibus faciliter aſſentitur. Inuitant eñ alij ad luxuriã ⁊ turpem vitã ⁊ abominabilē ducēdã: deo ⁊ hoībus odioſam: qui dicũt illud inuitatoriũ Sap. ij. Uenite ergo ⁊ fruamur bonis q̄ ſunt: ⁊ vtamur creatura tãq̄ i iuuētute celeriter. Nõ pretereat nos flos tēporis: coronemus nos roſis: nõ ſit pratũ qđ non pertrãſeat luxuria noſtra. Hec eſt ſors noſtra: hec eſt pars noſtra: hoc eſt totũ bonũ qđ habemus in hoc mundo: dare ſibi de bono tēpore. Ecce peſſimũ venite. Credite cõſilio ſapiētis. Fili ſi te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis. i. ſi te lacte delectationis monuerint. Cui ꝯſilio credebat rex Dauid dicēs. Ambulãs in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Alij inuitant ad ſuperbiã ⁊ pompã: auaritiã et ſtultã ſui reputationē opprimēdo populũ: qui dicũt. Uenite Pharaonis. Exodi. j. Uenite ſapiēter opprimamus populũ iſtũ ne multiplicetur per inuētiones peſſimas ad tenēdũ magnos ſtatus: ad implendũ arcas auro ⁊ argēto. Tollite tales inuitatores et talia inuitatoria ab auribus principum. Hoc nõ dico: ſed ſapiēs Prouerb. j. Si dixerint veni nobiſcũ: inſidiemur ſanguini: abſcõdamus tendiculas cõtra inſontē: oēm precioſam ſubſtantiã reperiemus: implebim⁹ domos noſtras ſpolijs: ſortē mitte nobiſcum: marſupiũ ſit vnũ oīm noſtrum. Fili mi ne ambules cũ eis: vt dicat princeps cum Dauid. Qui loquitur iniqua nõ dixerit in conſpectu oculoꝝ meoꝝ. Et ita ſi tales reges venerunt ſine inuitatorio ad chriſtũ: ꝙ modo veniamus ad chriſtũ vel cũ inuitatorio. Et ſi eccleſia non faciat his regibus inuitatorium: nihilominus paratus eſt deus vt ſit inuitatoriũ ſi opus ſit: et iam in aliquibus eccleſijs illud inuitatorium reſumpſerunt.

¶ Quid ergo queſierũt magi? Certe vbi eſt qui natus eſt rex/ adducētes probationem vt fidem facerent regi dicentes. Uidimus enim ſtellam eius in oriēte et venimus ⁊c.

¶ Sed vbi inuenieꝫ: an in curia Herodis? Uidetur ꝙ ſic: q̄ Herodes prius gentilis/ poſtea factus eſt circumciſus ⁊ Judeus: et amplexus eſt legē dei ipſe et ſui. Reſpondetur primo ꝙ multi volunt fieri ſacerdotes vt habeãt multitudinē bonoꝝ eccleſie. Sic iſte vt teneret regnũ cũ pace ⁊ volũtate Judeoꝝ circũcidit ſe ⁊ nõ ꝓpter amorem dei. Erat eñ groſſus Judeus: ſicut multi ſunt groſſi chriſtiani. Fecerat eñ ad inſtar cati: qui vt liberius caperet ratum finxit ſe velle eſſe eremitã ⁊ ſuſcepit habitũ religioſi.

D Epiphania dñi. Chriſt⁹ non eſt inuēt⁹ in curia Herodis: q̄ non audiebat veritatem.

Dicitur ſcđo ꝙ nõ poterat inueniri rex iſte in curia Herodis. Ratio eſt: q̄ Herodes nõ libēter audiebat veritatē: immo audiēs hec Herodes turbatus eſt. Ueritas eñ nõ habitat vbi de ea nõ curatur ⁊ vbi repudiaꝫ: ⁊ vbi ei non preſtatur auris. Et ideo q̄ñ princeps ſurdus eſt ad veritatē: veritas nõ habitat cũ eo. Ille ſcʒ qui dicit. Ego ſum via/ veritas/ ⁊ vita. Dicebatur Herodi ꝙ veritas de terra orta eſt: ſed diſplicuit ſibi ⁊ turbatus eſt. Si añt veritatē libēter audiuiſſet: neq; timuiſſet/ neq; turbatus fuiſſet. Scriptũ eſt enim. Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. i. ſi corona hoīm qui diligunt veritatē loqui circũdetur rex: nõ timebis a timore nocturno. Timor nocturnus eſt timor predonũ et latronum. Sed ſi dicta fuiſſet Herodi veritas tota ipē nõ timuiſſet timore nocturno: ne ſalʒ quis veniret ad depredandũ regnũ ſuũ. Et ideo ſi veritas audiatur in auribus principũ: proijciet omnē predonē ⁊ latronē et exterminabit ita ꝙ non timebis ⁊c. Hic eñ timor ſolũ eſt de nocte ignorãtie: nõ de die veritatis. Nam lux fugat noctuas. Sed multi nunc piſcantur in obſcura et turbida aqua: que eſt ſine claritate veritatis: precipue iſti curialiſte et milites. Uidetur ꝙ ſit diluuiũ: q̄ ſupra montes aurũ piſcantur ⁊ gallinas: ⁊ ſimiliter commiſſarij habentes ruinoſas commiſſiones. Et ſic oīa furãtur: q̄ nõ eſt qui audeat cõtra eos loqui veritatē.

E Epiphania dñi: Judei nõ curabant de veritate: ⁊ defecerũt ridentes Herodi.

¶ Sed dices: dato ꝙ in Herode nõ eſſet veritas nec libēter audiret veritatem fidei: tamē ſui officiarij et propinqui libenter audiebãt. Sed hoc nõ: quia turbata eſt oñis Hieroſolyma cũ illo. Utrũ Symeõ/ vtrum Anna vidua/ vtrũ Zacharias ſacerdos de Hieruſalē/ vtrum ſancti viri? Non: ſed oīs Hieroſolyma: id eſt officiarij oēs Herodis ne perdãt officium ſuũ ad mutationem regni. Sicut eñ cũ oculus videt totũ corpus dicitur videre: ſic cũ oculi reipublice turbãtur: qui ſunt officiarij dicitur tota Hieroſolyma turbari. Nã tales cũ audiũt verbum tangēs regē dicũt. Hoc regi diſpliceret: nõ plus loquamini de hoc: rex iraſceretur. Primo itaq; officiarij ſicut et princeps coꝝ nõ libēter audiebant veritatē: quia Prouerb. xxix. Princeps qui libēter audit verba mēdacij: oēs miniſtros habebit impios. Secũdo veritatem neſcierũt celare neq; diſſimulare. Debēt enim officiarij cõſiderare diſpoſitionē et conditionē regis: et ſm hoc ſicut homo meliorē habet appetitũ vno tēpore q̄ʒ alio: ſic melius audit veritatē vno tēpore q̄ʒ alio. Sed iſti neſcierũt celare: quia interroganti Herodi reſponderunt veritatē: vbi nõ oportebat: cũ tamē ſm ſm Poetã. Et quãdoq; nocet oīa vera loqui. Si enim reſpondiſſent ſicut alias dixerunt: chriſtus cũ venerit nemo ſcit vnde ſit: hunc autē ſcimus vnde ſit: tunc ſapiētiſſime et ad pacificãdam irã reſpondiſſent. Sed vt placerent et vt viderētur ſciolij reſpõderũt. In Bethleem Jude: et ad hoc auctoritatem allegauerunt. Tertio tacuerunt veritatem illam que furorē regis debebat pacificare: ⁊ partem ſcripture tantum produxerunt que poterat excitare furorem: ſcʒ ꝙ naſceretur in Bethleem ſicut alij: et ꝙ regeret populum dñi: ſed nõ dixerũt quod poterat regis irã mitigare. ſ. et initium dierũ eius a diebus eternitatis. Nec eſt mirabile: quia hoīes iſti erãt homines predales iuxta regem: q̄ qualis ꝑnceps tales officiarij: Herodes nihil valebat ideo nec ipſi. Cognoſcebãt autem ex ſcripturis ꝙ chriſtus dominaretur in pace/ in virtute: et ꝙ vocaretur fortis/ admirabilis/ conſiliarius/ [illegible]/ pater futuri ſeculi: et ꝙ [illegible] rex et ſapiens eſſet: et faceret iudicium et iuſtitiam in terra. Ideo poterãt dicere intra ſe. Nos non ſumus tales quales rex iſte queret: nõ eſt quod nos oportet habere. Aues predales nunq̄ habent roſtrum rectum ſed tortuoſum: ſed bene aues domeſtice et ſimplices. Sic iuſti plane loquũtur: homines vero mali et ad predam proni/ ficte. Pſ. Qui loquitur veritatē in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua. Sic ergo in curia Herodis non inuenitur chriſt⁹: quia ab illa curia procul pellitur veritas. Nam Pſal. ait. Ueritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo ſcʒ chriſto. Ideo ſi expellatur ſocietas eius et ipſe. Unde in paradiſo ⁊ in delicijs inuētus eſt ſerpens mendax: in naui et in periculo inuenta eſt columba verax: que veritatem pede ⁊ roſtro attulit: ita ꝙ per eã Noe de veritate certus fuit. Sic in paradiſo curie Herodis et in delicijs eius inuētum eſt mendacium: in pauperibus et ſimplicibus inuenitur veritas. Et vocauit eos occulte: et diligenter didicit ab eis tēpus ſtelle que apparuit eis. Et poſtea miſit illos in Bethleē dicens. Ite ⁊ interrogate de puero hoc. In hoc culpatur Herodes ⁊ principes: qui primo et diligentius inquirent de aſtris et de rebus de quib⁹ nihil poſſunt ſcire: ⁊ que ad eos non ſpectant. Actuum. j. Nõ eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta que pater poſuit in ſua poteſtate. Et de ſalute ſua nihil inquirunt: vt Herodes qui diligentiſſime de ſtella ⁊ de tēpore ſtelle inquirebat: et regibus iubebat vt inquirerēt de puero Jeſu. Ut et ego veniens adorem eũ. Mentiebatur: quia homo vanus vt exaltetur ad mendacia ſe conuertit. Non enim veritas nec veritatem dicere exaltaret eum. Nã homines vanos nunq̄ exaltat veritas: q̄ ex

Universidad de Deusto Biblioteca



vero nunq̄ ſequitur falſum/niſi ſit aliqua premiſſa addita falſa inutilis ⁊ ianis: vt cū quis aliū accuſando dicit verū ⁊ veritatem vbi ta[illegible]ē nō oportet: vt ſit bone eſtimationis dicēdo veritatē: ⁊ tūc liberius admiſcet falſa. Malū enim ſi eſſet per ſe ipſum deſtrueret: vt d̄r. iiij. Ethicorum. ſic ⁊ falſum. Et ideo oportet ꝙ coloretur aliq̄ ſpecie bonitatis vel v̄itatis vt homo reputetur. Sic quia Herodes vanus erat/⁊ non niſi dominari appetevat/mentitus eſt: quod dedecebat regem. ſed mendacium ſuum colorauit [illegible] [illegible]eligiōis quaſi vellet adorare chriſtum: vt rep[illegible]tur deuotus.

¶ De eodem feſto Sermo .iiij. et in ordine. lxviij. per thema precedens.

A Rex chriſtꝰ. Rex chriſtꝰ hꝫ vnā cōditionē quā nō hn̄t ceteri reges.

ARiſtoteles quito Ethicoꝝ dicit ꝙ ſubditi debēt honorem principi: ſed propter hoc princeps debet eis ſubuentionem. Una enim bonitas aliam requirit. Et ſi princeps ita faciat diligitur ⁊ amatur a populo. Non mirum ergo ſi hodierno die queritur rex vbi ſit natꝰ: q᷑ licet querat honorem ſibi debitū a populo/tamen vnā habet cōditionē quā non habent ceteri reges: quia illi habent regnū ſuum ſub pedibus ſuis/vel ſaltem ſubtus humerum ſuum ad calcādum vel ſaltem ad amplexādum bona eius. Eſaie. j. Principes tui infideles ſocij furum: omnes diligunt munera: ſequūtur retributiones. Sed iſte habet ſuper humerum ſuum. Eſaie. ix. Cuius imperiū ſuper humerum eius. Et hoc ad portandum: non ad tollendum lanam et exponendum oues frigori: ſed ad deportādum eas ad ſtabulū proprijs humeris. Eſa. xl. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: ⁊ in brachio ſuo cōgregabit agnos: et in ſinu ſuo leuabit: fetas ipſe portabit. Paſcet gregem ſuum fiſtula cōſolationis et virga tribulationis: ſed fetas id eſt debiles ipſe portabit. Magne vite eſſet rex ille ob cuius vitam ſponte ſe ſubderent ſibi reges ⁊ terram ſuam. ſed adhuc magis admirabilis ſi ante annos diſcretiōis. Huic autem etiam ante diſcretionis annos ſecūdum naturam obediunt ⁊ celi et terra/nobiles ⁊ ignobiles. Et vere ratio erat: quia ſi angeli qui ſupiores ſunt iuſſi ſunt obedire ⁊ adorare/quos nō venerat redimere: quia non ceciderāt: ⁊ qui ceciderant eis non pepercit, iuxta illud Hebreo. j. cum introduxit primogenitum in orbem terre dixit. Et adorent eum omnes angeli dei. quanto magis pulnis ⁊ cinis que tantū reputata eſt apud eum: vt eam dignaretur aſſumere/dotare/⁊ pro ea mori: ⁊ hodierna die ad agnitionē ſui perducere: cum apparuit in Bethleem cum Maria matre ſua: quā conſtituit reginam miſericordie et aduocatam noſtram. Igitur ad eam cōfugiamus dicentes Aue. ¶ Ubi eſt qui natꝰ eſt rex? Certe ſi fieret nobis iſta queſtio: neſcio quid reſpōderemus Forte natus eſt nobis ⁊ in nobis et pro nobis in die natiuitatis ſue: ſed hodierno die propter fatuitates q̄ fieri ſolent amiſimus etiam cum deberet apparere in nobis. Nō eñ immediate poſt natiuitatē in vtero apparet eſſe infantulus in eo: ſed paulo poſt. Certe ſuffocamus eum ante apparitionem eius. Et ideo ad iſtā queſtionē poterimus reſpondere illud reſponſum Cain qui ſuffocauit fratrem ſuū. Neſcio domine: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego/perpetuus ſcꝫ quaſi diceretur. Tedio habeo illū tādiu portare ⁊ cuſtodire. Ita ꝙ ſolebat hec dies dici dies regū: ſed nunc poteſt dici dies villanorum: q᷑ plurima mala fiunt ⁊ vix corrigi poſſunt: ⁊ quādo creditur fieri correctio inuenitur obſtaculū. Sed timete eñ cum deberet in vobis apparere dulcis ⁊ amabilis/ne vobis appareat terribilis: ſm illud Pſ. Terribili ⁊ ei qui aufert ſpiritū principum: terribili apud reges terre. Hoc bene timebat Berēgarius propter hereſim quam aliquādo tenuerat: licet eam poſtmodū abiuraſſet: q̄ obijt in die epiphanie. Si ergo perdideritis eū in hac tam ſacra ſolēnitate vbi eſt multiplex feſtiuitas querite illū ſolicite. Paruulus eſt: cū diligentia cuſtodiri debet habitꝰ: ⁊ inquiri amiſſus. Si ita diligenter querebāt eum illi reges qui ſolā habebant ſtelle monitionē/nullis exēplis precedentibus: quāto magis nos q̄ tot habemus exēpla/eū debemus querere ⁊ ad diſſoluendū queſtionē illā ſtudere. Ubi eſt qui natꝰ eſt? ¶ Poſtq̄ dictū eſt ꝙ non inuenit̄ chriſtus in curia Herodis. Nūc reſtat oſtendere quomodo inuenitur in curia Ioſeph ⁊ Marie. ¶ Itaq̄ vt dicit textus: miſit Herodes magos in Bethleem: ⁊ cū receſſiſſent ecce ſtella quā viderant in oriēte antecedebat eos. Ex quo textu innuitur ꝙ perdiderāt reges ſtellā intrando curiā Herodis: vbi ſumi poſſunt due doctrine. Prima eſt. Non eſt mirā

B Epiphania dn̄i. Stella .i. gr̄a pditur in curia Herodis .i. diaboli.



dum ſi in curia Herodis magi ſtellā amiſerunt: ⁊ Petrus in curia principis chriſtū negauit: nam ſm Pſal. diabolus ſemp ſedet cum diuitibꝰ/nō cum pauperibꝰ in occultis: vt interficiat innocentem .i. chriſtū. vel pauperem populū: vt eum exactionibꝰ ⁊ taleis vexent. Secūda doctrina. ꝙ ſi q̄s in curia diaboli pdidit ſtellam .i. gratiam portando ſigna diaboli in pompis ⁊ apparatibꝰ ſupbie: ecōtrario in pnīa debet portare ſigna humilitatis: q̄ ſunt ſigna pueri Ieſu: ⁊ ſic inuenie̅t ſtella .i. gr̄a ⁊ fama pdita. Nam iſti tres reges propter Herodem (qui interpretat̄ glorians in pellibꝰ) pdiderunt ſtellam: q᷑ qui gloriant̄ in pellibus id eſt in apparatibꝰ mūdanis gratiā perdunt. Sed dimiſſo Herode viderūt ſtellā ⁊ inuenerūt dn̄m: quo inuento p aliā viaꝫ reuerſi ſunt in regionem ſuā. Sil'r qui vult inuenire dn̄m p gratiā/⁊ ſtellā .i. claritatē ſue fame/debet p aliam viam reuerti: ⁊ ſigna laſciuie ⁊ mundi deponere: ſicut dicit Apl's. Sicut portauimꝰ imaginem terreni ita ⁊ portemus imaginem celeſtis. j. Coꝛ. xv. Et. j. Tim̄. v. Ab om̄i ſpecie mala abſtinete vos. Uſq̄ dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Uidentes aūt ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno. Magnū eñ gaudiū eſt ſecularibus ⁊ ſubditis etiam religioſis videre ſtellam ſtantem .i. bonū prelatū vel priorem. Sic eñ magi .i. ſimplices ducunt̄ in Bethleem .i. in eccleſiā vbi inueniūt Ieſum cum Maria matre eiꝰ: ⁊ ductu illius ſtelle boni fiunt .i. illius bone antecedentis pſone exemplariter oſtendentis viam virtutuꝫ. Aſpectus eñ hmōi ſtelle .i. bone pſone ſolet intuentes recreare. Quadruplex tñ inuenit̄ ſtella in ſacro eloquio: ſcilꝫ ſtella ducens ad chriſtū: ſtella pferēs chriſtum: ſtella ornans celū: ⁊ ſtella cadens in terrā. Stella ducens ad chriſtū eſt bonus prelatus: ⁊ maxime gratia dei. Inde Augu. Sicut nauis fracto gubernaculo non vadit quo gubernator vult/ſed quo tēpeſtas eam impulit: ſic homo pdito auxilio gratie dei per peccatū nō facit qđ vult/ſꝫ qđ diabolus vult. Stella pferens chriſtū eſt Maria: de qua canit̄. Sicut ſydus radiuꝫ pfert virgo filiū pari forma. Hinc d̄r ſtella maris q̄ ducit ad portū ſalutis. Sicut eñ ſup portū grandis lucerna [illegible]git vt nauigantes in obſcuro noctis v[illegible]m ad portū teneant: ſic Maria ſtella clariſſima ſup portū .i. altare in eccl'ia erigit̄ vt nauigātes i obſcuro noct' viā ad por[illegible] teneāt ſalutis: īmo ipm̄ portuꝫ tenens in gremio depingit̄. Hic eſt chriſtꝰ qui eſt ſalutis portus: ad quem Petrus vt citius feſtinaret: tunica ſuccinxit ſe ⁊ miſit ſe in mare. Alie mulieres faciē ⁊ corpus veſtimētis ⁊ rebꝰ alijs adornāt vt diligant̄: Maria premiū dilectionis nobis expoſuit ſcꝫ filiū ſuū dicens. Si me dilexeritis: filiuꝫ meū florem pulcherrimū dabo vobis. Tertia ſ[illegible]a eſt adornans celū ſcꝫ beati. Eccl'i [illegible] Gloria celi ſplendor ſtellarū. [illegible] q̄ ſunt in via adornāt eccleſiā m[illegible]itantē ſuis exemplis: ſic q̄ in patria triūphantem. Sꝫ quarta ſtella cadens in terram ſunt reprobi: de qua Apoca. vj. Et ſtelle ceciderūt de celo. Et intrantes domū inuenerūt puerū. Sꝫ hoccine eſt qđ queritis o beati magi? queritis puerū ⁊ infantē? Nō eñ magni pua petunt ſꝫ magna. Magnanimos eñi principes magna decent. Quid ergo queritis paruulū? Preterea q̄d eū queritis regem? Nōne ſcriptū eſt. Ue terre cuiꝰ rex puer eſt Cur ergo puerū queritis vt regnet in vobis? Certe regē querimꝰ ⁊ paruulum ⁊ magnū. Querimꝰ paruulū in terra: ſꝫ magnū in celo: latentem in pannis: ſed regnanteꝫ in celis. quē preſepe cōtinet ⁊ mūdū claudit. Paruulū corpꝰ querimꝰ: ſꝫ magnā animā ⁊ maiorē diuinitatē deſideramꝰ. Parū de terra querimꝰ: iō corpe paruulū appetimꝰ: ſed magnū in celeſtibꝰ cōcupiſcimus q᷑ talia deſideramꝰ. Et quo ad hoc ꝙ dicitis ꝙ regē querimꝰ puerū/verū eſt: ſꝫ illū de quo ſcribit vates. Paruulus natus eſt nobis ⁊ filiꝰ datus eſt nobis: cuiꝰ imperiū ſup humerū eiꝰ. Ueruꝫ eſt tñ qđ allegatis de illo de quo ſubſequit̄. Et principes mane comedunt .i. capiūt morſellū: q᷑ quādo vnuſquiſq̄ trahit ad ſe in regno/male oīa regunt̄. Om̄e eñ regnū in ſeipm̄ diuiſum deſolabit̄. Querimꝰ puerū q̄ etiā vir eſt: q᷑ femina circūdabit virū. Et ſic queſierūt ꝙ tandem inuenerūt mediante lumine ſtelle Res eñ parua qn̄ amiſſa eſt opꝫ ꝙ lumen accendat̄ ad inueniendū eam. Sic chriſtꝰ paruulus erat ⁊ pditꝰ in gentilitate: ideo oportuit ſtelle lumen ad inueniendū eum. Inuenerūt ergo puerū. Et q᷑ q̄ appropinquat ſacco pleno ſpeciebꝰ non eſt poſſibile quin aliq̄d vel ſaltē odorē pcipiat ſpecieꝝ: ſic appropinquātes puero odore diuinita

C Stella de quadrupliciſtella

D Epiphania dn̄i. Quō reges q̄rebant regem puuluꝫ ⁊ magnum.

Universidad de Deusto Biblioteca

tis ſue ſic tracti ſunt ꝙ ꝓcidentes adora-
uerūt eū. Tunc paries gentiū ad parietem
cucurrit Iudeoꝝ: oues ad ouile cōuenerūt
ad paſtorem vnū: vt lapis reprobꝰ fieret in
caput anguli: duos in ſe parietes coniun-
gens vt fieret vnū ouile ⁊ vnꝰ paſtor. Tūc
ſolitudo gentiū facta eſt ſicut lilium inter
ſpinas ⁊ amica inter filias. Tūc eccl'ia gen
tium olim ſterilis cepit parere plurimos:
qñ ſui primitias in tribꝰ magis regē regū
adorare miſit: ⁊ q̄ multos habebat filios
ſynagoga cepit infirmari: q̄ vaticinijs ꝓ-
phetarū ⁊ ... docta chriſtū eſſe quem
adorant magi: nō regiū ei honorem exhi-
bere: ſed hoſtilem ſeuitiā in eū exercere co-
gitauit. Inde Oſee. j. Congregabunt filij
Iuda ⁊ filij Iſrael pariter: ⁊ ponent ſibi
vnū caput. Immo magis videt̄ verificatū
illud pſ. A generatione in generationē ve
ritas tua. Ueritas eñ fidei a generatione
Iudeoꝝ tranſijt ad generationem chriſtia
norum ꝑ magos gentiles. Tranſijt aūt ab
ablatiuo in accuſatiuum: q2 ab eis ablata
eſt lex ⁊ veritatis intelligentia: ſicut here-
ditas trāſit a progenie in ꝓgeniem. Fides
eñ eſt mobile bonū. Nam de ipſa claritate
legis Iudei ceci facti ſunt: ⁊ de radio ſolis
cecabant̄. Poterat eñ quiſq3 eoꝝ dicere.
Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio:
que lumen ſolis videre nō poteſt. Unde ſi-
cut Iſaac caligatis oculis multa de filio
ſuo Iacob vera ꝓdixit: quē tñ nō cognoſce
bat ſic ⁊ Iudei multa vera de chriſto ꝓdi
xerūt: ⁊ dixerūt magis ⁊ Herodi: quē tñ co
gnoſcere noluerūt. Et Heli exēplo lucer-
nā donec extincta eſt inter eos per mortē/
videre nō potuerūt. Oblatus eſt eis fons
de ciſterna Bethleem ⁊ bibere noluerunt:
ſed in terra ſanguinem eius fuderūt ⁊ do
mino libauerūt. Clara fuerunt initia Sa-
lomonis: ſ3 finis eius obſcurus ⁊ tenebro-
ſus. Et qui ab initio viam dñi excellentiſſi
me docuit: in fine per eam nō ambulauit.
Prope Dauid iacebat Abiſac ſunamitis/ ⁊
nō cognouit eam Dauid: q2 ad manus ha
bebat Iudaicus pplus ſcripturas in qui-
bus iacebat diuina ſapientia: ⁊ tamen ea3
non cognouit. Et apertis theſauris ſuis
obtulerunt ei munera. Tunc implerū eſt il
lud pſ. Reges tharſis ⁊ inſule munera of
ferent. Sic ⁊ ſpirituales viri debent ꝓ cor
poralibus muneribꝰ iſtoꝝ trium regū mu-
nera ſpiritualia offerre. Unuſquiſq3 enim
vir ſpūalis eſt in ſe quaſi tres reges: q2 tri
bus preſidet gubernandis. Debet eñ re-
gere cor/ linguā/ ⁊ manū: ſm illud pſ. In-
nocens manibus ⁊ mundo corde: qui non
accepit in vano animā ſua3: nec iurauit in
dolo ꝓximo ſuo. Latū eſt regnū manꝰ/ la-
tius lingue/ ſed latiſſimū cordis: quia ma-
gnū eſt eſſe mūdū a pctō operis: maius a
pctō lingue: maximū a pctō cogitationis
⁊ voluntatis. De primo dicit̄. j. Io. j. Si di
xerimus q2 pctm̄ nō habemꝰ: ipſi nos ſe-
ducimus. ⁊ Iob. ix. Si lotus fuero quaſi
aquis niuis: ⁊ refulſerūt velut mūdiſſime
manus mee: tñ ſordibꝰ intīges me. ⁊ Eſaie
lxiiij. Immūdi ſumꝰ oēs nos: ⁊ quaſi pan-
nus mēſtruate oēs iuſtitie noſtre. De ſcdo
dicit̄ Iaco. iij. Si q̄s in verbo nō offendit
hic ꝑfectus eſt vir. ⁊ Iaco. j. Si q̄s religio
ſum ſe putat nō refrenās linguā ſuā: huꝰ
vana eſt religio. Et ibidem. iij. Oīs natura
beſtiarū ⁊ volucrū ⁊ ſerpentum ⁊ ceteroꝝ
domant̄ ⁊ domita ſunt a natura humana
linguā autē nullus hoīm domare pōt. De
tertio d̄r Prouer. xx. Quis pōt dicere mun
dum eſt cor meū? Quis gloriabit̄ caſtu3 ſe
habere cor? ⁊ Apl's. j. Coꝛ. iiij. Nihil mihi
cōſcius ſum: ſed nō in hoc iuſtificatꝰ ſum.
Et hec tria ſunt q̄ chriſto offerre debemus
cū magis. Aurū q̄dē qđ īter cetera metal
la preſtat. i. deuotionem ⁊ ſynceritatē cor-
dis: que potiſſima eſt. Thus. i. obſequium
lingue: q2 ex ore nō debent ſpirare verba
ferētia ⁊ immūda: ſed eloquia caſta ⁊ ſua-
uem paradiſi odorem ſpirātia: ita vt dica-
tur chriſtiāo. Ecce odor filij mei ſicut odor
agri pleni: cui benedixit dñs: ⁊ myrrhā. i.
mortificationem carnis ꝑ opera penalia.
Unde ad vnūquodq3 regnū hmōi guber-
nandū ſic ꝙ fiat ꝑ ipſum gratū munus et
obſequiū chriſto tria requirunt̄: ſc3 cōſiliū
iudiciū ⁊ iuſtitia. Nullus eñ pōt cōmode
regere niſi habeat peritos cōſiliarios/ ⁊ iu
ſtos iudices ⁊ diſcretos ⁊ iuſtitie executo-
res. Conſiliū neceſſariū eſt: q2 facta ⁊ ver-
ba ⁊ cogitatus de cōſilio debent ꝓcedere.
De factis Prouerb. iiij. Palpebre precedāt
greſſus tuos. Et ibidē. xxiiij. Cōſilio initur
bellum: ⁊ erit ſalus vbi multa ꝯſilia. Eccli
xxxij. Oīa fac cum conſilio: ⁊ poſt factū nō
penitebis. De verbis. Eccli. xxij. Labia im-
prudentiū ſtulta narrabunt: verba ſo pru
dentum ſtatera ponderabunt̄. In ore fa-
tuorum cor eoꝝ: ⁊ in corde ſapientum os

E Rex. Rex iuſtus eſt in ſe q̄ſi tres reges habēs tria regna.



eoꝝ. De cogitatu habet̄ Prouer. viij. Ego
ſapientia in cōſilijs habito: ⁊ eruditis in-
terſum cogitatiōibꝰ. Et ſic noſter interior
homo debet oīa agere cū conſilio. Simili-
ter de iudicio oīa dicta/ facta ⁊ cogitatio-
nes debent examinari ⁊ dijudicari. Gene.
xlix. Dan iudicabit populu3 ſuū. i. illa tria
predicta que ſunt populus cuiuſlibet ho-
minis. ⁊ Eccli. x. Iudex ſapiens iudicabit
populum ſuū: principatus ſenſati ſtabilis
erit. Similiter iuſtitia: vt ſi factū/ verbum
vel cogitatus damnatione digna fuerint/
damnentur ſm illud Matth. xviij. Si ocu
lus tuus ſcandalizat te: erue eum ⁊ proijce
abs te ⁊c. Expedit eñ vt pereat vnū mem
broꝝ tuoꝝ: ꝙ totū corpus eat in gehennā
ignis. Obtulerunt aurū/ thus/ ⁊ myrrhā.
Iſta tria debent religioſi offerre chriſto.
Aurū ſapientie in capitulo: thus deuote
orationis in oratorio: myrrham. i. carnis
mortificationem in refectorio ⁊ dormito-
rio: ne pluſq̄ꝫ expediat comeſſationibꝰ de-
diti incidant in lapſum carnis. Uenter eñ
⁊ genitalia ſunt vicina: vt vicinitate corpo
rali intelligatur confederatio vitioꝝ. Inde
Hierony. Uenter mero eſtuans facile de-
ſpumat in libidinem: ſicut olla quāto ple-
nior eſt carnibus cum bullit: tanto maio-
rem ſpumā reddit. Olla iſta luxurioſus eſt
cui ſupponitur ignis tentationis pulchri-
tudine verborum ⁊ nobilitate mulieris: ⁊
precioſis cibarijs tamq̄ꝫ diuerſis lignis ac-
cenditur: ⁊ aquis delectationis cor carneū
decoquitur: bullit per inordinatum ſermo
nem/ ⁊ tandem ſpumat per libidinem. S3
duplex eſt aurum: ſc3 verum ⁊ ſophiſticū.
Aurum verū ſapientia de eternis: aurum
ſophiſticū ſapientia de mundanis: quam
habent qui proximos ſciunt defraudare/
diuitias multiplicare. de qua Apl's. Sa-
pientia huiꝰ mundi ſtultitia eſt apud deū.
⁊ Eſa. xxix. Perdam ſapientiā ſapientium
Sed fatuiſſime aurū verum cōtemnentes
aurichalcū ſibi cōparant: qui lege dñi cō-
tempta ad leges ſeculares clerici/ ad frau
des laici ſe transferunt: plus deſiderantes
eſſe in Egypto magi Pharaonis/ ꝙ cum
Moyſe ⁊ Aaron educere populum dei ad
terram ꝓmiſſionis. Plus eligunt innocen
tes deprimere: ⁊ coram Herode iniuſtas
cauſas fouere: ꝙ cum tribus magis aurū
thus ⁊ myrrham chriſto preſentare. Plus
deſiderant filios Herodis fieri ꝙ chriſti.
Herodes poſteris ſuis palatia/ poſſeſſio-
nes terrenas reliquit: ⁊ tandē penas eter-
nas. Chriſtus ṽo filijs ſuis pauper... tem/
tribulationes: ⁊ in fine regnū celoꝝ. Plus
enim deſiderant ſuccedere Herodi in diui-
tijs: ꝙ chriſto in paupertate. Uerūtamen vir
ga Moyſi virgas magoꝝ deuorauit: q2 ſa
pientia chriſti ſapientiā mūdi demōſtrat
eſſe vanā. Nō offeramꝰ ergo puero iſto au
rum falſum pro bono: q2 cū ſit ſapientiſſi-
mus ⁊ decipi nō poſſit/ diſpliceret ei: ⁊ bea
ta virgo benigna eſt: q̄ offendi non ...et.
Sed dices. vbi acquirā puriſſi...ū aurum
ad opus paruuli? Reſp... in Euilath
q2 aurū terre illius optimū ⁊ puero gratiſ
ſimū. Euilath īterpretat̄ dolēs. Si doleas
pro pctīs tuis/ hoc eſt aurū optimū. Obtu
lerunt inquā aurum/ thus/ ⁊ myrrhā: ſed
multi nō offerūt ſed auferūt. Illi quidem
aurū nō offerūt ſed auferūt qui pauperi-
bus non dant eleemoſynas: ſed ſtudent a
ſubditis ꝑ nefas ⁊ ſimoniā pecuniā extor-
quere: cuiuſmodi ſunt nunc plurimi: quia
Hiere. vj. a minori vſq3 ad maiorem oēs
auaritie ſtudent. a ꝓpheta vſq3 ad ſacerdo
tem cuncti faciunt dolum. Secundo non
offerūt thus ſed auferūt: qui deuotionem
ppl'i de reddendis decimis: de oblationi-
bus faciendis: de officijs eccl'ie diligendis
propter enormitatem vite eoꝝ minuunt ⁊
tollunt: ſicut filij Heli. de quibꝰ. j. Reg. ij.
Erat pctm̄ filioꝝ Heli grāde. Detrahebāt
eñ ppl'm a ſacrificio dei. Tertio non offe-
rūt myrrhā ſed auferunt qui tantū inglu-
uiei ⁊ voluptati carnis deſeruiūt: ꝙ ſubdi
tos ad carnalitatem nō ad carnis morti-
ficationes ſuo exemplo trahūt ⁊ facto cor
rumpūt. Sicut canis q̄ ducit cecū deuiās
in lutū ꝓpter os vel aliud emolumentum
ſecū trahit cecū quem ducit: quibꝰ d̄r Ma
lachie. ij. Receſſiſtis a via: ⁊ ſcandalizaſtis
plurimos in lege. ¶ Sed dubitat̄ cū obtu
lerāt reges iſti chriſto aurū in ſignū regni
cur nō h3 ſceptrū aureū ſicut ⁊ reliq̄ oēs re
ges? Dicit̄ eñ de chriſto in pſ. Reges eos
in virga ferrea/ nō aurea? Rñdeo q2 forte
aurū non eſt apud deum precioſum. Nam
Sap. vij. omne aurū in cōparatione illiꝰ
arena eſt exigua. Ferrum aūt apud ipſum
magis eſt precioſum: q2 Dan. iiij. ferrum
domat oīa. ⁊ ideo ferrum magis congruit
rectitudine iuſtitie. Inde dicitur Eccli. ix.
Noli querere velle fieri iudex: niſi virtute

F Religioſus. Religioſus d3 offerre deo aurū thus ⁊ myrrham.

G Sapia De duplici ſapientia ſub nomine auri.

H Epiphania dñi. Quidā ſunt q̄ mūera magoꝝ auferre deo nō offerūt

I Chriſtꝰ Quare chriſtꝰ non d̄r hr̄e ſceptrum aureū ſed ferreum.

Universidad de Deusto Biblioteca



valeas irrũpere iniquitates. Aurum ꝟo re
pugnat ⁊ venenũ eſt iuſtitie: qꝛ aurũ et ar-
gentum ſm̃ Senecam auaritiã noſtrã irri
tant: ⁊ oculos iudicum excecãt ne recte vi-
deant. Ideo de chriſto ſpecialiter dicitur
Apo. xij. Qui recturꝰ erat oẽs gẽtes in vĩga
ferrea. Et reſpõſo accepto ne redirẽt ad he
R rodem ⁊c̃. Ecce quõ in fine veritas patuit:
Veri- quã mẽdacio ſuo celauerat Herodes: dicẽ
tas. do ſe velle adorare chriſtũ: quẽ tñ intende-
Finali- bat occidere. Veritas em̃ cõiter a magnis
ter veri et p[illegible]is viris non ſolũ celatur / ſed etiã
tas vin opprimit[illegible] lix. Cõuerſum eſt retrorſum
cit: licet iudiciũ: ⁊ [illegible]ge ſtetit ⁊ veritas cor
oppri- ruit in plateis. i. in publicis viris q̃ vident
mi poſ- platee publice. Finaliter tñ preualet et ſe
ſit. oĩbus manifeſtat. Siĺis oleo qd̃ ſub aqua
poteſt aliquãdiu deprimi ſed nõ poteſt ibi
diu detineri: qꝛ ſemp ſolet eleuari. Sicut
enim lux ſolis licet aliquãdo ſupprimat a
ſpiſſis nubibꝰ ⁊ obſcuris: ita ꝙ aperte ra-
diare non poſſit: finaliter tñ diſpergit nu-
bes: conſumit ⁊ euacuat: ⁊ ſe claram mani-
feſtat. Nec in ipſo actu nubee obſcuritatis
lux vnꝗ̃ ſolis taliter obtũdit quin aliqua
liter nubem penetret et exteriꝰ demõſtret.
Sic veritas nũꝗ̃ errorũ: fallaciaꝝ aut vio
lẽtiarũ nube taliter ofuſcat quin aliq̃liter
refulgeat; et quin ſatis appareat ꝙ in illo
negotio de quo agitur aliqua latet veritas
que celatur. Finaliter ꝟo quicq̃d tardet nu
bes errorũ: fallaciarũ: ⁊ violẽtiarũ virtute
veritatis euaneſcit: immo quocũqꝫ modo
opprimat: finaliter dat victoriã poſſeſſori
ſuo in iudicijs: cauſis et alijs eiuſmodi. ij.
Eſdre. iij. Super oĩa autẽ vincit veritas.
Et qd̃ plus eſt: ꝗuis veritas a ſuis hoſtibꝰ
perſequat tñ ab eiſdẽ ſepe approbat. Pa-
tuit in Achior q̃ hoſtis erat Iudeorũ: et tñ
teſtimoniũ phibuit veritati: ⁊ in ipſo pſecu
ta veritas eum ad ſalutẽ perduxit. Et ideo
orabat pſ. Emitte lucem tuam et veritatẽ
tuam: ipſa me deduxerũt et adduxerunt in
A montẽ ſanctũ tuum: ⁊ in tabernacula tua.
Bapti- ¶ In eodẽ feſto Sermo quintus: ⁊ in or
zari. dine. lxix. ⁊ ſpecialiter de baptiſmo chri-
Propt ſti: eo ꝙ tali die chriſtus legit fuiſſe ba-
tria chri ptizatus. ⁊ hoc per thema.
ſtus a
ioanne Vox domini ſuper
bapti- aquas: deus maieſtatis into-
zari vo- nuit: dñs ſup aquas multas.
luit. Pſal. xxviij. Querit vtrum de

buit dñs a Ioãne baptizari? Et videtur ꝙ
non: qꝛ totus erat mũdus. Inde Bern. Ba
ptizari vis dñe? quid tibi opus fuit bapti-
ſmate? Nunq̃d ſano opus eſt medicina aut
mũdatione mũdo? Lux non indiget aqua:
tu autẽ lux mundi. Quid dñe inter pecca-
tores baptiſmũ queris: q̃ nullũ vnꝗ̃ malũ
egiſti? Reſpõdet ꝙ chriſtus voluit baptiza
ri propter multa. Primo vt nos doceret li
benter accedere ad eccleſie ſacramẽta: cum
indigeamus eis tãꝗ̃ ſalutaribꝰ remedijs:
cum tñ ipſe non indigeret. Sed ſicut dicit
Chryſo. ſuper epiſtolã ad Hebr. ſicut magi
ſter ſutor ponit genua in modũ ſeruuli: et
oñdit quõ ſuere habeat famulꝰ: ꝗuis hoc
nõ ꝓpter ſe ſꝫ ꝓpt ſuũ ĩdigeat: ſic chriſtꝰ.
In quo nobis datur documentũ libẽter ve
niendi etiã ad ſacramentũ cõfeſſiõis. Libẽ
ter em̃ veniendũ eſt ad mãnillã: ad quam
datur ſpũſſanctꝰ. Actuũ. viij. Imponebãt
manus ſup illos: et accipiebãt ſpiritũ ſan-
ctum. Sacerdos etiã quodãmodo in ma-
nibus ſuis tenet ⁊ cõtinet ſpm̃ ſanctũ: pro
quo interrogat Prouer. xxx. Quis ꝯtinuit
ſpiritũ in manibꝰ ſuis? Cum autẽ aues na
turaliter ſylueſtres libẽter veniãt ad ma-
num eius a qua cõſueuerũt alimoniã acci-
pere: ⁊ ſic fiãt domeſtice: mirũ eſt quõ ho-
mines nõ domeſticãtur ad manũ ſacerdo-
tis: a qua tantum donum accipiũt. Unde
habent ſacerdotes manus vnctas: qꝛ dant
quodãmodo ſacram ſpirituſſancti vnctio-
nem. Itẽ mirum eſt quomodo non veniũt
ad manum cuius impoſitione abſoluũtur
a fune quo ſuſpendendi erant in inferno.
Secundo ſm̃ Aug. lib. iiij. de mirabilibus
Chriſtus baptizatꝰ eſt vt ſe diabolo donec
tentatio perficeretur occultaret: qui velut
lauacro indigẽs iter pollutos ablui aquis
aſpicitur. Si aũt dñs ſub carne que ſimili
tudinẽ habebat peccatoris ſe occultauerit
quãtomagis nos ⁊ noſtra bona debemus
occultare qui vere peccatores ſumꝰ. Tertio
vt impleret oẽm humilitatis formã. Sine
inquit: decet nos implere oẽm iuſtitiam id
eſt oẽm humilitatis modũ. Iam em̃ ſupe-
riori ſe ſubdiderat. ſ. deo patri formã ſerui
accipiẽs. ⁊ ſuis parentibus qui quodãmõ
ſupioris formã ſm̃ hũanitatẽ gerebãt: re-
ſtabat vt inferiori ſe ſubderet: ſed etiã in-
ferioribus elemẽtis vt ſic exẽplum totius
humilitatis daret nobis ⁊ eandem nobis
hoc modo oſtẽderet humilitatẽ iam adul



tus: quã priꝰ ſimili die docuerat paruus ⁊
humilis per etatem ĩ preſepio vili cũ matre
ſua poſitꝰ: quã ſalutabimus dicẽtes Aue.
¶ In baptiſmo chriſti ſm̃ thema tria appa
ruerũt. Prĩo filij humanitas in carne. Se-
cũdo pater in voce. Tertio ſpũs ſanctus in
colũbe ſpecie. ⁊ de his tribus dicemus hoc
ſermone. ¶ Pro primo dicit in textu Mat.
iij. Venit dñs Ieſus in Iordanẽ ad Ioan-
nem vt baptizet ab eo. In quo oſtenditur
humilitas dñi: quãdo dñs ad ſeruũ: rex ad
militẽ: creator ad creaturã acceſſit: vt pec-
cator inter peccatores qui deſcendebant ad
Ioannem vt baptizarentur ab eo. Et cum
Ioannes recuſaret ait. Sine modo: ſic em̃
decet nos implere oẽm iuſtitiã: ſm̃ Ambro.
ſuper Lucã. Hec omnis iuſtitia vt quod al-
teri iuſſeris prius tuipſe perficias: ⁊ tuo ali
os horteris exemplo. Quod ergo Chriſtus
alijs precepit: ſcꝫ baptiſmi ſuſceptionẽ / ipſe
prius accepit. Ac ſi dixiſſet chriſtꝰ. Nos mi-
niſtri dei ſumꝰ: nos decet primo ante alios
omnẽ iuſtitiã implere in exemplum alioꝝ.
Cõtra naturã eſt ꝙ lingua ſit maior ꝗ̃ ma
nus. Res monſtruoſa eſt lingua magnilo-
qua ⁊ manus opere parua. Chryſo. etiã ſic
exponit. Sic decet nos p̃dicatores implere
oẽm iuſtitiã quã predicamus. ſic ego predi-
caturus baptiſmũ prius baptizor. In hoc
dedit chriſtꝰ doctrinã ꝙ quãdoqꝫ maiores
debent approbare minoꝝ opera vt eos ani
ment ad virtutẽ. Sic em̃ ⁊ ipſe approbauit
baptiſmũ Ioannis. ¶ Queritur hic primo
B vtrũ Ioãnes cognoſcebat dominũ Ieſum?
Ioan- Reſpõdet prĩo ꝙ in vtero matris agnouit
nes ba- eum ⁊ ſalutauit. Lux em̃ celeſtis nullo deti-
ptiſta. netur vmbraculo. Secũdo dicitur ꝙ licet in
An co- infantia videre eum potuerit: poſtꝗ̃ tamẽ
gnoſce- adoleuit tũc nõ cognoſcebat eũ corporali-
bat do- ter. Vñ Ariſt. li. j. de phyſio. dicit ꝙ in ſeptẽ
minũ. annis variat phyſionomia. Ideo nil mirũ ſi
tũc cũ p̃dicaret eũ neſciebat / niſi forte in ge
nerali. Sẽtiebat em̃ Ioãnes in predicatiõe
ad eiꝰ p̃ſentiã magna chariſmata donoꝝ:
⁊ dicebat Iudeis. Mediꝰ veſtrũ ſtetit quẽ
vos neſcitis. ſicut cũ q̃s ſentit in apotheca
magnos odores ſꝫ neſcit cuius ſunt. Et hoc
modo põt intelligi ꝙ neſciebat eũ dum pre
dicaret: licet ſciret eũ dum baptizaret. Ter-
tio poteſt dici ſm̃ theologos ꝙ duplex eſt
ſciẽtia. Una que per demõſtrationẽ ſeu ra
tionẽ acquirit. Alia que p experiẽtiã. Sic-
ut medici cognoſcunt alicuiꝰ herbe gradus

caliditatis vel frigiditatis: ⁊ ẽx illis arguũt
naturã herbe ꝙ eſt ſanatiua talis infirmi-
tatis. ſed dũ vidẽt ꝙ multos ſanauerit: tũc
habẽt ſciẽtiã experimẽtalẽ. Sic du[illegible] venit
chriſtus ad baptiſmũ: ſpirituſſctĩ inſtinctu
cognouit eum eſſe filiũ dei. Sicut Symeon
eodẽ ſpũ iter mille cognouit puerũ Ieſum.
Inde ait. Qui miſit me baptizare: ille ſcꝫ
ſpirituſſctũs: licꝫ aliq̃ dicãt ꝙ fuerit angeli
Diligebat em̃ Ioãnes ſolitudinẽ: quã tãdiu
habitauerat. In quo notant monachi per
palatia diſcurrẽtes. Sed dilectã ſolitudinẽ
ꝓpter ſalutẽ populi reliquit: ad oſt[illegible]ndũ
ꝙ etiã cõtẽplatio ⁊ deuotio p[illegible]ponẽda eſt
ſaluti aĩarũ. Sic ꝗ̃ Ioã[illegible] ante baptiſmũ
inſtinctu ſpiritꝰ q̃ rõni equipollet cognouit
dñm. poſt vero baptiſmũ in ſpecie columbe
cognouit eũ ſciã expimẽtali: qꝛ vidit ſibi nõ
ad mẽſurã neqꝫ ad ips datũ ſpm̃ / ſꝫ deſcen
dentẽ ⁊ manentẽ. Ideo experimẽtaliter co
gnouit ſicut dicit ſcriptura: qꝛ hic eſt qui ba
ptizat in ſpũſancto: de cuiꝰ plenitudine acce
pimus oẽs. ¶ Scd̃o querit cur btũs Ioan
nes q̃ erat in vtero ſanctificatꝰ nõ audebat
tãgere carnẽ chriſti: cũ tñ mali auſi ſint tan
gere: cũ etiã ſacerdotes quotidie ad eius ta
ctũ currãt. Canit em̃ eccl̃ia. Baptiſta cõtre- C
miſcit / ⁊ nõ audet tãgere ſanctũ dei verticẽ Ioan-
ſed clamat cũ tremore / ſanctifica me ſalua- nes ba
tor. Rñdetur primo ꝙ nõ eſt mirabile ſi nõ ptiſta.
audebat eũ tãgere qui tãgit mõtes ⁊ fumi- Quare
gãt. Dicit ſcd̃o ꝙ hoc fecit vt timeat pctõr treme-
ad ſacramentũ corporis eiꝰ accedere: qñ ho bat ba-
mo in vtero matris ſanctificatꝰ: in deſerto ptizan-
cõuerſatus: alienꝰ a cõuerſatione / ⁊ p cõſe do chri-
quẽs a peccatis hoĩm nõ audet ad eũ acce- ſtum.
dere. Dicit tertio ꝙ obediuit tremẽdo: qꝛ ve
ra erat hũilitas quã non deſerit comes obe
diẽtia. Licet em̃ ex humilitate recuſauerit
qd̃ petebat ſaluator: nõ tñ in hoc fuit obſti
natus. Sic ⁊ Petrus dño volẽti lauare pe
des dixit. Nõ lauabis mihi pedes ĩ eternũ:
et tñ cũ dñs inſtaret / cõſenſit. nõ tantũ (in-
quiẽs) pedes: ſed ⁊ manꝰ ⁊ caput. Silr Hie
remias recuſauit officiũ predicatiõis: quod
poſtea exercuit. Hiere. j. Ex hoc inter mini-
ſtros eccl̃ie ſolebat eſſe certamen hũilitatis
et charitatis. Humilitas refugiebat altas
dignitates: charitas ĩperabat accipe. Sed
facta eſt mutatio nõ dextre excelſi: mutatũ
eſt certamẽ humilitatis ĩ certamẽ ſuperbie
et cupiditatis. ¶ Baptizatꝰ aũt Ieſus cõfe-
ſtim aſcẽdit de aqua; qꝛ non eſt quis aptus

Universidad de Deusto
Biblioteca



contēplationi niſi tranſierit per ſacramen⸗
tū baptiſmi:vt dicat illud pſ. Trāſiuimus
per ignē ⁊ aquam:⁊ eduxiſti nos in refrige
riū cō..ēplationis: in quo homo quietꝰ eſt
a paſſionibꝰ. Sic Iacob anteꝙ videret do⸗
minū/⁊ cū angelo luctaretur:trāſiuit vadū
Iaboth. Unde ibi Ambro.lib.de ſacramē⸗
tis. Chriſtus deſcendit in aquā: ſecutus eſt
poſtea ſpūs ſanctus vt nō quaſi egere dūs
ſanctificationis myſterio videretur:ſed ſan
ctificaret ipſe ⁊ ſpiritus. In nobis autē ali
ter vſus habet. Nam ante fons cōſecratur:
et t... [illegible] ſcendit qui baptizādus eſt. ¶ Se⸗
cūdo ib... [illegible] deꝰ pater oīpotens invo
ce:quādo ... [illegible] ſtatis intonuit dicens.
Hic eſt filius meꝰ dilectus.ad oſtēdendum
ꝙ per baptiſmū quis acquirit vtiliſſimam
et digniſſimā filiationē.et hoc triplicē. Nā
primo efficitur filiꝰ dei patris per adoptio⸗
nem. Hinc Apoca.iiij.baptiſmus appella⸗
tur mare vitreum:qꝛ ſicut in ſpeculo vitreo
apparet imago:ſic in baptiſmo conformita
tem ⁊ filiationem dei ſuſcipimus. Gala.iij.
Quotquot ī chriſto baptizati eſtis/chriſtū
induiſtis.i.chriſti filiationē. Ioan.j. Dedit
eis poteſtatē filios dei fieri:qui non ex ſan⸗
guinibꝰ neqꝫ ex volūtate carnis:ſed ex deo
nati ſunt. In baptiſmo autē dꝛ homo rena
ſci. Nam prius naſcitur naturaliter mūdo:
poſtea ad eſſe ſpirituale per baptiſmum:vt
dicat deus. Hic eſt filius meus dilectus:ex
quo purgatus eſt a peccato per quod erat
filius diaboli:et ſic de filio ire efficitur filiꝰ
dei. Et inde eſt ꝙ boni dicūtur ligna tranſ⸗
plātata: ſcꝫ de maledicta filiatione diaboli
in filiationē dei. Hiere.xvij. Benedictus vir
qui cōfidit in dño:⁊ erit dñs fiducia eius:⁊
erit tāꝙ lignum quod trāſplantatur ſecus
decurſus aquarū. Iſtud lignum tranſplan
tatū eſt ſecus decurſus aquarū.i.populorū
quia aque multe populi multi. Apoc. xvij.
Sed chriſtus plātatus eſt ſolū ſecus decur
ſum. Eſt eñ decurſus culpe in quo nō fuit
chriſtus. Roma.viij. Dedit filiū ſuum in ſi⸗
militudinē carnis peccati: ſed peccatū non
fecit/nec inuentus eſt dolus in ore eiꝰ. Sed
ī decurſu pene fuit.de quo Threñ.j. O vos
oēs qui tranſitis per viā:attendite ſi eſt do
lor ſimilis ſicut dolor meus. Eſt ⁊ alius de⸗
curſus propter vertibilitatē nature in quo
etiā non fuit:quia nō eſt factus deꝰ vertibi⸗
litate nature in naturā ſed vnione perſone.
Poteſt ergo dicere baptizatꝰ. Dñs dixit ad

D
Baptiſmus.
Per baptiſmū acqrit tripler digniſſima filiatio.

me filiꝰ meus es tu. Sicut eñ pater dicēdo
producit filiū ſuum vnigenitū naturalem:
ita dicēdo gignit ſibi filios adoptiuos ī re⸗
generationis ſacramēto. Accedit enim ver⸗
bum ad elementū:⁊ fit ſacramentū quo re⸗
naſcūtur filij dei: ⁊ conſtituūtur dñi domi⸗
nio regali:et ideo tenētur corpus et animā
ratione regere. Accipiunt autem chriſtiani
tāqꝫ filij optimū patrimoniū in baptiſmo:
ſcꝫ innocentiā ⁊ gratiam/que preualet oñi
auro ⁊ argento. Prouer.xxij. Super aurū
et argentū gratia bona.imo prepollet oñi
regno mūdi. Quā ſi ſeruarēt/faciliꝰ bonis
ſpiritualibꝰ ditari poſſent. Hinc pſ. Cuſto⸗
di innocētiam ⁊ vide equitatē:quoniā ſunt
reliquie homini pacifico. Meliorē eñ par⸗
tem facit pugil cū aduerſario cū ſtat adhuc
armatus ſuper pedes:ꝙ ſi ceciderit ⁊ arma
perdiderit. Et ideo hortatur ſapiēs Eccli.ij.
Fili accedēs ad ſeruitutē dei: ſta in iuſtitia
et timore:⁊ prepara animā tuā ad tentatio
nem.et Apſ. Qui ſe exiſtimat ſtare videat
ne cadat.j.Cor.x. Scdo efficitur filiꝰ eccle⸗
ſie:vbi prius erat extra eccleſiā: ⁊ chriſtianꝰ
dꝛ a chriſto:⁊ propterea chriſmate vngit in
capite. Chriſtus eñ vnctus dꝛ ſm illud pſ.
Unxit te deꝰ deus tuus oleo leticie. Et ideo
chriſtianꝰ debet habere ī vertice mētis chri
ſtū ⁊ eū imitari. Hinc Aug. Chriſtianus no
mē eſt pietatis/iuſtitie/charitatis/caſtita⸗
tis/humilitatis/patiētie. Quomodo ergo
arrogas tibi hoc nomen/cū nihil de tantis
bonis obtineas: Si re priueris/nec nomen
habere mereris/dicit regula. Et ex quo effi
citur filius eccleſie debet inſtar boni filij do
ctrinā eius audire:⁊ mādatis illius obtēpe
rare:ſicut monet ſapiēs Prouer.j. Audi fili
mi diſciplinā patris tui:⁊ ne dimittas legē
matris tue:vt addatur gratia capiti tuo.i.
mēti:⁊ torques ſcꝫ corone glorie collo tuo.
Sed dolet eccleſia de multis qui ſe auertūt
ab vberibus doctrine ſue ⁊ mādatorū:quia
cognoſcit ex hoc impēdere eis interitū. Pro⸗
uer.j. Auerſio paruulorum interficiet eos.
Suſtinet tamē vbera ſua morderi.i. doctri
ne ſue detrahi:ſuſtinet gremiū fedari ab il⸗
lis ſcꝫ pro qbus dꝛ Prouerb.ix. Qui arguit
impiū/ipſe maculā ſibi generat: ⁊ tamē nō
proijcit eos:imo dicit illud Prouer.ix. Qui
paruulus eſt declinet ad me. Tertio efficit
filius ſpiritualis baptizātis ⁊ tenētis cum
in baptiſmo. Oportet eñ ꝙ patrinꝰ teneat
vel tāgat puerum cū baptizatur: vel aliqs



gerēs vicem ſui:alꝛs non eſſet filiatio talis.
Tenētes enim ꝓ baptizato ſi ſit puer reſpō
dent Credo.i. dabo operam vt credat ſi ſit
adultus. Similiter cū dꝛ Abrenuntio.i.da
bo operā vt abrenuntiet ⁊c. Et debet tantū
eſſe vnus.de cōſe.diſt iiij. Si autē de more
patrie duo vel tres aſſumuntur/nō debent
ſine magna cauſa multiplicari. Primo pro⸗
pter cōpaternitatem ſpiritualē tenentis et
eiꝰ qui tenet:⁊ fraternitatē ſpiritualē inter
filios naturales tenētis ⁊ eū qui tenetur:⁊
cōpaternitatē ſpiritualē inter parētes car⸗
nales eiꝰ qui tenet ⁊ eum vel eā que tenet
et coniugē eius:ſi in cōiugio eſt:qꝛ inter ta⸗
les cōtrahi non poteſt matrimoniū. Scdo
qꝛ obligantur ad inſtruendū baptizatū:qđ
tamē rariſſime contingit eos facere. Accen
ditur etiā lumen ſignificans lumē fidei: qđ
debet in manibus.i.operibus oſtendere.
¶ Sed hic querit an chriſtus fuerit filiꝰ ſpi
ritualis Ioānis in baptiſmo: Reſpōdet Ri
char.in tertio ꝙ nō. Primo qꝛ baptizās mi
niſterialiter dat gratiam baptizato:non ſic
erat in baptiſmo Ioānis:⁊ pncipaliter quo
ad chriſtū:qꝛ erat ab inſtāti ſue cōceptionis
plenus grā. Scdo qꝛ talis baptiſmus erat
imperfectꝰ:⁊ tali baptiſmo baptizatus ad⸗
huc indigebat baptizari. Et ſi dicas. ad qđ
ergo valebat ille baptiſmꝰ: Reſpōdet gloſ.
Io.iij. Quantū catecuminis nondū bapti⸗
zatis ꝓdeſt doctrina fidei:tantū profuit ba
ptiſmus Ioannis ante baptiſmū chriſti:qꝛ
ſic ille predicabat penitentiā ⁊ baptiſmum
chriſti prenūtiabat:⁊ in cognitionē veri dei
qui mūdo apparuit attrahebat:ſicut mini⸗
ſtri eccleſie primo erudiūt veniētes ad fidē
et poſt peccata eorū redarguūt: deinde ī ba
ptiſmo remiſſionē promittunt:⁊ tunc in co
gnitionē ⁊ dilectionē veritatis attrahunt.
¶ Tertio apparuit ſpūs ſanctus: qꝛ dñs ſu
per aquas multas.ſ.maris/fontiū/fluuio⸗
rū/puteorū:⁊ breuiter ſuper oēs aquas na
turales:⁊ nō artificiales ad eas ſanctifican
dū. Geñ.j. Spiritus dñi.i.qui a deo ꝓcedit
ferebatur ſup aquas.ſ.baptiſmi ad dādum
vim regeneratiuam:et per gratiā minorem
mundū.i. hoīem formandū in hominē no⸗
uum. Contulit eñ dñs aquis vim mundati
uā. Nam per aquas deꝰ primo mundū pur
gauit in diluuio:ſed hoc per effectum valde
nature cōiunctū:quādo per naturalē aque
vim ſuffocatiuam ſubmerſus eſt mundus:
poſtea maiorē virtutē acceperunt aque ſub

E
Baptiſmus chriſti. An chriſtus fuerit filiꝰ ſpūalis Ioānis

F
Aqua. De virtutibꝰ datis aq̄.

lege:quādo quaſdam indignitates legales
abſtulit aqua: quod remotū erat a natura
eiꝰ. Poſtmodū vero aque data eſt amplior
virtus curādi ſcꝫ corporales infirmitates:
ſed hoc mediāte virtute angelica mouente
aquā:vltimo vero cōiuncta ei virtute diui⸗
na ſpūales egritudines ī baptiſmate expel
lit. Ideo debet catholicus ad originē ſuam
ſemꝑ aſpicere. Locus eñ generationis chri
ſtianorū a quo non eſt terra ſed aqua.iuxta
illud Ioan.iij. Niſi quis renatus fuerit ex
aqua ⁊ ſpiritu ⁊c. Et hoc dicit apſ.ij.Cor.
iiij. Oēs in Moyſe baptizati ſun... [illegible] nube
et mari. Ideo vita congruēn... [illegible] a chriſtia⸗
no eſt vita amara:non ... [illegible] Cuius ſi⸗
gnū eſt ꝙ ſicut medici corporales infirmos
extra locū ſue natiuitatis ad locū natiuum
remittunt:qꝛ ibi facilius curātur ⁊ citius:ſi
aerem natiuū hauriāt:ſic ⁊ medici ſpiritua
les ſpiritualiter infirmātes ad locum nati⸗
uum remittunt:vt hauriāt ſpiritū natiuū.
de quo dicit. Spiritus dñi ferebatur ſuper
aquas: quoties terrena deſerere ⁊ in ama⸗
ritudinibꝰ penitentie quaſi in aquis maris
venire conſulāt. Ideo celeſtis medicus chri
ſtus vidēs ꝙ terra peſtilēs eſt rogauit Pe
trum.vt habet Luc.v. vt reduceret a terra
puſillū. Comprimit eñ quis in terra a tur⸗
ba:in mari non:qꝛ nō eſt ibi turba ſed puſil
lus grex. ¶ Sed querit quare ſpiritus ſan⸗
ctus apparuit in ſpecie colūbe: Reſpondet
primo ad excludendū fictionem. Columba
eñ eſt animal ſimplex felle carens. Mat.x.
Eſtote ſimplices ſicut colūbe. Hierony. Ha⸗
beāt omnes ſimplicitatē colūbe: vt nemini
machinent dolos. Debet eñ homo accede⸗
re ad hoc ſacramentum ſine fictione: ita ꝙ
nō maneat fixus in aliq̄ mortali ſi eſt adul
tus:vel ꝙ nō credat ſe nihil accipere:vel ꝙ
non accipiat aliqua mūdana intētione: pu
ta ad euadendū penam temporalē. Nā ſpi⸗
ritus ſanctus diſcipline effugiet fictum. Et
quia paruulus fictione vti non poteſt: ideo
ſemper ī baptiſmo recipit ſpiritū ſanctum.
Secūdo ad oſtendendū baptizati cum deo
recōciliationem. Colūba enim portauit ra⸗
mū oliue ad Noe in arcam in ſignū ceſſatio
nis aque diluuij: ⁊ ꝙ deus iratus mundo
ꝓpter peccata eius recōciliatus erat ⁊ pla
catus. Geneſ.viij. In figura cuius Helias
trāſito Iordane raptus eſt in celum in cur⸗
ru igneo.iiij. Regum.ij. Tertio vt oſtendat
ſanctam conuerſationem. Columba enim cti.

G
Colūba. Propt multa appuit ſpiritꝰ ſanctꝰ ī ſpecie colūbe.

H
Columba. De ſeptē proprietatibꝰ colūbe relatiſ ad ſeptem dōa ſpiritꝰ ſancti.

Universidad de Deusto Biblioteca



ſeptē habet ꝓprietates naturales: que ſi
gnificāt ſeptē dona ſpūſſancti que recipiū⸗
tur in baptiſmo: et ſm que baptizatus de⸗
bet reg[illegible]e vitā ſuā. Nā habet primo gemi⸗
tū pro cātu. Augu. Colūba a moleſtijs auo
lare cupit: et ſemper gemit. vij. q. j. §. cū au
tē a vitijs. Sic baptizatus per donū timo⸗
ris luget pctā ſua; timens ꝑdere gratiā dei
et ſuā amicitiā ⁊ demū hereditatē. Secun⸗
do eſt animal māſuetum ⁊ piū et offereba⸗
tur deo in ſacrificiū. Leuit. v. Et ſignificat
donū pietatis: per qđ quis eſt deuotus ad
diuin[illegible]t officia eccleſiaſtica/ orationes et
hmōi. Piet[illegible] eñi eſt dei cultus. Debet etiā
eſſe pius quo ad [illegible]imū ad ſubueniendū
neceſſitatibus eius: ad compatiēdum ei et
ſupportandum defectus illius. Jnungitur
etiā oleo ſancto baptizādus in pectore ⁊ in
ſcapulis: ad illud idē inſinuandum. Tertio
inter grana ſibi propoſita eligit meliora et
corrupta dimittit et cadauera: vt patet de
colūba Noe que nō requieuit ſuper cadaue
ra vt coruus: ſed ad arcā reuerſa eſt: q2 non
inuenit vbi requieſceret pes eius. Debet ſi⸗
militer baptizatus per donū ſcientie diſcer
nere que ſibi proponūtur ⁊ occurrūt verba
et exempla alioꝝ et cogitationes in mēte:
et bona admittere et mala dimittere: et nō
omnib9 credere nec oēs imitari ſed bonos.
Quarto colūba habitat in foraminibus pe
tre. i. edificioꝝ. Cañ. ij. et Eſa. lx. quaſi colū⸗
be ad feneſtras ſuas. Et ꝑ hoc notatur do⸗
nū fortitudinis: in quo quis firmatur me⸗
ditādo vulnera paſſionis chriſti. Quid eñi
magis habet fortificare mentē hoīs in tri
bulationibus/ laboribus/ ⁊ anguſtijs poſi⸗
tā ꝗ̄ꝫ meditatio paſſionis chriſti? Jnde di⸗
cit chriſtus ſpōſe ſue Cañ. ij. Ueni columba
mea in foraminibus petre. i. ad meditādū
vulnera paſſionis. Petra eñi erat chriſtus.
j. Coꝝ. x. Foramina eius ſunt eius vulnera.
Quinto colūba fouet pullos alienos. Sic ꝑ
donū conſilij bonus fidelis debet eos foue
re qui erāt alieni a deo et filij diaboli ꝑ pec
catū per bona cōſilia: et per exhortationes
nutrire: et ipſe de agēdis vbi occurrit conſi
liū querere debet. Tob. iiij. Cōſiliū ſemper
a ſapiēte inquire: ſed ſume cōſiliarium bo⸗
num. Sexto colūba non lacerat roſtro que
comedit/ ſed integra grana ſumit. Sic ba⸗
ptizatus nō debet ſentētias bonas verita⸗
tis integre ſcripturaꝝ dilacerare falſe expo
nendo; qđ ꝑtinet ad hereticos; ſed ſm inte
grā veritatē intelligere ⁊ ꝓferre. Ps. Si
dormiatis. i. quieſcatis iter medios cleros:
id eſt in medio duoꝝ teſtamētoꝝ ſcripture
acquieſcendo veritati: eritis. ſ. pēne colūbe
deargētate. i. veri fideles vniti eccleſie ꝙ̄ eſt
columba deargētata. i. erudita ſacris elo⸗
quijs. Septio colūba reſidet iuxta aquas:
vt cōſpletur vmbrā accipitris eā inſequē⸗
tis. Qđ fit ꝑ donū ſapiētie guſtādo ⁊ cōtē⸗
plādo diuinas perfectiones: ⁊ cū diabolus
inſequitur eā in ipam diuinā bonitatem ſe
immergit: ad eam recurrendo oratione: et
euadit. Cañ. j. Oculi tui columbarum; que
reſident iuxta fluenta pleniſſima.

¶ Sermo. vj. eiuſdē diei. ⁊ in ordi. lxx. cōti
nuādo materiā baptiſmi ꝑ thema ꝓcedēs.

NOn dubium quin vox dñi ſuper aquas vt ſancti⸗
ficarētur ad lauandū ⁊ mūdan
dū fideles. Cōtingit aūt reperi
re multiplex lauacrū. Primū eſt turpitudi⸗
nis. de quo. j. Pet. ij. Sub luto in voluta⸗
bro luti. i. luxurie: in quo lotus eſt rubē qñ
effuſus eſt ſicut aqua. Geñ. xlix. Jn quo la⸗
uacro delētur virtutes ⁊ bona opera de pa
pyro aīe. Scđm eſt flaminis: et iſtud eſt pe
nitētie. de quo Ps. Lauabo inter innocen⸗
tes manus meas. Et Eſaie. iiij. Si abluerit
dñs ſordes filiarū Sion: et ſanguinē Hie⸗
ruſalē lauerit in ſpū iudicij ⁊ ſpū ardoris.
Hoc lauatur mortale ⁊ veniale. Ps. Laua
bo ꝑ ſingulas noctes. i. per ſingula pctā le⸗
ctū meū. Tertiū eſt martyrij. Apoc. vij. Jſti
ſunt qui venerūt ex magna tribulatione: ⁊
lauerūt ſtolas ſuas i ſanguine agni. Jſtud
eſt ſanguinis: in quo chriſtus torcular cal⸗
cauit ſolus: ita vt poſtea mirarētur angeli
dicētes. Quis eſt iſte ꝙ̄ venit de Edon tin⸗
ctis veſtibus de Boſra. Jn quo falce mar⸗
tyriū reſecātur oīa pctā ⁊ pene peccatorum.
Quartū eſt eleemoſyne: qđ eſt fragminis
lauacrū. Luc. xj. Date eleemoſynā et oīa
munda ſunt vobis. Hoc Maria lauat pe⸗
des Jeſu: hoc lauātur pene peccatis debite
qñ eleemoſynis redimūtur ſm cōſiliū Da⸗
niel. iiij. Peccata tua eleemoſynis redime.
Quintū eſt baptiſmi lauacrū. De quo Eze⸗
chiel. xxxvj. Effundā ſuꝑ vos aquā mūdā:
et mūdabimini ab oībus inquinamētis ve
ſtris. Jſtud eſt fluminis in quo filia Pha⸗
raonis vt lauaretur infantulum in fiſcella
ſuſcepit. Jn primo lauat oīa ab oī bono: in

A Lauacrum. De multiplici lauacro.



ſecūdo ab omni malo culpe ſed non ſemper
pene. Jn tertio ab omni malo culpe ⁊ pene:
ſed duriter. Jn quarto a malo pene ſed nō
culpe. Jn quinto ab oīi malo culpe ⁊ pene
et leniter. Jn eo enim ſapientia attingit a
fine vſqꝫ ad finem fortiter ⁊ diſponit oīa
ſuauiter: hoc eſt a termino a quo ſcꝫ peccati
ipſum delendo vſqꝫ ad finē ſcꝫ pene ipſam
delendo. Jſtud eſt lauacrum in quo hodie
chriſtus lauari voluit: vt tactu ſue mūdiſſi⸗
me carnis vim purgatiuam ⁊ ſanatiuā con
ferret aquis: in quo etiā lota eſt virgo Ma
ria: ad quā recurremus dicentes Aue.

¶ Jn hoc ſermone dicemus quomodo ba⸗
ptiſmus conuenienter inſtitutus eſt fieri in
aqua propter magnam conueniētiam pro⸗
prietatum aque cum effectibus baptiſmi.

B Aqua. Baptiſmus. De nouē proprietatibus aq̄ baptiſmo cōpetentibus.

¶ Prima igitur proprietas aque eſt ꝙ eſt
mundatiua ſordium corporis. Sic ⁊ gratia
baptiſmalis mentiū ſordes abluit. ſm illud
Ezechiel. xxxvj. preallegatū. Effundā ſuper
vos aquam mūdam ⁊c. Jn fonte enim qui
exiuit de latere chriſti quodāmodo baptiza
ta eſt ⁊ lauata tota eccleſia que fuit ab ini⸗
tio mūdi vſqꝫ tunc: quia dilexit nos tunc ⁊
lauit nos a peccatis noſtris i ſanguine ſuo
vt exhiberet ſibi ipōſam glorioſam non ha
bentem maculā neqꝫ rugam. Jnde ait Eſa.
lij. Jſte aſperget gentes multas. De qua
aſperſione vnus e filijs eccleſie aiebat. Aſp
ges me dñe hyſopo et mundabor: lauabis
me ⁊c. Jbi latro quodāmodo poſt cōfeſſio⸗
nem fidei baptizatus eſt. Jdeo quia tunc vi
detur aliquo modo baptizata tota eccleſia
que credebat ⁊ ſuper terram ⁊ ſubtus terrā
reſtat illā eccleſie particulam abluendā que
tunc non erat. Propterea vt ſuper nos effe
ctū habeat: ſignaculo paſſionis eius quod
eſt baptiſmus neceſſe eſt nos ablui. Eſa. lx.
Filij tui de longe venient ſcꝫ ab origine mū
di: vt in ſanguine tuo baptizentur: ſed filie
tue deuotiſſime anime que nōdum erāt: de
latere ſaluatoris ſurgent. i. naſcentur. Eſt
enim baptiſmus Nilus fluui9 paradiſi: ad
quem venit filia Pharaonis eccleſia vt la⸗
uaretur: ⁊ ibi Moyſen inuenit: quia genti⸗
lis eccleſia in hoc lauacro chriſtum ſuſcepit
et inuenit. Leuit. xv. Jmmundus erit vſqꝫ
ad veſperam: q2 omnis immunditia ⁊ pol⸗
lutio in veſpere mūdi tollitur per chriſtum
in aquis baptiſmi. Ephe. v. mundans eam
ſcꝫ eccleſiam lauacro aque. Et non ſolū ſa⸗
nat infirmitates anime ſed etiā corporis.
Hiſtoria de hoc habet lib. xj. hiſto. tripar.
c. iiij. vbi đr: ꝙ tēpore Attici quidā Judeus
cum paralyticus eſſet plurimis annis nul⸗
la medicina aut Judeorū oratione [illegible] ſani⸗
tatem valente confugit ad baptiſmū. Qui
catecuminus factus ab Attico in lecto de⸗
portatur ad baptiſmum: qui vera fide ſuſci
piens baptiſmū: repente egritudine priua
tus eſt. Propter qđ plurimi gentiliū bapti⸗
zati ſunt: ⁊ hoc tamē Judeos ſigna queren
tes nō prouocauit ad fidem. Sed dubiū eſt
ne ſimus de illis de quibus dñs per Amos
cōqueritur dicēs. Nūquid nō vt fili[illegible]thio
pum vos eſtis mihi Jſrael ait [illegible] q2 poſt
dealbationē que fit in [illegible]mon. de qua ps.
Niue dealbabūtur in Selmon. i. in baptiſ⸗
mo: ad nigredinē peccati redimus. Qꝫ autē
aqua baptiſmi peccatū abluat elici pōt per
exemplū Gregorij Turonēſis in libro mar⸗
tyrum: vbi recitat ꝙ in memoriā baptiſmi
chriſti ſolebant in Hiericho ⁊ in vicinijs in
die Epiphanioꝝ in Jordanis fluuio ablui.
Erat autē quedā mulier adultera in Hieri⸗
cho: cui9 hec erat cōſuetudo vt quoties de
adulterio cōcepiſſet: cū peperiſſet ſuffocatū
terre vt occultū eſſet reconderet. Deſcendit
itaqꝫ cū ceteris in Jordane in die Epipha⸗
nioꝝ. Cūqꝫ leuatis vſqꝫ ad geniculū veſti⸗
mentis ingrederetur amnē: fugit aqua an⸗
te pedes eius ſpectātibus ⁊ mirantib9 po⸗
pulis. Cognoſcēteſqꝫ mulierem eſſe facino
roſam: interrogāt ꝗđ mali fecerit: vt hec ei
in tali feſto ⁊ in tāta frequētia populi acci⸗
diſſent. At illa crimē fatetur. Septē (inꝗt)
a me paruulos editos ſcotto īterfeci: ⁊ octa
uā adhuc die preterita id feci. Orate ꝓ me
vt remittat iniquitas mea. Hec ea loquēte
populus proſternitur: ſed mulier expanſis
brachijs ſtatim ſpiritū exhalauit: vt adulte
riū ⁊ homicidiū vlciſceret deus. Scriptum
eſt eñi. ſpūs dñi effugiet fictū: ꝓpter quod
aqua illā aufugit. Ex iſto eñi perpēdi poteſt
quātum aqua baptiſmi mūdat pctm̄ eius
quē tāgit ⁊ expellit: qñ aqua ꝙ̄ nō erat niſi
in ſignū ⁊ memoriā ei9 fugiēs abhorrebat
peccatū. ¶ Scđa ꝓprietas aque ꝙ eſt extin
ctiua ignis. Sic gra baptiſmalis refrigerat
concupiſcentiarū incentiua. Eccli. iij. Jgnē
ardentē extinguit aqua. Licet eñi non tota
liter tollat ardor: multū tamen diminuit:
nec tolli debuit ex toto vt homo in eo exer⸗
ceretur et humiliaretur. Pſal. motum flu⸗
ctuum eius tu mitigas. Reſtringit concu⸗

C Baptiſmus. Baptiſmus ſanat infirmitates mētis et quādoqꝫ corporis.

Universidad de Deusto Biblioteca



piſcentiā oculoꝝ quādo ſe humiliat ſicut iu
ſtū eſt ſub aquis elemētaribus: qui ſe extu
lit cōtra creatorē ſuū. Pſ. Qui tegis aquis
ſuperi[illegible]ra eius. Superiora ſunt ſuperbia ⁊
ſuperbie filie: que natione celeſtes ſunt.
¶ Tertio aqua eſt animalium ſuffocatiua:
ſicut in mari rubro ſuffocatꝰ eſt Pharao cū
exercitu. Sic virtus demonum in his vehe
mētibus aquis cōfringitur. Ibi em̄ bruta=
litas cū qua naſcimur: eneruatur. Proprie
tatibus em̄ brutorum vtūtur peccatores et
brutalitatibus eoꝝ. Utūtur em̄ latratu ca=
nino dū litigāt: rugitu leonino dū cōminā
tur a[illegible] cōuitiātur: gānitu vulpino dū ſimu
latorie vel [illegible]ie applaudūt: ſibilo ſer=
pētino dū mala ſuggerunt. Sed iſta mon=
ſtruoſitatis capita ī aquis tribulātur: ſicut
ſuperfuſione aque picture delētur. Inde a=
que baptiſmi dicūtur aque niuis ꝓpter in=
frigidationē. Job. ix. Si lotus fuero quaſi
aquis niuis. Scd̄o eſt ſuffocatiua oīm pec=
catoꝝ. Un̄ Damaſce. Qm̄ in incorruptione
fecit nos deus. Tranſgredientes em̄ ſaluta=
re eius mandatū corruptione mortis cōdē
nauit: vt nō immortale eſſet malū: cōdeſcē=
dēs ſeruis vt miſericors: et ſm̄ nos factus
a corruptione propria paſſione redemit: et
irrigauit nobis ex ſancta ⁊ immaculata co
ſta eius fontē remiſſionis. Ex quo apparet
ꝙ per fontē illū omne pctm̄ extinguitur.
¶ Quarto aqua eſt productiua et generati=
ua viuētium. Fit enim ex aquis generatio.
Nā pluuias ⁊ inūdationes aquarū ſata de
ſiderant et expectant: vt fructificēt/naſcan
tur/et creſcant. Eccli. xxix. Initiū vite ho=
minis panis. ſ. euchariſtie ⁊ aqua baptiſmi
Hec eſt aqua viua in qua mittebatur cinis
vitule rufe/ et purificabat legis contagia:
quia ex virtute paſſionis immolati chriſti
procedit efficacia huiꝰ ſacramenti. Ipſe em̄
eſt puteus aquarū viuētium que fluūt im=
petu de libano. i. corpore chriſti cādidiſſimo
Eſt em̄ vna natiuitas tēporalis: alia ſpūa=
lis. In prima naſcitur homo mūdo: in ſecū
da deo: prima ex coitu: ſcd̄a ex ſpū. In pri=
ma caro propagatur de carne: in ſcd̄a ſpūs
de ſpū. Jo. iij. Quod natū eſt ex carne caro
eſt. Primā nemo admiratur cū ſit commu=
nis. Secundam admiratur Nicodemus di
cēs. Quō pōt homo naſci cū ſit ſenex? Nū=
quid poteſt in ventrē matris iterato introi
re et naſci? Sūt em̄ aque baptiſmi aque re
fectionis et effectionis, de quibus Pſ. Su
per aquā refectionis educauit me. Reficē=
re em̄ equiuocū eſt ad alimentari ⁊ repara
re. Nā aque baptiſmi ſunt aque effectiōis:
q2 ibi naſcitur homo: aque educationis et
alimēti: quia retinēs innocentiā baptiſma
lē alia bona addendo continue nutritur in
fide et creſcit. His aq̄s ſunt oppoſite aque
deſtructiōis: que ſunt affluētia deliciarum
et voluptatum carnalium: quibus ſuffoca
tur nouus homo. Unde dicit Iſidorus lib.
xij. Etymolo. ꝙ omnium volucrum genera
bis naſcūtur. ſ. de ouo: et de vētre matris.
Sic volucres celi: id eſt catholici naſcuntur
ſemel carnaliter filij ire: ſed iſta natiuitate
quaſi euacuata naſcuntur iterum ſpiritua=
liter filij dei. Pſal. Aſſumpſit me de aquis
multis: id eſt de aquis baptiſmi ad multa
valētibus. Quia enim ſumus piſces rena=
ti in baptiſmo: oportet in diluuio mīe dei ⁊
aquarum eius inhabitare. Nam piſces (vt
vult Ambro. in Hexameron) extra aquam
viuere nō poſſunt: et ſine diluuio baptiſmi
aut aquarū contritionis viuere non poſſu=
mus. Sic infideles quia in diluuio iſto nō
inhabitāt: mortui ſunt. Pſ. Uerūtamen in
diluuio aquarū multarū ad eū nō appropi
mabūt. Nauis que nō eſt in aquarū abun=
dātia eſt in periculo cōfractionis. Eſt autē
mirabile ꝙ qui naſcitur ex terra terrenus:
poſtea naſcatur ex aqua celeſtis: imo fiat
aq̄ celeſtis: ita vt ad eū reſpiciat illud Pſ.
et aque q̄ ſup celos ſunt laudēt nomē dñi:
¶ Quinto aqua eſt renouatiua germinan=
tiū. Salices virides iuxta aquas plantate
renouātur. Sic homīes ex vetuſtate primi
hominis in nouitate gratie reparant. Job
xiiij. Si ſenuerit in terra radix eiꝰ: ⁊ in pul
uere mortuus fuerit trūcus eius: ad odorē
aque germinabit et faciet comā quaſi cum
primū plantatū eſt. Ideo hoc ſacramētū di
citur lauacrū regenerationis ⁊ renouatio
nis. Tit. iij. Sunt em̄ aque calide quas in=
uenit Anā in deſerto: ⁊ calore ſpūſſancti re
nouāt ⁊ germinare faciūt corda fideliū. In
deſerto em̄ inuentus eſt baptiſmus. Aque
autē pluuiales maxime germinare faciunt
plantas ⁊ arbuſta. Sic aque iſte que de ce=
lis ꝓcedūt quo ad virturē. Iſte ſunt aque
que benedicūt dño. i. benedictionē illā acci=
piunt a dño: que tamē ſuper celos ſunt. Fi
gurat etiā baptiſmus illā futurā regenera
tionē ⁊ renouationem: qn̄ renouabimur in
corpore īcorruptibili. Propter qd̄ ſm̄ Joā=

D Baptiſmus. Aq̄ baptiſmi ſunt aq̄ effectiue ⁊ nutritiue ſpūaliter: ⁊ ibi de duplici natiuitate.



nem Beleth in ſabbatis Paſce ⁊ Penteco=
ſtes ſolum celebrabatur baptiſmus: niſi in
neceſſitatis caſu: vtpote cum obſideretur ci
uitas vel immineret infirmitas probabilis
vel perſecutio gentilium. Greci tamē circa
Epiphaniam ſolebant baptiſmum celebra
re: q2 tūc chriſtꝰ baptizatus eſt. hec Beleth.
¶ Sexto aqua eſt cōglutinatiua et vnitiua
partiū decidentiū. Puluis em̄ niſi conſper
ſus fuerit aqua nō coheret: nec chriſto capi
ti vnitur quis: niſi aqua baptiſmatis ꝑfun
datur: nec ad fructificandū aptatur: ſed ad
modū pulueris ſterilis et ſine fructu effici=
tur. Pſ. Impij ſicut puluis quē proijcit vē
tus a facie terre. Gen̄. j. Congregētur aque
que ſub celo ſunt in locū vnū et appareat
arida. Cū em̄ oēs conueniunt in vnitatē ſa
cramētoꝝ: tūc ſe oſtendit terra corpoꝝ no=
ſtroꝝ ad fructificandū idoneā. Pſ. Congre
gans ſicut in vtre aquas maris: ponens in
theſauris abyſſos. De ſolario domus ſue. i.
de excelſo celo ſuo vidit Dauid Berſabee
vxorē Urie. i. eccleſiā de gentibus: tunc dia
bolo qui ſecū literas ſue mortis portat con
iunctam: et vidit eam ſe lauantē aquis ba=
ptiſmatis. Ideo ad ſe vocatā eam ſibi legi=
timo charitatis mr̄imonio copulauit: ſub=
merſo diabolo in aquis illis. Erat em̄ ter=
ra gētium arida: quouſq3 fuerit aquis ba=
ptiſmi irrigata: in quibus magni et parui
piſces piſcati ſunt apoſtoli ⁊ diſcipuli chri=
ſti: docti et indocti: ꝑfecti ⁊ imperfecti. Pſ.
Poſuit deſertum in ſtagna aquarum: ⁊ ter
ram ſine aqua in exitus aquarum.
¶ Septimo eſt mollitiua ad recipiēdū ima
gines rerū formabiliū. Cera enim ſiccitate
indurata ad ſuperfuſionē aque mollitur: ⁊
ad impreſſiones et formas vaſoꝝ ⁊ ſcriptu
ras apta efficitur. Sic cor humanū ſub ori
ginali ariditate duratū ſuperfuſione aque
mollitur: ⁊ in eo veritatis forma recipitur:
et diuinus character inſcribitur. Ezechiel.
xvj. Ingreſſus ſum in pactū tecū ait dñs: ⁊
facta es mihi ⁊ laui te aqua: ⁊ mūdaui ſan
guinem tuum ex te: et vnxi te oleo et veſti=
ui te diſcoloribus. Non enim ſunt aque ba
ptiſmi aque cōtradictionis in quibus mur
murauerūt rebelles et duri filij Iſrael: ſed
ſunt magis emollitiue cordium ad deuo=
tionem et contemplationem.
¶ Octauo aqua eſt corpus diaphanū: ideo
luminis ſuſceptiuū. Sic baptiſmus preſtat
lumē fidei: et lumē gratie ad animā trāſit.
Inde dicit̃ ſacramētū fidei: ⁊ baptiſandus
cū baptizatur fidē petit. Ideo Apocal. iiij.
Baptiſmus appellatur mare vitreū ꝓpter
puritatē innocētie: claritatē vite: e[illegible] ſynceri
tatē fidei que in baptiſmo ſuſcipiuntur: ſed
dicitur ſimile cryſtallo: q2 poſt aquā baptiſ
mi gelu et pruina aduerſitatis ducūtur ad
firmitatē et indurātur cōtra aduerſa: ſicut
ex aqua dureſcit cryſtallus. Sic martyres
poſt aquam baptiſmi multa patiebantur:
ſicut premonet ſapiēs Eccli. ij. Fili accedēs
ad ſeruitutem dei prepara animā tuam ad
tentationē. Et in hoc aqua conueni[illegible] cū cor
pore celeſti qd̄ daphanū eſt: q2 hec [illegible] vim
viuificatiuā h3 ꝑ verbū [illegible] ꝑ motū.
¶ Nono aqua eſt cōmuniſſima q̄ vbiq3 re=
peritur: ꝓpterea notitia huiꝰ ſacramēti d3
eſſe cōmuniſſima: ⁊ inde iſtud ſacramentū
eſt ſumme neceſſitatis: ita ꝙ ſine aq̄s huiꝰ
ſacramēti nō eſt in arbore hūana neq3 fru
ctus neq3 vita. Jō Pſ. Erit tāq3 lignū qd̄
plātatū eſt ſecus decurſus aquarū: aquaꝝ
gr̄e q̄ fluunt de latere ſaluatoris ꝑ amorē:
aquarū baptiſmaliū ꝑ fidē: aquarū contri=
tionis ꝑ penitentiā. Hō em̄ (inq̄t Ariſto.)
eſt arbor euerſa: cuiꝰ rami inferiꝰ ⁊ radix ſu
periꝰ. Sic eſt plantatꝰ iuſtꝰ ſuperiꝰ in terra
viuētiū: rami inferius. ſ. ſenſitiua pars du
plex: iraſcibilis et concupiſcibilis. Gen̄. iij.
Subter te erit appetitꝰ tuꝰ: ⁊ tu dñaberis
illiꝰ. Ecōtrario iniuſtꝰ. Cōtra naturā eſt hr̄e
pedes ſurſu3 ⁊ caput deorſu3. Amat ſe plā
ta ī vna terra: nō ī alia: fructificat ī vna: nō
in alia. Jō amor ex riuulo trahit̃ de latere
ꝓcedēti ſaluatoris. Op3 ꝙ locꝰ nō ſit vm=
broſus ſ3 patēs ſoli. Sic ex riuulo fidei ꝓce
dēte ex fōte baptiſmatis fides attrahit̃: ſ3
ſub vmbroſa q̄rcu erat idololatria. Tertio
op3 ꝙ terra ſit a vepribꝰ/ſentibꝰ/ ⁊ viticis
oīno aliena: alioq̄n ſuffocarēt naſcētē plan
tulā: ⁊ hoc habetur ex riuulo contritionis.
In primo riuulo piſcatur deuotio. In ſecū
do rerū arduaꝝ cognitio. In tertio diuina
cōſolatio. Scd̄s riuulꝰ dulcis. Primꝰ dul=
cior. Tertiꝰ amarꝰ: ſ3 multū medicinalis.

¶ Sermo. vij. eiuſdē diei. et in ordi=
ne. lxxj. per thema precedens.

Ueritur quare cir
cūciſio Judeis: baptiſmꝰ datꝰ ē
chriſtianis? Rō eſt: q2 pplʼs ille
dure ceruicis erat: iō neceſſaria
erat ei duricies ferri vel lapidis ad radēdū

Baptiſmus. Quare datꝰ eſt baptiſmꝰ chriſtianis: et circūciſio Judeis.

rubiginē originalis pc̄ti: pplē ꝟo chriſtian⁹ corde tenellus eſt: ideo facile ab eo aqua lauatur macula illa. Ideo dn̄s exercituum in primo populo ferro pugnabat cōtra originale in ſecūdo populo: q: leo mutat⁹ eſt in agnū: auſteritatem mutauit in manſuetudinē: ⁊ qđ prius cauterio purgabat: balneo lauare cepit baptiſmi. Unde Bern. Populo dure ceruicis cultellus erat neceſſari⁹: ⁊ lapideis cordib⁹ merito cultus debebātur lapidei: qualiter a Ieſu Naue facta circūciſio cōmemoratur. Noſter autem Ieſus tanꝗ agnus māſuetus hanc abſtulit auſteritatē. Idem duritiā duris ſeruis bene cōgruam/ filijs cōmutauit in manſuetudinē: vt rubiginem originalis peccati quā vix cultellus eradere poterat: cū vnctione gratie lauet facile aqua. Hec Ber. In ſignū cuius de circūciſis proceſſit baptiſmus. Inſtrumentū eīm circūciſionis fuit petra: inſtrumentū baptiſmi aqua. Et ideo quādo Moyſes percuſſit petram ⁊ fluxerunt aque: euidenter oſtēdit de circūciſione procedere baptiſmū ⁊ a circūciſis vt a Ioanne chriſto/ ⁊ apoſtolis incipere predicationem baptiſmi. Iob. xxviij. In petris riuos excidit. Gentes vero eo dicebantur gentiles: quia manebāt geniti tales ſcꝫ nec circūciſi nec baptizati: ideo lepra originalis peccati ab vtero īfecti manebāt. Hec ſeparatio ab exordio mundi facta eſt quādo diuiſit deus lucem a tenebris: et appellauit lucem diem: ⁊ tenebras noctem: et hoc quando ſpiritus domini ferebat̄ ſuper aquas: quia fideles fidei luce clareſcunt: et infideles infidelitatis tenebris obſcurant̄. Et inde eſt ꝙ de fidelibus fideles naſcunt̄: quia dies diei eructat verbū. i. baptizatus baptizato oſtendit fidem de verbo incarnato: ⁊ de infidelibus infideles: quia nox nocti indicat ſcientiā mundanā. Sed non poteſt gloriari baptizat⁹ de fide verbi ab alijs docentibus in ſe ſuſcepta: niſi bene operet̄: q: fides ſine operibus mortua eſt. Et ideo debet conari vt fidei iungat charitatem et dilectionē dei operantē: ⁊ ad hoc ſepius implorare auxiliū dei ⁊ genitricis ei⁹ Marie: ad quā nunc recurramus dicentes Aue.

B Baptiſmus. Sacerdos eſt propri⁹ miniſter baptiſmi.

¶ In preſenti ſermone dicemus primo de miniſtro baptiſmi. Secundo de his que fieri debent in baptiſmo. Tertio quomodo eſt ſacramētum non reiterabile. ¶ Quo ad primum dico ꝙ iſtud ſacramentum miniſtrari debet per ſacerdotem: niſi in caſu extreme neceſſitatis. Populus enim Iſrael trāſiuit vada Iordanis: ſed leuitico miniſterio. Ioſue. iij. Poſt cuius tranſitum Ieſus nouus dux ſuſcipit baptizatū: vt in terram ſuperne promiſſionis inducat. Eſt eīm baptiſmus vulua in qua generat dn̄s filios ſuos fideles. Eccli. j. Initiū ſapientie timor dn̄i: ⁊ cū fidelibus a vulua concreatus eſt. Uuluā vocat baptiſmū: in quo eccleſia ſpūales filios generat: ⁊ illi fideles qui a tēpore baptiſmi ſeruiūt dn̄o in timore: chriſtus eſt qui baptizat vt pater Ioanni teſtatur dicēs. Super quē videris ſpiritū deſcēdentē: hic eſt ꝗ baptizat in ſpūſancto. Propter qđ non eſt melior baptiſmus per manus iuſti ꝗ pc̄tōris donat⁹: quoniā qualiſcūꝗ ſit miniſter: chriſtus eſt ꝗ baptizat. Eſt etiā ibi dilectis quēadmodū filius vnicorniū: vt ſi querat̄ quō dilectus: certe quēadmodū fili⁹ vnicorniū. Chriſtus vnicornis cui⁹ oēs chriſtiani filij ſunt vnicornes vnū cornu tantū habētes. i. vnā fidem per baptiſmū: que eſt cornu ⁊ arma noſtra contra hoſtes viſibiles ⁊ inuiſibiles. Sm̄ Pliniū vnicornis pugnaturus contra elephantē primo linit ⁊ acuit cornu ſuū cōtra ſaxum. Sic nos pugnaturi cū diabolo cornu fidei noſtre debem⁹ acuere ad ſaxū chriſtū: conſiderātes quāta pro nobis ſuſtinuit. Acuties ſine qua reddit̄ cornu inutile ad pugnādum charitas eſt. de quo. j. Cor. xiij. Si habuero oēm fidē ita vt mōtes trāſferā: charitatē aūt non habuero: nihil mihi prodeſt. Hoc cornu acutū habebat qui dicebat. Eſa. l. Corpus meū dedi percutientib⁹ et genas meas vellētibus. Idcirco poſui faciem meā vt petram duriſſimā. ¶ Pro ſecūdo dicitur ꝙ primo ſacerdos debet premittere exorciſmos: quos cum grauitate debet dicere. Mature ⁊ prudenter procedere debet qui iungit in prelio. Ille autem contra poteſtates aerias bellū indicit: vt a baptizando eijciat fortem armatum: et leui flatu eum expellit: ſed verbis minacibus ⁊ terrēdis. Propter quod ſuauiter anhelat ſacerdos et ſuper aquas baptiſmi eas ſanctificando: et in ore pueri vt exufflet diabolum. Tempore aūt apoſtolorū ſolum dicebatur. Ego baptizo te: ſed beatus Clemens ex doctrina beati Petri vnctionem chriſmatis ⁊ olei addidit: poſtea Leo papa ⁊ Damaſus ⁊ Ambroſius aliqua addiderunt hec Beleth. Dicit etiā ꝙ nullus ſuſcipi debet ī patrinū: niſi ſciat dn̄icam orationem ⁊ credo in deū:



q: patrini ſunt baptizatorū fideiuſſores de fide eoꝝ reſpōſuri in die iudicij. Sacerdos aūt oīm quos baptizat patrinus eſt: ſꝫ nō ad hoc tenetur propter multitudinē niſi in generali: ⁊ ideo cure patrinoꝝ illos cōmēdat.

E Oleum. Baptiſād⁹ vngit⁹ oleo propter duo: et ibi ꝙ p baptiſmū ꝯſecratur i prophetā et regem.

Secūdo vngēdus eſt baptizādus oleo Primo vt timeat chriſtianus ignē eternū: eo magis ꝙ ſe ſentit oleo impinguatū: cōſiderās ꝙ oleū flāmā vehemētiorē accēdit ſi ignibus applicetur. Propter qđ impoſterū ardebūt chriſtiani in illo igne magis ꝗ infideles. Pſal. Impinguaſti in oleo caput meū. Ezech. xvj. Laui te aqua: vnxi te oleo. Et paulo poſt. Et accidit poſt oēm malitiā tuam ve ve tibi: ait dn̄s deus. Scđo vt cognoſcat ꝙ per baptiſmū vngitur in ꝓphetam et in regē. Dauid eīm primo vnctus eſt in prophetā a Samuele ⁊ in ſignum regis futuri ⁊ Athlete. Solebāt eīm oleo inungi Athlete ſm̄ Hiero. ſuper Oſee. Inde ⁊ pugnauit contra Goliā ⁊ vicit: poſtea vnctus eſt in regē ſuper Iuda et ſuper Iſrael: quia quilibet chriſtianus in baptiſmate vngitur in ꝓphetā. i. videntē per fidē. Fides eīm eſt de his que prophetice reuelātur: ⁊ in futurum regē et Athletam cōtra diabolū. Tūc enim imponitur ei certamen contra hoſtē. Chryſ. homil. v. ſuper Matth. in imperfecto. Athleta ad certamē vngitur vt luctet̄. Sic ſpūaliter oleo chriſmatis vngitur chriſtianus: vt cōtra diabolū quaſi ſpiritualis Athleta luctetur. Scđa vero vnctio ꝗ duplicatur: ad regnū duplex diſponit. ſ. ad regnū ſuper corpus in preſenti: ⁊ ad regnum glorie in futuro. Qz aūt dn̄s cōſecret et vngat chriſtianum in regem in baptiſmo: hoc ideo eſt: q: dn̄s erga ſuos creaturas nō mutatur. Nō eīm eſt dn̄s variabilis ⁊ mutabilis. Malachie. iiij. Ego dn̄s et non mutor. Sed ſic eſt ꝙ dn̄s a principio fecit homini tantū honorē ꝙ conſtituit eū in regem. Cū eīm fecit mundū voluit ſuper eū ponere regem dicēs. Faciamus hominē ad imaginē et ſimilitudinē noſtrā: ⁊ preſit piſcibus maris. Ex quo patet ꝙ fuit ibi cōſona electio: quia nō ſolū habuit ibi vocē pater: ſed etiā filius et ſpūſſanctus. ideo dicit faciamus. Si enim imago que eſt in ſigillo regis viueret: diceretur ꝙ eſſet rex. Etiam eum inūxit quando dn̄s ei benedixit. In benedictione eīm attēditur conſecratio: ⁊ tūc dedit eis iterū dominationē dicens. Dominamini piſcibus maris ⁊c. Ideo hoc idē facit deus cuilibet in baptiſmo: q: in recreatione aīe reparatur in ſimilitudinē dei: inūgitur ⁊ conſecratur: et habet dominiū ſuper volucres celi. i. ſpūalia pc̄tā: et piſces maris. i. peccata carnis: et beſtias terre quantū ad demones. Ideo ruſticus eſt deo qui peccat ⁊ imaginē dei cōculcat. Unde ſicut dignitas militaris cōfertur accinctione gladij: ciuilitas Romana traditiōe penule vel veſtis: hereditas traditione anuli: regnū īpoſitione corone: ſic per ſacramentū baptiſmi fiunt homines milites chriſti accincti gladio flammeo charitatis: ciues paradiſi traditione veſtis innocētie: coheredes chriſti traditione anuli fidei: ⁊ reges eterni per inunctionem ſacram. Ephe. ij. Iam nō eſtis hoſpites et aduene: ſed eſtis ciues ſanctoꝝ et domeſtici dei. Inde beatus Ludouicus requiſitus quo nobili cognomine appellaretur: queſiuit vbi habuerat maiorē nobilitatē: et cum multi dicerent ꝙ a predeceſſoribus ſuis: et ꝙ ex nobilitate eorū vel loci vnde ortū habuerat debebat noīari. Ad qđ ille. Nō memini me habuiſſe maiorē honorē ꝗ quando ego fui chriſtian⁹: et hoc fuit apud Piſſiacū. Ideo ego volo vocari Ludouicus de Piſſiaco: et ita appellatus eſt. Hinc Eſa. lj. Attēdite ad petrā vnde excīſi eſtis ⁊ ad cauernā laci. Petra chriſtus: cauerna laci latus chriſti vnde per regenerationē proceſſiſtis. Attēdite ergo claritatē generis veſtri ne peccetis. quia Roma. vj. Quicūꝗ baptizati ſumus in chriſto Ieſu: in morte ipſius baptizati ſum⁹. Tertio datur ſal in baptiſmo. Primo vt profiteatur baptizatus fidelitatem ſuā deo. j. Eſdre. iiij. Memores ſumus ſalis quod comedimus in palatio regis. vbi gloſ. quedā. Mos erat vt dū quis iuraret fidelitatē regi ꝙ dabatur ei ſal ad comedendum: vt ſic iuraret tādiu ſeruire regi et eius ſeruare fidelitatē/ ꝗdiu ſal comederet. Et ideo filij Iſrael cū arguerentur a Samaritis de rebellione cōtra Perſarū regem dicebant. Memores ſumus ſalis ⁊c. Ideo et baptizandis ſal datur ad comedēdum quaſi profiteantur: ꝗdiu ſal comedā: tādiu fidem deo meo ſeruabo. Secundo in hoc oſtēditur ſuſcipere donū ſapiētie: quia ſicut ſal quaſi lapis fit ex ſubſtātia aque calore ſolis deſiccata: ſic ex aqua baptiſmi et calore ſpūſſancti fit homo fidelis et ſapiēs et nō alias: quia Io. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ⁊c. Hic calor ex illo

Universidad de Deusto Biblioteca



ſole procedit de quo dicunt infideles. Errauimus a via veritatis: et ſol iuſtitie non illuxit nobis. Sic baptizatꝰ Paulꝰ ab Anania ... igne ſpiritusſancti: factus eſt vas electionis: et vas ſapientie ſalutaris. Itē ſm Valē. in. iiij. datur ſal vt ſale ſapientie conditus careat fetore iniquitatis: ne a vermibus peccatorū vltra putreſcat. Quarto interrogatᷣ baptizandus de fide: quia ſi eſſet adultus ⁊ crederet baptiſmū nō eſſe efficax remediū ad abluēda pctā: nihil ſibi ꝓdeſſet: ſi ſit paruulus: vice eiꝰ reſpondetur per patrinos. ¶ Sed queritur quare paruuli interrogantur de fide: cū nō ſint fidei capaces et reſpondetur per patrinos? Reſpondeo ꝙ ſicut paruulo nō credenti et neſciēti preſtātur multa beneficia miniſterio parentū: vt cibus, potus, et veſtitꝰ: nec impedit iſta beneficia paruuli ignorantia. Non enim quia ignorat minus pānis inuoluitur aut lauatur. Sic etiam eidem ignorāti: licet ea ſibi neſciat adhiberi: medicamenta adhibētur et ſanitas acquiritur. Scđo ſi meritis parētum carnalium dei bonitas ſanitatem et bona tēporalia (quibus poſtea deū impugnant) filijs carnalibus cōcedit: multo fortius filijs ſpūalibus dat deus precibus et meritis parētum ſpiritualiū bona quibus deum honorāt ⁊ laudant. Et cum queritur cur interrogatur de fide paruuli: cū ſciatur oīno reſpondere nō poſſe? Idē eſt ac ſi quereretur de pupillo cur cōuenitur in iudicio cum non intelligat quid ab eo petatur: nec ſciat petitioni reſpōdere: in quo manifeſtū eſt ꝙ tutor debet pro eo reſpondere: et cauſam illius nomine agere. Prodeſt autē pupillo qđ pro eo tutor vtiliter agit: et conditionē ſuā in cauſa ſua meliorē facit. Sic fit per tutorem ſpiritualem patrinū. Preterea credit regulus: et ſaluatur filius eius. credit Martha: et ſuſcitatur Lazarus. credit pater archiſynagogꝰ: et ſuſcitatur filia eiꝰ. credit Chananea: ⁊ a demonio purgatur filia. credit Cēturio: et puer eius curatur. credunt delatores paralytici eum poſſe a chriſto curari: et curatur eius aīa ⁊ corpus. Videns enim fidem illoꝝ ait. Remittuntur tibi pctā tua: Si iſti aliena fide ſanati ſunt: cur non aliena fide parentū vel eccleſie paruuli ab originali mundari poſſunt: cum remedio per chriſtū ordinato? Quarto ſi ſm Apoſtolum ſaluatur vir infidelis per mulierem fidelem: et mulier infidelis per virū

D Baptiſmus. Quare interrogantur pueri de fide ī baptiſmo: cū nō ſint ratiōis capaces: et quō ꝑ alios ꝓcuratur eoꝝ ſalus.

fidelem: cur viri pariter et mulieris fidelis vtriuſqꝫ filius non ſaluabitur? Quinto vicē baptiſmi olim circūciſio obtinuit: ſed ſola circumciſione abſqꝫ fide paruuli propria ſaluabatur puer: ergo multo magis abſqꝫ fide propria per baptiſmum qui eſt excellētius remedium. Sexto plus abundat gratia dei ad ſaluandum qꝫ peccatū Ade abūdauerit ad damnandum: quia vbi abundauit delictum ſuperabundauit et gratia. Cū igitur paruuli per alios peccauerint: quare per alios non procurabitur eorum ſalus? Septimo dicit ſaluator. Sinite paruulos venire ad me: talium enim eſt regnum celorum. Cum ergo tunc nō ſint actualis fidei capaces: quomodo eſt eorum regnum celorū: niſi per alios eis ſubueniatur vt ſaluentur? Debent tamen adulti anteqꝫ baptizētur in fide inſtrui. In veteri lege iubebatur capillos radi mulieri: quā quis ad pugnā exiens inter hoſtes captā ſibi concupierat: quia ſi aliquē infidelē corpori noſtro: id eſt chriſto volumus copulare tanqꝫ ſponſam prius debemꝰ nouacula verbi dei omne infidelitatis cōtagium ab eo abradere: vt ſic chriſto per baptiſmum valeat copulari.

¶ Quinto baptiſmus fieri debet in nomine trinitatis qualibet pſona ſigillatim expreſſa. In cuius ſignum in baptiſmo chriſti tres perſone apparuerūt. Et ideo baptiſmus Arrianorum qui derogabant trinitati erat inutilis: immo nociuus. Paruit per exemplum Gregorij Turonenſis. Eſt enim (inquit) in Burdegalēſi territorio quoddā oppidū: quod dicitur Reonciouilla: in qua Arriani Gothi eccleſiam catholicorum ad ſuam hereſim tranſtulerant: catholicis inde eiectis: nec licētia habita illuc amplius intrādi: more Arriano illic intendēces ſuos paruulos baptizare. Et tunc ſacerdos prudens catholicorum filios in domo paterna baptizabat. Dum autem Arrianorum filij ad eccleſiam deportarētur vt ſacrilego baptiſmate macularētur, preueniebat eos diuina vltio. Nam quoſcūqꝫ illic baptizabāt non reuertebantur in domum paternam. Sed priuſqꝫ eam contingerent: numero fere viginti mortui ſunt: propter cuius terrorem eccleſiā illā dimiſerunt. Sed nec vnus de baptizatis a catholico mortuꝰ eſt. Suſcipi ergo debet baptiſmus in magna reuerētia propter honorem ſanctiſſime trinitatis que illic inuocatur et ſpecialiter adſiſtit. Et



ideo puniti ſunt quidam pagani irridētes baptiſmum chriſtianorum. Nam cum poſt paſſionē beati Cyriaci (vt in miraculis eiꝰ legitur) Carpaſius prefectus domum martyris a Maximiano obtinuiſſet: et in ea epulas cum nouēdecim amicis ſuis celebraret. Et in loco vbi baptizabantur chriſtiani in deriſionem chriſtianorum ſe balnearent: omnes predicti ſubita morte ibidem perierunt. De preſentibus etiam qualem timorem et reuerentiam debeant habere oſtendit eccl'ia cū ait de baptiſmo chriſti. Aqua Iordanis ſtupuit. emphatice loquitur. i. ſi haberet intelligentiam ad preſentiam glorioſiſſime trinitatis ſtupuiſſet: quanto magis preſentes, fide intelligētes preſentiam trinitatis adeſſe: timore reuerentiali concuti debent. Unde triplex ibi fit immerſio in honorem trinitatis: vel in memoriā triduane ſepulture chriſti. ¶ Pro tertio habendū eſt pro certo ꝙ baptiſmus ſit ſacramētum nō reiterabile. Semel enim in anno ingrediebatur ſummus ſacerdos in ſancta ſanctorum cum ſanguine: ſed pluries ſine ſanguine. Sic ſemel per baptiſmū ad nos ingreditur chriſtus cum ſanguine: ſed toties poſtea ingreditur, quoties gratia ſue viſitationis illuſtrat: qđ non ſemel fit ſed ſeptuagieſſepties. i. quoties remittūtur peccata. Libro. xj. hiſto. tripar. tēpore Attici epiſcopi Conſtātinopolitani Iudeus quidam ſepius baptizabatᷣ ficta chriſtianitate: et hac arte pecunias multas ſibi ꝯgregabat. Qui cū deluſiſſet Macedonianos ⁊ Arrianos, ad fontem orthodoxorum venit: qui cū paratus eſſet intrare aqua diſparuit. Cumqꝫ cogitarent aquam defluxiſſe: rurſus impleuerūt fontē: ⁊ denuo deducto Iudeo aqua diſparuit. Qui tunc cognitꝰ eſt pluries fuiſſe baptizatus. Prima enim tabula eſt poſt naufragium illud primum generis humani: quam neceſſe eſt homini arripere vt ſaluetur: quia niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊c. Sed ſecunda tabula poſt naufragiū eſt penitentia: quia ſi poſtqꝫ quis apprehēdit tabulam baptiſmi eam amittit: violādo ſcilicet ſpōſionem quam fecit in baptiſmo: ꝙ ſcilicet renūtiaret diabolo et pompis eius: et ſic labēdo ſecunda tabula per quam ſaluetur eſt penitentia. Neqꝫ enim iterum baptizandus eſt homo: ſed ad penitētiam recurrendum eſt. Ex tabulis enim non ex tabula tantum facta eſt arca Noe: per quam

E Baptiſmus. Baptiſmus eſt ſacramētum nō reiterabile: et pma tabula poſt naufragium.

in periculis ſaluatum eſt genus humanū. Illa eſt enim eccleſia. Pš. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum, ſcilicet cetum catholicorum: id eſt ſuper maria baptiſmi in quibus ſubuerſa eſt tota potentia Egyptiorū. Omnia enim alia eccleſie ſacramēta ſuper iſtud fundantur. Sed ſuper flumina penitentie preparauit eum: ſcilicet ſuper flumina lachrymarum et imbrium celitus venientium: vel riuorum de fontibus oculoꝝ procedentium. Eſt enim tempus naſcendi ⁊ tēpus moriendi. Tempus naſcendi in baptiſmo quando factus eſt fons patens domui Dauid in ablutionem: quando grauidata eccleſia ex complexu ſpūſ celeſtis et calore charitatis: maturatis noue gratie partubus et aperto vtero gratie in fonte baptiſmatis: per euidētem chriſtiane religionis confeſſionem tempus fuit naſcendi, et in nouam lucem exeūdi. Sed tempus moriendi: cum naſcentibus Iebuſeis primis motibus per penitentie diſciplinam in cruce affigendi ſunt. Semper enim debēt eſſe latrones veteris hoīs in ſupplicio: ne pro eis incidamus in penam: ⁊ iuſtitiam quam de eis facere neglexImus.

¶ Eiuſdem diei Sermo. viij. et in ordine. lxxij. per thema precedens.

Queritur cum baptiſmus deleat peccatum originale: quare non impedit mortē cum ipſa ex originali vitio duxerit originē? Si enim delet cauſam, cur non etiam delet effectum? Reſpondetur ꝙ hoc fit ex ſumma dei miſericordia. Quid eſſet tam viciato homini hec preſens vita eterna niſi eterna miſeria? Quod Plotinus gentilium philoſophorum quidam: teſte Augu. recte intellexiſſe laudatur. Nam cū de humanis animis ageret. Pater (inquit) miſericors mortalia illis vincula faciebat. quod et vult Augu. Or mortales (inquiēs) ſunt homines corpore ad miſericordiam dei patris pertinere videtur: ne huius vite miſeria ſemper tenerētur. Tūc enim a demonibus quid in miſeria differrent? Nunc autē longe differūt. Cū em̄ dei ſit btā eternitas: demonū miſera eternitas: hō cuiꝰ eſt miſeria mortalis, vel mortalitas miſera a dei btītudie cecidit: ſꝫ vſqꝫ ad demonū miſeriā nō cecidit: dño ꝓuidēte ac dicēte. Videte ne

A Baptiſmus. Quare baptiſmus non excludit mortē cū ſit effectꝰ culpe originalis.

Universidad de De[illegible] Bibliote[illegible]



ſumat de ligno vite: ⁊ viuat in eternū. Pſ.
Melior eſt miſericordia tua: iſta ſcilꝫ ſuper
vitas multas ⁊ infinitas. Prouidit eñ no-
bis mi[illegible]ricors dñs de vita longe meliori et
perpetua: q̄ eſſet ſine quacūqꝫ miſeria aut
anxietate: ad quā per amaritudines huius
ſeculi trāſiremus. Ad quā nobis ſuſpirādū
docuit: dū huiꝰ vite blādimenta contēnens
natus ī vili loco/reclinatꝰ in preſepio: poſt
multas a pctōribus ſuſceptas cōtradictio-
nes/ipſam deniqꝫ mortem perpeſſus eſt: vt
nobis ingreſſum ad eā faceret. Sed ⁊ dedit
nobis remediū efficax baptiſmū ipm in in-
teritu [illegible]mniū hoſtium noſtrorū/⁊ precipue
capitaliū.i. vitiorū que impediāt nos trāſ-
ire in illā beatam terrā promiſſionis. vnde
ſm Grego. in regiſtro. maris rubri trāſitus
figura baptiſmatis fuit: ī quo hoſtes a ter-
go etiā mortui: ſed alij cōtra faciem in ere-
mo ſunt inuēti. Sic eorū qui in baptiſmate
tingūtur peccata oīa preterita relaxātur/⁊
velut Egyptij hoſtes immergūtur: quia dū
in hac vita viuimꝰ priuſq̄ ad promiſſionis
patriam pertingamus/multe nos tētatio-
nes fatigāt: ⁊ ad terrā viuentiū redeuntibꝰ
iter intercludere feſtinant. Hec ille. Nunq̄
tamen deſerit dñs illos qui eū fideliter in-
uocauerint: ſed nec beata virgo: vt pote ad
auxiliādum tribulatis inſtituta. Ad quam
recurramus dicentes Aue.

B
Baptiſmus. De ſeptē effectibꝰ baptiſmi.

¶ In preſenti ſermone dicemus primo de
effectibus baptiſmi: ſiue de his que opera-
tur deus in baptiſmo. Secundo q̄ culpan-
di ſunt q̄ in baptiſmo promiſſa nō ſeruant.
¶ Quo ad primū ſciendū eſt q̄ in baptiſmo
noſtro ſeptē operatur deus q̄ inuenta ſunt
in chriſti baptiſmo. Primū eſt culpe origi-
nalis: ⁊ cuiuſcūqꝫ etiā mortalis ſi inueniat
remiſſio. Quod deſignat in preſentia Jeſu
id eſt ſalutis: que ſecū non cōpatitur pecca-
tum. Eſt eñ baptiſmus diluuiū in quo ſub
mergūtur oēs peccatores. Rubrū mare in
quo mergitur Pharao.i. diabolus cū omi
exercitu ſuo. Jdeo mare illō amarū eſt dia-
bolo/ſed dulce chriſtiano. Miſſo ſiquidē li-
gno crucis dulcorate ſunt aque Marath.
Proiecit noſter Dauid arma Saul legalia
ſacramēta ⁊ cerimonias: que nimis onero-
ſa erant: que nec nos nec patres noſtri por-
tare potuimus: nec in illis pugnare potuit
ſed in vno lapide.i. in vna fide/in vno ba-
ptiſmate ipm proſtrauit. Jſte eſt riuus ba-
ptiſmi qui deſtruit ſeptem riuos Egypti.i.
ſeptē mortalia. Eſa.xl. Joannes Damaſce-
nus. Quoniā duplex eſt homo ex anima et
corpore: duplicem dedit purgationem per
aquā ⁊ ſpiritū: ſpiritu quaſi ſm imaginem
et ſimilitudinē renouante: aqua quaſi per
ſpiritus gratiā corpus a peccato purgāte.
Purgatio autē talis onus eſt leue et dulce
amanti. Non eñ de nouo baptizatis impo
nitur aliqua ſatiſfactio. Olim parauit bal-
neum ſed durum: diluuiū in quo pene mer-
ſum ⁊ ſuffocatū eſt genus humanum: nunc
parauit balneū dulce.i. diluuium gratiarū
Pſ. Dominus diluuiū inhabitare facit per
fidem. Et alibi. Etenim non credētes: inha
bitare dominū deum. Per iſtud enim dilu-
uiū inhabitat deus corda chriſtianorū. Jn
hoc mergitur diabolus et lauatur chriſtia-
nus. Ezechiel. xlvij. Sanabūtur aque ſcilꝫ
ad preſentiā ſaluatoris ⁊ tactum mundiſſi-
me carnis eiꝰ: ⁊ viuet omnis anima ad quā
peruenerit torrens: et hoc per ablationem
mortis peccati. vñ Aug. ſuper Joā. ſer. xiij.
Quomodo non caruit populus Jſrael po-
pulo Egyptiorū/niſi cum veniret ad mare
rubrum: ſic preſſura peccatorū nemo caret/
niſi cum venerit ad fontem baptiſmi. Eze-
chiel. xxxvj. Effundam ſuper vos aquā mū
dam: ⁊ mundabimini ab omnibꝰ inquina-
mentis veſtris: actuali et originali. Totus
eñ baptiſmate dicere poteſt quod Pilatꝰ.
Jnnocens ego ſum a ſanguine iuſti huius.
de quo Apocal. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a
peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Augu. A
paruulo recenter nato vſqꝫ ad decrepitum
ſenem ſicut nullus prohibetur a baptiſmo:
ita nullus eſt qui non moriat peccato in ba
ptiſmo. ¶ Secundū eſt gratie infuſio: quod
repreſentatur in Joāne qui baptizat: quia
gratia lauat ⁊ purgat ⁊ ſanctificat: ⁊ fit no
uus homo depoſito veteri. pſ. Renouabit
vt aquile iuuētus tua. Aquila enim deſcen
dens ad fontem plumas veteres mutat: et
ſic iuuētus ipſius renouatur: quia in fonte
baptiſmi plume veteris hominis ⁊ peccato
rū dimittuntur: et nouus homo ſpirituali-
ter renaſcitur. Aqua eñ baptiſmatis ſicut
more ſuo abluit exteriores ſordes: ſic ſpiri-
tuali more intus purgat ſpirituales ſordes
Zacha. xiij. Jn die illa erit fons patens do-
mui Dauid in ablutionē pctōris ⁊ mēſtrua
te. Hec eſt veſtis innocētie que datur in ba-
ptiſmo/que ſumme cuſtodiēda eſt. Hoc eſt
diluuiū in quo pereūt oīa aīalia: preter aīa



mas que ſaluantur in arca cordis ⁊ ratio-
nis.i. preter rationales motus. j. Petri. iij.
Anime ſalue facte ſunt per aquam: quos
et nunc ſimilis forme ſaluos facit baptiſ-
ma. Jn mari rubro ſubmerſi ſunt Egyptij
et ſaluati Hebrei: ⁊ in baptiſmo extinctis
vitijs virtutes perdurant ſine leſione. Vñ
propter trium theologaliū virtutum infu-
ſionem in tribus locis inungit puer: in ver
tice rationis vt fidem ſciat et obſeruet: in
ſcapulis vt onus chriſti ſciat portare in ſpe
premij eterni: in pectore vbi eſt cordis ha-
bitaculum vt charitate ferueat. Propter
quod ⁊ Dauid ter inunctus eſt. Primo in
prophetā a Samuel in Bethleem: per qō
intelligit prima vnctio in qua quilibet ba
ptizatus inungitur in prophetā.i. videntē
per fidem que eſt de obſcuris que ꝓpheti
ce reuelata ſunt. Scdō in Ebron militatu-
rus cōtra Jſboſeth: qui interpretatur vir
cōfuſionis.i. contra diabolū ſpe mercedis
et corone. Hinc et Athlete inūgi ſolebant.
Tertio ſuper totū Jſrael: ⁊ hec vnctio cha
ritatis. Axa.i. humana natura a deo que-
rebat: terrā arentem dediſti mihi: quia pſ.
Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi: ⁊ ec-
ce pater celeſtis per filium dedit irriguum
ſuperius ⁊ inferius. Jnferius quidē aquā
elementarē in quo baptizātur hoīes: ⁊ ſu-
perius celeſtes aquas gratie: que deſuper
effundūtur in anima baptizati. ¶ Tertium
eſt fomitis refrigeratio: qō in aqua reſper
ſa exprimitur. pſ. Contribulaſti capita dra
conū in aquis.i. peccata originalia et mor-
talia: que plura ſunt capita. Cerberus eñ
infernalis ianitor tricaput vel triceps eſt:
propter originale/mortale et veniale: licet
veniale non ſubderet ei ſine alijs duobus.
Sed tamen caudā non omnino extinguit
aut interimit: ſemꝑ mouetur: quia cauda
concupiſcentie ſemper titillat in nobis ſm
Plinū. Licet plumbū poſſit dealbari ⁊ la-
uari: nūq̄ tamē poteſt ſua immūdicia to-
taliter ablui propter ſue materie groſſiciē
et impuritatē: q̄ eſt argentūviuū immūdū
⁊ ſulphur imūdū ⁊ fetidū. Sic cū ſimꝰ crea
ti ex īpura materia carnis et ſanguinis: li-
cet per baptiſmū ſpiritus poſſit ablui: im-
puritas tamē carnis noſtre ſcꝫ cōcupiſcen
tia non pōt a nobis penitꝰ amoueri: q̄uis
tēperari. Unde dicūt baptizati. Trāſiuimꝰ
per ignem ⁊ aquā: et eduxiſti nos in refri-
gerium. Jn aqua extinguit aut ſaltem di-
minuitur peruerſi ardoris incēdiū: in igne
ſoluit mortifere frigiditatis gelicidiū. Ar
dentes naſcunt filij Adā igne a[illegible]is per
uerſi q̄nqꝫ aperto: quādoqꝫ clauſo. Nā flā-
mis nequiſſimorū deſiderioꝝ erūpere non
valētibus tēpore infantie: in etate puber-
tatis velut ex ingenti fornace ⁊ camino cō
flagrantur. Sed igne ſpūſſancti gelicidiū
circa ſuperiora diſſoluit: ⁊ aqua baptiſma
tis circa inferiora ardor diminuit cōcupi-
ſcentie. Et ſicut per cōtactū carnis ꝓpaga
te per libidinoſam cōcupiſcētiā oī[illegible]nima
contrahit culpe originalis immūditiā: ſic
cōueniēs fuit vt ex tac[illegible] mūdiſſime carnis
chriſti cōtraheret aqua vim ſanctificatiuā/
et fomitis repreſſiuā: maxime cū beata illa
caro munda eſſet ab omni cōtagio. Augu.
Per baptiſmū agitur vt vetus homo cru-
cifigatur et corpus peccati deſtruat. Ecce
poſt trāſitū maris rubri nubes refrigerās
eſtum cōcupiſcentie. de qua Apl's. Omnes
baptizati ſunt in nube et mari. ¶ Quartū
eſt pene debite pro pctīs abolitio: qō ſigni
ficatur in colūba in qua apparuit ſpūſſan
ctus: q̄ felle oīno caret. Triplices ſunt pe
ne debite peccato. Quedā ſunt naturales
et naturaliter inflicte: et q̄ ſequūtur natu-
ram corruptā: ⁊ iſte nō ſunt abolite. Nam
ſm Alexā. de Hal. ij. parte baptiſmꝰ delet
oēm penam ſuffocātē ⁊ exterminantē: ſed
pene promouētes dimittunt ad exercitiū:
vt fames: ſitis: mors: cōcupiſcētia non do
minans: qꝛ pene iſte primo reducūt ad me
moriā quis ſit adiutor in tribulationibus
que inuenerūt nos nimis. ſcdō faciūt cogi
tare de miſeria huiꝰ incolatꝰ: vt ſic homo
defleat peccata ſua. tertio humiliāt ipſam
iraſcibilē ne extollat per ſuperbiā. Quar-
to cohibent cōcupiſcibilē: ne defluat homo
per cōcupiſcentiā. Jnde Anſel. lib. de libe.
arbi. Si (inquit) baptiſmū incorruptio ſe-
queretur: mutaret fides et periret meritū
fidei. Alie ſunt pene cōtracte ex iure poſiti
uo vel humano: vt ſi bigamus baptizaret:
et ſic adhuc remaneret irregularitas cōtra
cta. Alia eſt pena eterna: que nec a natura
nec ab hoīe infligi poteſt: ſed a ſolo deo: ⁊
iſta tota remittitur in baptiſmo: niſi pona
tur obex. Hinc Jſidorus lib. de ſummo bo-
no. c. xxiij. Baptiſmus a pena eterna nō a
preſenti liberat: quia ſi a pena preſenti ho
mines liberarētur: ipſum putarēt premiū
baptiſmi non aliquod eternum. Et Augu.

C
Baptiſmus. Quare baptizandus vngit ī tribus locis.

D
Baptiſmus. Tota pena eterna tollitur ī baptiſmo nō autē tēporales pene.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



Ideo noluit dn̄s ꝑ baptiſmū amoueri pe-
nam ſicut et culpā/ ne delicate crederet in
deum:p[illegible]ius ſcꝫ intuitu amotiōis pene ꝙ
amore fidei ⁊ iuſtitie. Hec Auguſti. Ad ra-
dicem em̄ morbi velut peritus medicus vo
luit inſiſtere. Radix ⁊ cā penalitatis morbi
fuit culpa. Sap̄. j. Deus em̄ mortē non fe-
cit ⁊c̄. Iniuſtitia mortis eſt acquiſitio. Et
mirum eſt ꝙ hac penali febre febricitauit
chriſtus: et tn̄ non habuit in ſe cauſam fe-
bris. Eſa. liij. Non eſt inuētus dolus in ore
eius ⁊ dn̄s voluit cōterere eum in infirmi-
tate. Sed ideo diſtulit auferre penā: quia
mirabili et inexcogitato artificio de ipſo
morbo fecit medicinā. Conſiderans em̄ ꝙ
culpa intulerat penam: excogitauit per pe
nam tollere culpam. Qđ ſignificatū eſt. j.
Macha. iij. ꝙ Iudas tulit gladiū Apollo
nij ⁊ occidit eum: et erat in gladio illo pu-
gnans cūctis dieb⁹. Gladius peccati mors
eſt ⁊ penalitates. Roma. vj. Stimul⁹ autē
peccati mors. Poſtꝙ ergo culpā ꝑ paſſio-
nem occidit chriſt⁹ in nobis per gladiū pe-
nalitatuꝫ pugnat aduerſus peccata: ita vt
de peccato. i. pena peccati dānet peccatū: ⁊
in fine pena tollet penā. Mors em̄ ſeipſaꝫ
deſtruit. Preterea ꝙ tota pena eterna in
baptiſmo remittať: ptꝫ per illud Rom̄. xj.
Sine penitentia ſunt dona dei et vocatio.
Vocatio em̄ in baptiſmo ⁊ dona dei ibi da
ta ſunt ex mera dei gratia ſine labore et pe
na. Ioā. iiij. Aqua quā ego dabo fiet in eo
fons aque ſalientis in vitaꝫ eternā. Ambro.
Baptiſm⁹ non requirit gemitū neqꝫ plan-
ctum: ſed om̄ia gratis cōdonat. Et Augu.
Quicqđ mali ab hoīe dictū/ factū/ aut co-
gitatū eſt: veluti nō fuerit factū per baptiſ
mum deletur. Hoc ſomniabāt olim genti-
les: qui (vt dicit Ioānes Beleth) tēpla ſua
circa fontes facere ſolebāt: vel vbi ſemper
habebāt aquā: ⁊ per aſperſionē eius ſe pu
rificari ab omni cōtagio ⁊ pena credebāt.
Et illos fontes vocabāt delubra quaſi pu-
rificātia. Unde Euſebi⁹ quadā in homilia.
Mare vidit ⁊ fugit. i. in baptiſmo oīs ama
ritudo culpe et pene ſenſit adeſſe diuinam
maieſtatē: ⁊ fugit. Idē operuit aqua tribu
lantes eos: vnus ex eis non remāſit: vnus
ex illis. i. vnicū ac primū illud originale de
bitū: ſacri fontis vnda vacuauit. Idē etiā.
Si ſtupem⁹ ad magnitudinē nouitatis mi
raculi: cum legimus dn̄m Ieſum ex ſola fe
mina ceſſante viri cōſortio progenitū: cur
non mirabimur repugnantib⁹ nature le-
gibus/ ꝑ omnē terrā multitudines fideliū
de ſolo ſinu fontis tāꝙ partu ꝟginis pro-
creari ſcꝫ ſine corruptione culpe aut pene.
¶ Quintum eſt filialis adeptio in voce pa
tris. Hic eſt filius meus dilect⁹. Filio autē
debeť paterna hereditas. Propter hoc oī
baptizato tāꝙ filio dei īmediate ſi moria-
tur: eterna hereditas concediť. Sic em̄ ab
exordio mūdi ſpūs dn̄i ferebať ſuꝑ aquas
vt eis conferret vim generatiuā. Sic nunc
ſpūſſanct⁹ ſuꝑ aquas baptiſmi: vt vim re-
generatiuā filiorū dei ꝯferat aquis. Quos
em̄ aqua mūdat: ſpūs viuificat. pš. Tu es
qui reſtitues hereditatē meā mihi. Et ra-
tio eſt: quia Adā per pctm̄ ſe ⁊ poſteros ex
heredauit. Ideo nō poſſum⁹ repetere reſti-
tutionē illius hereditatis tamꝙ filij Ade
ſed ſolū tāꝙ filij chriſti qui in Adam non
peccauit: ⁊ ideo ſolus ius repetēdi habuit.
Prima natiuitas fuit de limo terre: de qua
Sap̄. v. Nos nati cōtinuo deſinimus eſſe ⁊
natum ⁊ ex hmōi ſemine ꝓductū aruit: q
nō habuit humorē. Luce. viij. Ideo voluit
dn̄s hoīem ex aq̄s fieri. Abac. j. Facies ho
mines ſicut piſces maris. Inde Ariſto. lib.
de problema. Aīalia marina maiora ſunt
his q̄ ſunt in terra ⁊ magis nutribilia. Ge-
neš. j. Creauit deus cete grādia ⁊ oēm ani
mam viuentē quā produxerāt aque: igitur
vt magis creſcerem⁹ ſumus non ſolū nati
de terra ſed renati ex aqua: et hec eſt ſpūa-
lis: q ex aqua et ſpūſancto. Ideo hec ma-
gnitudo ad quā ordinatur hec ſcđa natiui
tas: ſpūalis eſt. Et ppl's chriſtianus eſt illa
generatio vētura ⁊ ppl's ille qui naſceť ex
aqua: quē fecit dn̄s ex terra. Hec aqua pro
ceſſit a latere chriſti: quia baptiſm⁹ habet
efficaciā a paſſione chriſti: ⁊ hec filiatio or-
tum habet a latere chriſti. Eſa. lx. Filie tue
de latere ſurgent. Hec autē efficacia termi
nata eſt in ſepultura in quā corpus chriſti
deſcēdit ⁊ inde reſurrexit. Et ad hoc ſigni-
ficandū cū quis baptizať ſiue per immer-
ſionem ſiue per effuſionem poniť ſub aqua
quaſi ſub terra ſepult⁹: ⁊ inde educiť quaſi
reſurgens cū chriſto in nouitate vite ſpūa-
lis. Et hoc ait apl's Roma. vj. Conſepulti
enim ſumus per baptiſmū cum chriſto: vt
quō chriſt⁹ reſurrexit/ ita ⁊ nos in nouitate
vite ambulem⁹. Nullus autē ad eccleſiā ac
cedere pōt niſi ꝑ baptiſma. In geſtis Ro-
manorū legiť ꝙ tꝑe Tyberij ceſaris vene-

E Baptiſmus. De natiuitate ſpūali ꝑ baptiſmū facta.





runt Romā duo viri ſapiētiſſimi philoſo-
phi Praxideles ⁊ Phidia: quos propter ſa
pientiā ſuam ſibi charos habuit impator
in palatio ſuo: ⁊ quicqđ in aure ſecretarijs
ſuis diceret impator ſiue de die ſiue de no-
cte: vſqꝫ ad vnū verbū repetebāt. Ille aūt
promiſit eis daturū ſe quicquid peterent.
At illi minima renuerūt: ſed vnū memoria
le in vrbe fieri petierunt in ſui memoriā et
euentuū futurorū: vt ſcꝫ fierēt in euidenti
loco duo hoīes nudi habētes brachia ele-
uata ⁊ digitos incuruatos ad modū minā
tium: ⁊ habētes ante ſe duos caballos nu-
dos ab omni ornatu marmoreos: et ante
equos mulierē ſerpētib⁹ circūdatā: ⁊ ante
eam conchā. Per qđ ſignabatur vt ipſi pre
dixerunt ꝙ veniret rex potētiſſim⁹ habēs
equos fortiſſimos contēnentes ornamēta
mundi ⁊ conculcātes oēm terrenā poteſta
tem: ꝑ quos deſignati ſunt apl'i: hoīes nu-
di duo: duo teſtamēta: in q̄bus oīs ſciētia
ſalutaris nuda et aperta fuit: minātes fu-
tura tēpora ⁊ euentus. Mulier circūdata
ſerpētibus eccl'ia circūdata tribulationib⁹
et perſecutionib⁹: ad quā nullus accedere
pōt: niſi ablutus concha baptiſmatis. Eſt
em̄ baptiſmus flumen in ingreſſu eccleſie:
ſicut Euphrates in ingreſſu terre ſancte: di
uidens terrā Iudeorū a terra Aſſyriorū. i.
chriſtianorū ſectam a ſecta aliaruꝫ gentiū.
¶ Sextū eſt ianue paradiſi apertio: q celi
aperti ſunt ſuꝑ eū. Homo em̄ poſtꝙ bapti
zatus eſt ſi moriať immediate euolat ad ce
lum. In cui⁹ figura filij Iſrael viam faciē-
tes per Iordanis fluuiū eo trāſacto imme
diate intrauerūt terrā promiſſiōis. Et pro
pter hoc oſtēdendū baptizato chriſto aper
ti ſunt celi. Unā pars aquarū Iordanis flu
xit ad mare: pars ſtetit ⁊ inaltabat ſe. Sic
baptizatorū electi dulcedinē gratie cuſto-
diunt: reprobi in amaritudinē pcti tranſ-
eunt: ita ꝙ illi tāꝙ ſuperiores ſtant in gra
tia: mali ſicut inferiores deſcēdunt ad ma-
ris naufragia. i. mundi delectabilia: ⁊ fina
liter inferni amaritudinē. Hinc hymnus
Ambroſianus qui ex aquis ortum genus
partim remittis gurgiti: partim leuas in
aera. Ex aquis facti ſunt piſces q̄ in aquis
remāſerunt: ⁊ volucres qui in aera volāt:
q reprobi in aquis voluptatis remanēt: ⁊
quorū cōuerſatio in celis eſt ad celum vo-
lant. De q̄bus Zacha. xiiij. Exibūt aque vi
ue de Hieruſalē; mediū earū ad mare orīē
tale ⁊ mediū ad mare nouiſſimū: quia vna
pars baptizatorum eligit amaritudinē in
preſenti ꝓpter chriſtū verum orientē: ⁊ al-
tera pars fluit in amaritudinē eternā. Sic
aque inferiores tꝑe Ioſue in mare mortuū
deſcēderunt. Sicut em̄ auis non recipit ad
nidum niſi quos nouit ſe generaſſe: ſic nec
deus recipit in paradiſo niſi quos iuſtos ꝑ
fidē regenerauit. Eſaie. xxvj. Aperite por-
tas iuſtitie: et ingredietur gens iuſtorum.
Moyſes autē legiſlator populū in terram
promiſſiōis nō introduxit: q nihil ad per
fectum adduxit lex: ſed ſolū vſqꝫ ad Iorda
nem: ⁊ tunc Ieſus ſolus legiſlator chriſtus
introduxit trāſacto Iordane. i. baptiſmo:
quia per baptiſmū ⁊ non aliter intratur in
terram ꝓmiſſionis: ſic ꝙ oportet oēm chri
ſtianū tranſire per baptiſmū. Sic em̄ Ia-
cob cum Eſau dum iret in terram promiſ-
ſionis vxores ſuas ⁊ omnē familiam ſuam
fecit tranſire vadum Raboth: id eſt chri-
ſtus oēm ſue eccleſie familiā fecit tranſire
vada baptiſmi. ¶ Septimū eſt poteſtatis
diabolice repreſſio: qđ deſignať in verbis
baptiſmi. Hec em̄ ſunt ꝟba ſpūſſancti que
profert ſacerdos baptizando. Propter qđ
in illa hora deſcēdit ſpūſſanctus ſuꝑ bapti
zatū: et fugit ⁊ reprimiť diabolus. Eſa. xl.
Cecidit flos: quia ſpūs dn̄i ſufflauit in eo.
Qui prius erat flos in paradiſo: anteꝙ ad
fructū glīe ꝓcederet: cecidit: et in baptiza-
to ab intento cecidit: q ſpūs dn̄i ſufflauit
in eo. Qđ ei ad flatū ſuſtolliť: ⁊ ſi nō auul-
letur/ nō tn̄ pōt flatui reſiſtere. Ex quo ap-
paret ꝙ depſſa eſt diaboli ptās: q̄ ſolo fla-
tu ſacerdotis euaneſcit. Propter qđ in ba-
ptiſmo ſpirať anhelit⁹ ſacerdotis in bapti
zato ad expellēdū ꝟtutē inimici: ſed opꝫ cū
aqua voce eius addi ad hoc ꝙ ſit ſacramē
tū. pš. Uox dn̄i. i. miniſtri dn̄i ſuꝑ aquas.
Et ſi dicať ꝙ nō ꝑ baptiſmū ſed ꝑ exorciſ-
mos p̄cedētes expelliť diabol⁹: alioq̄n fru
ſtra fierēt. Rn̄deť prio ꝙ ꝑ exorciſmos in
aliquo cohibeť poteſtas diaboli: ne noceat
quantū nocere vellet impediēdo ſpūale bo
num. Hinc Cyprianus per exorciſtas voce
humana ⁊ virtute diuina flagellať: vritur/
et torqueť diabol⁹. Pharao em̄ non habe-
bat tantā poteſtatē ſuꝑ Iſrl' qn̄ appropin
quauit mari: quāta erat qn̄ ſeruiebāt in lu
to ⁊ latere: ⁊ tn̄ nō plene euaſerat ante ſub
merſionē ī mariſꝫ multū vrebanť ⁊ torq̄bā
tur; ꝙ videbāt eos a ſe elōgatos. Si ei inca

F Exorciſmus. Per exorciſmos q̄dāmodo poteſtas diaboli cohibeť.

B Baptiſmus. Mſtũ culpan turvioſ lãtes p miſſa i baptiſmo.

ſatores ſerpentes a ſuis cauernis extra/hunt ⁊ eoꝝ malitiã cohibent: plus exiſti/mandũ eſt p verba diuina ſerpẽtes ſpũa/les a ſuis cauernis extrahi ⁊ eoꝝ malitiã cohiberi. Dicit̃ ſcdõ ꝙ p baptiſmũ totali/ter expellit̃ ab hoĩe ſicut canis excalidat⁹ a coquina: ⁊ iõ miro mõ timet baptiſmũ. Vñ diabol⁹ timet duplicẽ ignẽ. ſ. ignẽ cha/ritatis ⁊ ignẽ gehenne. Ignẽ charitatis: q: vrget eum exire: ⁊ inde multũ timet ba/ptiſmũ: q: ſub ſpecie aque datur ibi ignis immo ignis charitatis quaſi ignis grecus ardet ⁊ incenditur in illis ⁊ p illas aquas Gehennã vo timet: q: ei parata eſt. ¶ Pro ſecũda parte multũ culpandi ſunt ⁊ culpã/tur a deo q̃ poſt baptiſmũ recedunt a deo ⁊ fidem ſibi promiſſam violant. Quatuor autem ſunt verba magne cõtumelie q̃ cõ/muniter dicunt̃ his qui odioſi ſunt. Prĩo ꝙ ſint filij meretricis. Scdõ ꝙ ſint mẽda/ces. Tertio ꝙ ſint vetuli. Quarto claudi. Sic filijs dei in baptiſmo factis poſtꝙ a dño p pctm̃ ⁊ cõcupiſcentiã retrocedunt quatuor eis a dño Ieſu q̃ eos p baptiſmũ genuit ĩproperant̃: q̃ cõtinent̃ in illo v̾ſu. pš. Filij alieni mentiti ſunt mihi ⁊c. Prĩo ſunt filij alieni. Inde Saul Ionate. Fili mulieris vltro capientis virũ. j. Regũ. xx. Mulier vltro capiẽs virũ eſt cõcupiſcẽtia Prouer. vij. Apprehẽſum deoſculat̃ iuue/nem. Viui⁹ filij ſunt oẽs hoĩes a principio ex cõcupiſcentia geniti: iõ filij alieni a deo ſed poſtea adoptiui. Scdõ mẽdaces. Vñ ſubdit̃. mẽtiti ſunt mihi. pš. Filij hoĩm mẽ/daces in ſtateris. Polliciti eñi ſunt in ba/ptiſmo (q̃ eſt q̃ſi ſtatera: in qua ex vna pte appendit̃ preciũ ſanguinis ⁊ meritũ chri/ſti: ex alia pte pctã: ⁊ vnũ pro alio ꝯcedit̃) renũtiare ſathane: ⁊ tñ ipm̃ ſequunt̃. Hec abrenũtiatio ⁊ ꝓmiſſio ſcripta eſt ĩ nobis tamꝙ in charta. ij. Coꝛ. iij. Ep̃la eſtis chri/ſti: ⁊ ꝓpter hoc ꝓmiſit nobis de⁹ heredita/tem celeſtẽ nos generãdo filios adoptio/nis: ⁊ ſpũs ſctũs apponit̃ ad teſtificandũ duo predicta tamꝙ ſigillũ dei vel ſignũ ce/leſtis notarij. ſ. chriſti. Ideo Eph. iiij. Noli/te cõtriſtari ſpm̃ ſctm̃ in quo ſignati eſtis. Et tñ mẽtiunt̃ nõ obſtãtib⁹ iſtis pactis fi/de media. Si eſſet puella quedã pulchra: ſʒ nuda miſera ⁊ paup: cui obuiaret diues priceps ⁊ diceret ſibi. Si volueris eſſe ſpõ/ſa mea ⁊ fidelis: fide media deſponſabo te ⁊ dotabo. Illa ſpõdet: ⁊ qd̃ pollicet̃ nõ im/

plet: ſed poſt ſponſionẽ ⁊ oĩm iſtoꝝ colla/tionem ab illo maximo principe: in cõſpe/ctu eius abominabili porcario ſe exhibet ſtuprandã vel leproſo ſe proſtituit: quid de illa fieri debet⁹ Nõne viua cõburi⁹ Sic de aĩa miſera. Tertio inueterant̃ q̃ p baptiſmũ in nouitate vite geniti erãt. j. Pe. ij. Quaſi mõ geniti infantes. Vñ in bñdictione fon/tium dicit Grego. Quos ſexus diſcernit in corpore aut etas in tpe: in vnam parit gra mater infantiã. Qđ ſignificatũ eſt in Naa/man. iiij. Regũ. v. cui⁹ reſtituta eſt caro ſi/caro pueri paruuli. Culpa autẽ noui hoĩs inueteratio dr̃. Vñ pš. cõquerit̃. Inuete/raui inter oẽs inimicos meos. Et vere res ſtupore digna in momento fieri veterẽ. De qua veteratione. Thre. iij. Vetuſtam fecit pellem meã ⁊ cõtriuit oĩa oſſa mea. Et ra/tio eſt: q: veteraſcit homo cũ deficit in ca/lore ⁊ diminuit̃ in virtute. Subito aũt ca/quis peccat: pdit calorem ſpũs ſancti: ⁊ di/minuitur in virtute bene agendi. Quarto claudicãt a ſemitis quas polliciti ſunt am/bulare. Multa eñi dicunt mali chriſtiani pulchra ⁊ optima: ſed nõ ambulant ſm̃ ea Claudus eñi ſedens in cathedra pulcher/rimus eſt: ſed turpis dum ambulat. Vñ Ariſto. lib. xix. de aĩalibus. Oculi in prin/cipio generationis viridẽ habent colorem deinde mutant̃ in nigredinẽ vel glaucita/tem. Sic de nouo baptiſati primo colore innocentie ⁊ viriditatis virtutũ colorant̃ ⁊ induunt̃: ſed ſtatim p vitia in nigredinẽ vite prolabunt̃. Quod tñ auertat a nobis dñs: vt dicat veraciter vnuſquiſꝙ noſtrũ cum Iob. Donec deficiã nõ recedã ab inno/centia mea: ⁊ ſic tandem videat̃ deus deo/rum in Sion. Amen.

¶ Expliciunt feliciter ſermones de Ad/uentu reuerendi patris artium ac ſacre pagine ꝓfeſſoris: diuiniꝙ verbi preco/nis ⁊ predicatoris Ioannis Raulin or/dinis Cluniaceñ. Impreſſum Lugduñ. induſtria ⁊ impenſis honeſti viri Ioan/nis Clein Alemanni bibliopole ⁊ chal/cographi ſolertiſſimi. Anno virginei partus. M.ccccc. xix. Die. viij. menſis Februarij.